Nro. 76.

Vniuersa sapiens:

qui [illegible]

dea vocat

[illegible]

Φιλοσοφια Amor sapientiæ

φιλο [illegible] σοφια

Margarita philosophica



Aenumerantur quę in hoc opere/ dicto Margarita Philosophica: contineantur

MARGARITA PHILOSOPHICA

totius Philosophiæ Rationalis / Naturalis & Moralis principia dialogice duodecim libris complectens: Quorum

Primus Grãmaticę rudimenta per omnes eius partes & prosa & carmine continet.

Secundus Dialecticę principia exemplari demonstratione abunde satis cõmemorat.

Tertius Rhetoricę partes / cum arte Memorandi & Epistolandi succinctim ædocet:

Quartus Arithmeticę species / theorice & practice cũ diuersis algorithmis pertractat:

Quintus Musicas cõsonantias theorice & practice considerat. Et Monochordum in dyatonico genere diuisum ipsi manugamaut coaptat

Sextus Geometrię elmẽta primo quidem theorice / deinde practice / cum diuersis instrumentis & dimetionibus exponit.

Septimus Astronomiæ theoremata totius mũdialis machinę dispositionẽ/ cœlestiũ & elementaliũ regiones situm orbis iuxta Cosmographorũ traditionem / cũ generali mappa dilucidat. Astrologię pręterea partes omnes percurrens / Genethliatos pcipue & fatidicos propheta℞ oraculis & a sancto℞ patrũ sententijs confutat: omnẽq; Superstitiõis sobolem / Necromantiã/ Pyromantiam / Geomantiã/ artem Notoriã & imaginum ritum & execrationes pandit & reprobat

Octauus Naturalis philosophię principia / a diuersis diuerse quidem enumerata concorditer declarat.

Nonus originem primordialem & productionẽ omnium re℞ naturaliũ tã simpliciũ q̃ mixta℞ explanat.

Alchimiæ preterea principia & auctores cōmemorās Leichimistas ęliminat retaxat.

Decimus Animę vegetatiuę & sensitiuę potentias/organa/obiecta & operationes explicat: & circa sensum Visus perspectiue theoremata cōmemorat

Vndecius Animę rationalis originē/naturā/īmortalitatem futurꝵ statum tā in miserijs infernalibus ꝙ gaudijs cœlestibus per nouem Campos inuestigat: multorum & philosophorꝵ & theologorū positiones de natura animę enumerat

Duodecimus Philosophię Moralis ptes ptractat. Passionum/virtutū moraliū/intellectualiū & theologicalium rationes/cum oppositis vitijs explicat

Superadditur Registrum seu inuentarium iuxta litterarum ordinem: quæcꝫ notabiliora in toto opere contēta Lectoris obtutibus ostentans.

Figuris quocꝫ artificiosissime effigiatis & pene innumeris totum opus illustratur.

Habetis itacꝫ ingenui Adolescentes (nam vobis primo hæc Margarita dędicata est) habetis inquā epitoma omnis Philosophiæ/quātitate quidē paruum sed cōtinentia īmensum: per libellos/tractatus/capita cū sumarijs sententijs mira breuitate & stilo simplici/ex diuersis & Phorꝵ & Theologorꝵ sanctorꝵcꝫ Patrꝵ cōmentarijs excussum: ut & breuitas memoriā adiuuet: stili simplicitas intellectū rudem nō excludat: auctoritas originaliū voluntatem alliciat: quorꝵ multotiens cū in Prosa tū in Carmine integrę sententię assumuntur: ne in sugillationē aliorꝵ videat auctor omnia voluisse īnouare. Nōnullorꝵ tamen neotericorꝵ nomina in opinibalibus obticentur: ne quēpiam nomen absterreat quē tamen sententia delectat. Veterꝵ autem maxime q̄ttuor Doctorꝵ & colūnarꝵ Ecclesiæ/& inter hos Aurelij Augustini verba cū ānotatione librorꝵ & capitū expressius ponuntur: ut habeant calūniatores quo dentē inuidię retundant. quibus nihilominus multotiēs ab auctore diuersis in locis respondetur. Viderūt & reuiderūt singula auctor ipse & oīm Facultatum non infimi professores: quorꝵ nomina liber vitæ cōtineat optare. Si qd autem sanæ doctrinæ contrariū inuenitur: ęmendent quorꝵ interest: nihil quippe temere voluit qui scripsit sentire aut defendere/sed in omnibus aliorꝵ & melius sentientiū iudicio magis ꝙ proprio inniti.



petrus Lombardo
Theologia seu Methaphi.
TYPVS·GRAMATIC
Seneca moralis
Euclides geometria
Astronomia
Aristote. Logica
Tullius Rethorica. poesis
NICOST RATA
TRICLINIVM·PHILOSOPHIE

Suo Gregorio Reisch generosi Comitis de Zolrn alumno: Adam Vuenherus Temarensis. Salutem P.D.

Tu cohibere paras Epitoma / tui monumentum
Ingenij clarum ne exeat illud opus?
Falleris & vano merito frustrabere voto:
Auctore inuito tale legetur opus.
Docte vir ignoras? Seruata magis cupiuntur:
Et magis irritant queque negata putas.
Indignere licet cupidus prodire in apertum
In lucem veniet mox tuus ille liber.
Palladium frustra seruabat milite Troia:
Turris & inclusam non tenuit Danaen:
Nec tua perpetuo: mihi crede: sepulta manebunt
Scripta modo digitis tam studiosa tuis.
Ergo age / sponte tua / precibus nostris ve rogatus
Annue. & in lucem mox volitabit opus.
Annue: quod fiet quamuis prohibeberis ipse.
Dedalus impressor fac tua scripta premat.
Hec puer atque senex / & si quem arcana iuuabit:
Noscere que condit Philosophia: leget.
Sic tua mox vastum clarescet phama per orbem.
Viueque Gregori Reisch: tibi quisque canet.
Et si te haud capiet ventose glori phame:
Communi at saltem commouceare bono.

Philosophiæ partitio.

Philosophia diuiditur in

- Theoricā siue speculatiuam: Et est aut
  - Realis. q̄ rursus diuiditur in
    - Methaphisicā. & hæc aut est
      - Diuinitus ĩspirata. & est Theologia vera in veteri ac nouo testamento tradita
      - Humanitus conquisita quaȝ Aristoteles Auicenna &c. in m̄ltis libris descripsere.
    - Mathemicā cuius p̄tes sunt
      - Arithmetica
      - Geometria
      - Musica
      - Astronomia

      integrātes quadruuium.
    - Phisicā siue naturalem. sub q̄ & Medicina theorica continet & tradit̄ ĩ libris
      - Phisicorum
      - De cœlo & mundo.
      - De generatione & corruptōe
      - Methaurorum
      - Mineralium
      - De Elementis
      - De Anima.
      - De animalibus & plantis
      - De Sensu & sensato
      - De memoria & remiscentia
      - De Somno & vigilia
      - De Iuuentute & Senectute
      - De respiratione & ĩspiratōe.
      - De nutrimento & nutribili
      - De Sanitate & ægritudine
      - De motu cordis
      - De morte & vita. Et multis aliis breuitatis causa hic p̄termissis.
  - Rōnal̄ cuius p̄tes s̄t
    - Grammaticā. Rhetorica & Logica constituentes Triuiū.
- Practicam q̄ est aut
  - Actiua. q̄ tradit̄ in
    - Ethica.
    - Politica
    - Iconnmica.
    - Monastica.

    Sub his utrunq; ius continetur.
  - Factiā cuius p̄tes s̄t artes Mechāicę. scȝ
    - Lanificium
    - Armatura
    - Nauigatio.
    - Agricultura.
    - Venatio
    - Medicina
    - Theatrica

4

LIBRI PRIMI TRACTATVS PRIMVS

MARGARITAE PHILOSOPHICAE

Liber Primus De rudimentis Grāmatices. Tractatus primus De noticia Partiumorationis. Capitulum primū. De definitione & diuisione Philosophiæ. DISCIPVLVS.

QVid est q͂ te iamdudū æstuanti animo/alacri studio & indefesso labore in diuersis libris venari video? MAG. Philosophiam quęro. DIS. Et quid sit Philosophia ignoro. MAG. Philosophia est diuinarū humanarūq; rerum cognitio: studio bene viuēdi coniuncta. Vel est rerū humanarū diuinarūq; sciētia. In cuius amorem Sapiens inuitat: dicens. Hæc speciosior est sole: & super omnē dispositionem stellarum: & luci cōparata inuenitur prior. Omne aurum in cōparatione illius arena est exigua: & tanq͂ lutum ęstimabitur argentū in cōspectu illius. Nam oīm bonorū mater est & thesaurus īfinitus hominibus: quo qui usi sunt/participes facti sunt amicitiæ Dei. &c. unde & Seneca virū speculatiuum quasi deum in humano corpore hospitatum/astruebat.

Philosophia qd · *Augusti. de tri. lib. 14. cap. 1.* · *Sapien. 7.* · *Philosophię laudes* · *Seneca*

DIS. Miras Philosophiæ laudes prędicas. sed unde istoc insignita sit nomine/ædicito. MAG. Philosophia nomen græcum est: nō latinū ortum a philos id est amicus & sophia. i. sapientia: quasi amata sapiētia. Si eñ Sapiētiæ forma: ut aiebat Plato: oculis videri posset: maxime ad amorē sui homines cōcitaret. DIS. Et hinc Philosophi dicti: q amatores sunt sapientiæ? MAG. Etiam fili. sic enim primus Pythagoras non sapientem sed philosophum potius se esse respondit. id est amatorem sapientiæ. DIS. Quomodo amatores sapientię sunt: quā (ut ais) oculis cernere nequeunt. Nihil autem amatū nisi cognitum. MAG. Sapiētia & si oculis corporis neutiq͂ videatur: cū sit sole speciosior: intellectualibus tamen facile videtur: ab his qui diligunt eam. Et partim quidē ut a patre luminum (a quo omne datum optimū) īmediatius inspirat: partim autem ut humana industria per ea quæ facta sunt sensibilia indagat. Hinc & in plures partes secernitur. ut in p̄racta descriptione liquet.

φιλοσοφια unde (manuscript) · *Plato* · *Pythagoras.* · *Augusti. de tri. li. 9 c. 3. & lib. 10. c. 1. & 2* · *Sapien. 7.* · *Iacob. 1. ad Ro. 1.* · *Differentia* (manuscript)

De ratione & ordine dicendorum. Capitulum secundum. DISCIPVLVS.

On me puto fœliciorem diem hactenus hac ista vixisse: quo hęc & iocunda & anīo meo gratissima audiui: nec inferiorē fœlicitatis partē me attigisse existimarem/ si horum saltem generalem cognitionem paucis consequi possem. MAG. Optime sentis. Nam Aristoteles mortalium fœlicitatem/ non in diuitijs/non in honoribus/ nec cæteris bonis exterioribus: sed speculatione substantiarum separatarum (de quibus Methaphisica) posse reperiri astruit. Et Poeta fœlicem dicit eum/ qui rerum potuit cognoscere causas. (que in cęteris philosophiæ partibus inquiruntur) Horum tamen omnium noticiam & si generalem/ paucis ędocere labor est non modicus. Dum enim iuxta Horatij sententiam/ Breuis esse volo: obscurus fio. Et si quid forte non tam scitu dignum/ quam vulgatum silentio preteritum iri contigerit: non dęerunt qui subductis supercilijs: rugato naso & toruis oculis in superficie palpitantes/ canino dente omnia simul corrodent. Malens autem horum subire calumnias/ quam te optime indolis adolescentem/ claro satum sanguine/ & philosophię cupidissimum: more pecudum sine literis vitam agere: partium philosophię/ eo quo ænumeratę sunt ordine/ prima rudimenta explanabo. a Grāmatica igitur omnium artiū prima initium sumentes: inprimis inextricabiles quosdam eius labyrinthos abijciendos reor: ne in his diuti⁹ īmorati/ tempus pręciosissimū (quod natura mortalibus partę distribuit) sine fructu prętereuntes utiliora attingamus minime. Quid enī proderit ingenia puerorꝝ tenerrima in fictis singulorum dicendorꝝ continuatōibus/ diuisionū excogitatis reductōibus & sufficientijs/ perplexis regiminū viribus/ anilium fabularꝝ recitationibus de Quis & Qui si inter pronomia censenda. De vocatiuo si verbo personali in ratione suppositi iungi possit. De quinq; Figuris, de Impersonalibus: & an ne gerundia inter participia collocanda veniant: Insuper & de varijs impedimentis in constructōis ordine, & cōstructionū superuacuis nominibus frustra occupari? Aut quid demū pensi habebit modos significandi & omnimodā eorūdem diuersitatē tenerrimis auribus inculcari: quos sine naturis rerꝝ & philosophia prima nesciri nemo doctus dubitat? Hæc itaq; & similia missa facientes quo tendimus pergamus. DIS. Perge.

Aristotel. 10. Ethico
Virgilius Georg. i.
Horatius in arte.

De Grammaticæ definitione/ inuentore: & litterarum numero & distinctione Capitulū tertiū. MAGISTER.

Rammatica igitur (a qua exordiri oportuit) est recte scribendi & loquendi scientia: fons & origo omnium artium. De qua Quintilianus. Nisi Grāmatica fundamenta fideliter iecerit/ quid quid superstruxeris corruit. Dicta autem παρα τα γραμματα id est

Grammatica.
Quintil.

literis: quasi literaria scientia: eo ꝙ litera minima grãmaticę pars sit.
DIS. Quis hanc primus homines ædocuit? MAG. Grammaticę prima elementa, quę (ut diximus) sunt literę: secundũ linguarũ diversitatem diversi tradidere. Hebraicas nanq; literas ab Adam prothoplasto nostro parente, posteris relictas facile accipimus: cũ & omnibus creatis nomina indiderit. Harum & nomina & figurę characterum sunt

Adam.

tes.	hes.	sain.	vav	he.	dalets.	gimel.	bets.	aleph.
ט	ח	ז	ו	ה	ד	ג	ב	א
samech.	nun.	nun.	mem.	mem.	lamech.	chauf.	Kauf.	iots.
ס	ן	נ	ם	מ	ל	ך	כ	י
tauf.	schin.	res.	quf.	zadeck.	zadeck.	fe.	pe.	ayn.
ת	ש	ר	ק	ץ	צ	ף	פ	ע

hebræum alphabetum

Græcas vero Cadmum ex Phœnicia adduxisse perhibent, videlicet:

alphabetum græcum

alpha. uita. gama. delta. episim. sita. ita. thita. iota. capa. lafda. mi. ni. xi.
α β γ δ ε ζ η θ ι κ λ μ ν ξ
omicron. pi. ro. sigma. tau. ypsilon. phi. chi. psi. omega.
ο ϖ ρ σ τ υ φ χ ψ ω.

nicostrata. Sed latinarũ de quibus nos agimus, Nicostratam Euandri matrẽ inventricem historię tradunt. Non tamen omnium sed illarũ tantum A. B. C. D. E. F. G. I. L. M. N. O. P. R. S. T. V. alię autem scilicet H. K. Q. X. Y. Z. longo post tempore his quas Nicostrata invenerat nõ sine causis adiectę sunt. DIS. Quibus de causis? MAG. H. addita est ut esset aspirationis nota. aspirantur enim vocales omnes. ut ha he hi ho hu. Sed consonantes in latinis nunquam (dempto pulcher) aspirantur. In græcis autem & quę ab his. c. p. r. t. aspiratas conspicimus. ut philosophus. rhetor. theologus. ☞ Christus: quod græce per χ ꝗd valet ch & ρ ꝗd valet r & c ꝗd valet s adiecto titello scribitur: in hac forma Xp̃c. Hinc quidam ex nostris Christus per x p c scribendũ insulse ignoranterq; tradidere. K assumpta est: ut inter c & q discrimen faceret. Nulla tamen dictio seu vox latina k scribenda est: licet usus in aliquibus male habeat. Pro q nonunq; antiquiores c scribebant. Sic pro x, c & s vel g & s ponebant. Nunq; ergo post x scribendum est s. Y vero & Z a græcis mutuavit latinitas propter græca scribenda quibus nõnunq; utitur y pro i: & z pro ss duplici ponit. Sũt itaq; literę nũero viginti tres: quarũ qn que vocales dictę: quia sine alijs plenam vocem efficiunt, scʒ a. e. i. o. u. Reliquę omnes Consonantes: quasi cum vocalibus sonantes, ut b cũ e sonat be. Similiter v & i in principio vel medio dictionis si mox vocalis sequitur in vim consonantis migrant. ut valor Iacob. maior audivi V vero im̃ediate sequens g q et s vim litteræ perdit: quia nec dyphthõgon: nec positionem efficit. ut lingua. aqua. suadeo. Consonantes rur

Christus.

23 litteræ.
Vocales
Consonantes

ſus bipertiũtur in Mutas & Semiuocales: Mutę ſunt quę vocali in quã definunt dempta: abſq; voce ſunt. ut b c d f g k p q t. Cæterę Semiuocales ſunt: quia vocali a qua incipiunt dempta / ſemiuocẽ faciunt. ut l m n r s x. E quibus duæ liquidę ſunt. ſcilicet l et r. quia alicui mutę adiunctę vocalem pręcedentẽ ancipitem reddunt. ut tenebrę. repleo &c. F autem & ſi more ſemiuocalium a vocali incipiat / mutis tamen deputabitur: cũ dictionẽ ad inſtar ſemiuocalium finire non poſſit. Ex his quędã in gutture / alię labris / nõnullę uero a pulſu linguę circa dentes & palatum formantur: quod labia mea & linguę deflexionem animaduertẽdo / facile intelliges. DIS Capio. ſed in quẽ uſum aſſumptę ſint edicito.

Mutæ. Semiuocales. Liquidæ.

De Syllabis Capitulũ quartum MAG.

Ex connexione litterarũ diuerſę emergunt ſyllabę. Cũm eñi duæ vocales iunctę fuerint: dyphthongos quattuor efficiunt. quarũ duę Primę Au & Eu & ſcribi & legi poſſunt, ut audio euangeliũ. Poſtreme autem duę æ & œ ſcribi poſſunt / ſed legi conceſſum nõ eſt. ut æneas, fœdus. Si autem conſonans una vel plures vocali aſſociatę fuerint / varias ſyllabas cauſant. ut ba. ca. da &c. Non autem plures tribus vocalem in eadem ſyllaba aut pręire aut ſequi poſſunt. Si autẽ tres pręcedant duę ſequuntur, ut monſtrans. Si tres ſequuntur duę pręcedunt. ut ſtirps. ſemper autẽ harũ triũ prima vel ultima eſt l vel r. Quotcunq; autẽ ſine vocali cõbinatæ fuerint / ſyllabam non cõſtituunt. Syllabam omnes litterę incipiunt y dempta: q̃ ſemper in principio h aſpirationem ante ſe requirit. ut ab bos. cos. dos. ex. fur. glos. hic. in. Kalendę. laus. mons non. os pes. qui. rus ſus. tu. urbs. xenodochium. hydria. zona. Vocalibus omnibus ſyllabam terminare cõceſſum eſt. ut menſa. cubile. gumi. leo. genu. Conſonantibus autem hæc poteſtas certa lege conſtricta eſt. DIS Qua? MAG. B nullius ſyllabæ finis eſt: niſi & ſequentis initium ſit ut abbas. Excipiuntur dictiones cõpoſitæ ex ꝓpoſitione in b terminata. ut ſublego, obtrecto. obduco &c. C ſyllabam terminat ſi ſequens a q vel c incipiat. ut ſiccus, quicquã (q̃d & quidquã dicitur) D in ſimplicibus ſyllabam non terminat: in compoſitis autem ſi ſequens a d incipiat. ut reddo addo. Sed adquiro: idcirco: quidquid / in prima ſyllaba d retinent. Si autẽ ſequens ſyllaba ab s & alia conſonante incipiat / d ſubtrahitur. ut aſcendo. aſpiro aſto. F tunc ſyllabã finit: cũ ſequens ab f ĩcipit. ut afficio. Idẽ iudiciũ g ſubit. ut ſuggero. aggero. H in appocopatis ſyllabã terminat. ut ah. vah ab aha vaha. Proh ſine e ſcribitur. K in latinis non ponitur. ut ſup̃ viſũ eſt. L ſyllabã finire põt quacunq; conſonãte ſequente: q r k h demptis, ut albus ulcus valde alfeus algeo illud ulmus ulna culpa fulſit altus ſilua mulxi. M ſyllabã terminat: ſi ſequens ab m b vel p incipiat. Vnde & ſi has conſonantes n p̃ceſſerit / in m mutatur. ut ambulo imperium. immunis. M in ſeq̃ntibus c d f q t in n tranſit. ut quencunq;. tandem, anfractus. nunquam. identidem. Si autem n contigerit ſequi m / tunc in eadem ſyllaba

Dyphthongi. ſyllaba ab oĩbus inchoari poteſt. B. C. D. F. G. H. K. L. M.

erunt.ut damnum scamnum . nunq̃ autem p interponenda est. Si autē m sequit̄ s vel t interponitur p causa melioris soni . ut compsi comptū. Inueniunt̄ etiam b c d l r s t u consona interposita litteris/causa soni melioris.ut ambigo ex am/& ago.sicubi ex si & ubi. Prodest ex pro & est. Dirimo ex di & emo Obscurus ex ob & cura. Identidem ex idem & idē Bouis a bos.

N N syllabā finit sequēte c.ut truncus.d ut mando f ut confiteor .g ut angulus(si aūt n sequitur g ipm p̄ire nō potest.ut agnosco) n ut annus/solennis sine p.q ut inquiro. s ut consitus.t ut mantua.ɤi cōsona nt cōiunx. v ɔsona.ut conuerto. x ut anxius. Seq̄nti ꝟo r ꝟtitur in idē r.ut corrūpo. Vertit̄ & in m si sequat̄ b.m p.exēplo ubi sup̄.

P. P syllabā non finit/nisi ab ea sequēs incipiat ut lippus.

Q Q nulliꝰ syllabę finis est.

R R syllabā finit quacunq̧ cōsonante sequente: b dempta.ut morbus porcus ordo perficio margo phibeo piuro pluceo carmē carnis corpus arquitenens /currus morsus artus Xerxes :coruus barʒiʒia.

S S sequēte s in simplicibus syllabam finit ut assis. Et in cōpositis sequēte c i p t s.ut obscurus discretus discutio displicet destinat diffuo In simplicibus autem sc sm sp st/sunt eiusdem syllabę.ut Pascua cosmus: prosper testis.

T T.tunc syllabę finis est cum sequēs ab eadem initium sumit ut attinet. T autē syllaba ut ci ꝓfertur : si mox alia vocalis sequitur: nisi s vel x ti pręcedat.ut gestio mixtio. Dicimus tamen litium a lis & vitium a vitis ad differentiam licium & vicium & siqua sunt similia. Genitiuus autem singularis in nomine : vel secunda persona pręsentis indicatiui in ꝟbo facile indicant si hæc & ab his deriuata per c vł ti scribēda sint.ut ab astuti astutia. amici amititia. Sitio sitis. facio facis.

Syllaba ti fit ci

X X syllaba finit in cōpositis ab ex : sequēte c l p q t. ut Excurro/exlex expecto exquiro extendo.

Y Y syllabā terminat ut zephyrus.

Z Z quādoq̧ ī fine reperitur.ut achaʒ. Dicta autē de syllaba quaʒ alia sequitur intelligenda sunt. Cætera si quę de literarum naturis in mentem venient in processu suis locis interserenda veniunt.ut in.capi de verborum declinatione & p̄positiouum compositione. DIS. Optime. Sed quid demum ex syllabis fit? MAG. Dictiones. Ex quibus tandem orationem construimus.per quam omnem mētis nostrę conceptum alteri indicare cōgrue possumus. Hinc & dictiones partes orationis dicuntur. Differentia vero earundem octo generibus depręnditur: quę sunt. Nomē pronomē verbum participium aduerbium coniunctio p̄positio interiectio. De quibus eodē ordine dissertabimus. Et primo de Nomine :

De Nomine Capitulum quintum. DIS.

Nomen

Omen quid est? MAG. est pars orationis cum casu corpus aut rem proprie cōmuniterue significans. Omne enim nomē aut significat rem grossam aliquo sensu exteriori pceptibilē: & hoc corpus dicit̄ . aut s̄ʒcat ens solo intellectu appręhensibile : & hoc res appellatur . ut anima angelus . Dicitur autem hæc orationis pars Nomen: quia res quibus nomen imponitur nominat. DIS. q̃ pacto.

corpus

res.

cognoscam facilius q̃ dictio nomen sit? MAG Primo per eius vulga
re: cui si addi pōt ein uł ein ding. nomē est, ut hō ein mensch. album ein
vieiss ding Secundo per eius accidentia. DIS. Quot accidunt nomi
ni? MAG. Octo. sc3 qualitas: numerus: figura: persona: casus: declina
tio: genus & species. DIS. Qualitas noīm q̃ttuplex est? MAG. Du
plex. propria scilicet & appellatiua: a quā & nomen propriū vł appellati
uum dicit. DIS. Quod est nomen proprium? MAG. q̃d sĩcat rem
unā alteri nō ɔmunicabilē. ut sunt oīa noīa q̃rumcunq; rer̄ propria. ut
Christoferus. DIS. Quod est nomē appellatm̄? MAG. q̃d significat
rem pl̄ibus ɔmunicabilem. ut hō humanitate3 q̃ pl̄ibus ɔmunicat signi
ficat. Est & alia penes q̃litatem nominis diuisio: ĩ adiectm̄ scilicet & sub
stantm̄. DIS. Quod nomen est Substantm̄? MAG. q̃d significat
rē p modū p se stantis. & cognoscit per suū vulgare: cui nō potest addi
vieyb. man vel ding. Nō em̄ dicitur homo/mœntsch ding. DIS. q̃d
nomē est adiectm̄? MAG. q̃d significat suū significatū p modū adia
centis alteri. Et cognoscitur p suū vulgare: cui potest addi ıvyb/man/
vel ding. ut alb⁹ ıviß man alba ıviß fraiv Album ein ıviß ding. DI.
Numeri nominū q̃t sunt? MAG. Duo Singularis & pluralis. DIS.
Quod nomen est singularis numeri? MAG. Cuius vulgari addit
ein. ut homo ein mensch. DIS. Quod nomen est pluralis numeri?
MAG: Cuius vulgari additur vil. ut homines vil menschen DIS
Figurę nominū quot sunt? MAG. Duę Simplex & cōposita. DIS.
Quod nomen est simplicis figurę. MAG. quod non potest diuidi in
plures partes significatiuas prioris sensus capaces. ut homo. DIS.
Quod nomen est cōpositum? MAG. Quod potest diuidi in plures
partes significatiuas prioris sensus capaces. ut equiferus. DIS Perso
nę nominū quot sunt? MAG. Duę scilicet secunda & tertia. DIS.
Quod nomen est secundę personę? MAG. Omne nomē vocatiui ca
sus est secūdę personę. Alia omia sunt tertię personę. DIS. Casus no
minū quot sunt? MAG. sex scilicet noīatiuus gtīus datiuus actī⁹ vo
catiuus & ablatiuus: quorum primus rectus dicitur/reliqui omnes ob
liqui. Per hos casus oīa nomina declinant & p terminationes suas variā
tur. DIS. Quot sunt declinationes nominū. MAG. Quinq;
DIS Quomodo cognoscunt? MAG. Penes Gtīm vel ablatīm
Nomen em̄ quod habet in gtīo æ vel in ablatiuo a est primæ declinati
onis. Quod aūt in gtīo habet i vel in ablatīo o est secūdę. Et q̃d i gtīo
habet is est tertię. Quod vero in gtīo habet us vel in ablatiuo u ē q̃rtæ.
Illud autē quod in gtīo habet ei diuisim est quintę. DIS. unde cogno
scere possum qualiter singula nomina suis aptentur casibus. MA.
Per regulas sequētibus metris cōprehēsas: ut meōrię firmius insideāt.

De prima declinatione in singulari Capitulū vi.

Vnt rectis primę/ tres finales sociatę
Quattuor & voces a vel am iunges simul as es

Accidētia nomīs
Cognitio Nominis
Qualitas nois Propria & appellatiua
nomē substantiuu3
adiectiuū
Numerus
Figura
Persona
Casus
decliātio

Omnia huius inflectionis nomina in genitiuo & datiuo singularibus per ę quod sit dyphthongos scribuntur. ut musæ vel musę. andreę

Ae genitiuus habet cum terno. Quartus in am fit;
egina An dat a gręcus & as: es atq per en tibi mutes.
Attendas ultra quod rectum nomina neutra pasca
Quartum cum quinto/similes dant/hic & ubiq.
A quintus/sextus. post es/e/vel a reperimus
Recto qui fit in am: quintum/sextum quoq iungam.

In plurali

Luralis primus dabit ę: quintusq. secundus
Arum dat. ternus dabit is: sextusq. sed abus

Aliquando conciditur syllaba ar de genitiuo plurali, ut cœlicolum pro cęlicolarum.

Dant equa mula dea sic filia nata liberta:
Cum domina pariter anima famula quibus abus
Aut is forte dabis: asina sociabis.
As quartus finit: ex dictis prima patebit.

Et ut hęc clarius intelligas tibi huiusce inflectionis formā subijciā sʒm quā reliqua omnia articularibus (pro ut generꝝ exigit diuersitas) terminationibusve. ut datę admonent regulę variatis: declinabis facillime. Modum vero vulgariʒādi omnium nominum/ singulos per casus & numeros cuiuscunq declinationis fuerint/ facile depręhendes si casuum officia considerabis: eo quo sequitur modo. ut Nominatiuus omnia agere. Genitiui omnia esse. Datiuo omnia acquiri. Accusatim omnia pati. Vocatiuum vocari. Ab ablatiuo venire/ aut eo mediante varia fieri intelligatur. Ex eo nanq nominatiuus. per der die das. Genitiuus per des der von. Datiuus per dem der ʒuo. Accusatiuus per die den das im. Vocatiuus ꝑ du ir vel o. Ablatiuus per mit von usʒ in fur durch ve umbsʒm rei proprietatem in singulari. In plurali vero genitiuꝰ frequenter per deren. & accusatiuus per die. Datiuus & ablatiuus exponitur per denē. Signa autem casuum sunt. Nominatiui. Quis iver. Genitiui Cuius ives. Datiui Cui ivem. Accusatiui quem iven. Quid ivas Vocatiui o. Ablatiui. Quo/mit ivas/usʒ ivas in ivas. In his te exercitatum iri volo & non in vana & curiosa casualium & temporalium recitatione. Sequitur.

Modꝰ vulgariʒādi noīm per suos casus

Forma declinationis primę.

	In singl'ri		In pl'i
	der tisch		die tisch
	Ntio hec mensa		Ntio he mēsæ
	des tischs		deren tischen
	Gtio huius mense		Gtio harum mensarum
	dem tisch		denē tischen
	Dtio huic mense		Dtio his mensis
	den tisch		die tisch
	Actio hāc mēsam		Actio has mēsas
	du tisch		ir tisch
	Vtio o mensa		Vtio o mense
	von dē tisch		vō denen tischen
	Ablatio ab hac mēsa		Ablatio ab his mensis

De Secunda declinatione Capitulum .vij.

In Singulari.

Iunge secunde tres finales: sex quoq; voces:
Er vel ir um q; vl' ur hinc us: simul eus sociant.
Fit genitiuus in i: formam vult er variari
Nam nisi muta preit er i simpliciter sibi iungit. (puer / pueri)
Et si muta preit: e vocalem remouebit (magister / magistri)
Celtiber & liber / iber excipias quoq; dexter.
Presbyter atq; later prosper socer asper adulter
Mulciber his iungis: cum de gero vel fero natis (Armiger / Dapifer)
Et iungo gibber: dat tri vel eri tibi dexter. (vir viri)
I sumunt ir vel ur: us in i simul um variantur. (sat saturi / domini / templi)
Eus in ei muta. dat eos formatio greca. (spondeus / spondei / Spōdeos)
Vnus post ille solus totus quoq; flecte: (ille illius / un⁹ uni⁹)
Vllus nullus uter: iunges alius simul alter: (uterq;)
Quod dabit alterius. alius quoq; format alius. (neuter)
Tertius o posuit: cum sexto. Quartus in um fit (dyphton- / gon / thidea)
Grecus us on finit. A dat eus. hinc quintus in en fit (vir. liber. / thideus)
Rectus in er vel in um similem faciet sibi quintum (templum / theseus / thesea)
E facies ex us: fili dic abiiciens us. (domine / o theseu)
Sic proprium quod ius habuit. dic agne vel agnus (laurenti)
Et populus popule / deus: & fluuiusq; chorusq; (vincenti)

In Plurali.

Plurali Primo quinto simul i sociato. (viri)

cõcidit tñ or syllaba qñq; duũ p duoꝝ — templa

Attamen a neutris iunges: orum genitiuis.
Is ternus / sextusq; dabunt: dabit os tibi quartus.

Forma secundę declinationis:

In singl'ri		In pl'i	
	Ntĩo hic magister		Ntĩo hi magistri
	Gtĩo hui⁹ magistri		Gtĩo horũ magistroꝝ
	Dtĩo huic magistro		Dtĩo his magistris
	Actĩo hũc magistrũ		Actĩos hos magistros
	Vtĩo o mgister		Vtĩo o magistri
	Ablatĩo ab hoc magistro		Ablatiuo ab his magistris

Alia

In singl'r		In pl'i	
	Ntĩo hoc pomũ		Ntĩo hęc poma
	Gtĩo huius pomi		Gtĩo horum pomorũ
	Dtĩo huic pomo		Dtĩo his pomis
	Actĩo hoc pomũ		Actĩo hęc poma
	Vtĩo o pomum		Vtĩo o poma
	Ablatiuo ab hoc pomo		Ablatiuo ab his pomis

Ad instar horũ reliqua eiusdẽ declinationis ꝑut rerũ proprietas & genus exigunt & vulgaris sabis & declinabis.

De tertia declinatione Capitulũ. viij.

In Singulari:

Inales ternę sunt bis quinę sociatę:
Et sexaginta voces / dempta tamen vna — a e o c l n r s t x.
Sunt a vel e simul o testes / ac ec sociato. — dogma monile virgo — lac. allec.
Vocali cuiuis l n r simul s sociabis.
V tamen n non das. aus / uls / ems: irps quoq; ponas. — laus. puls hyems stirps. caput
Quamlibet s iunge: b vel n / p / vel r preeunte.
V ps irs non dices: u solam t superaddes.
Quęlibet x presit: anx / alx aux inx sibi iungit.
V nx / arx / erx / addo. dant omnes is genitiuo:
Sed diuersimode / tñ inferius manifeste
Formas ponemus. A primo tis sociemus — dogmatis
E fit is. o dabo nis. homo / cardo / margoq; demis. — monilis sermonis
Ordo cum virgo nemo / simul excipe / do / go. — albedo rubigo
Fęminei generis: & apollo: teredoq; iungis.
Hęc ex o faciunt i breuem. turbo sibi iungunt:
Et caro carnis dat tibi. nomen gentis o curtat. — Saxo saxonis

Lac lactis ponit: allec allecis habebit.
Is post l pono: sed lis mel fel sociabo.
salis: Iohelis. Alis dic elis olis longas genitiuis.
Solis Hastrubal hinc demis Hanibal quoq; sal sibi iungis:
vigilis consulis Curtas dicis ilis & ulis. saul hinc tibi demis.
Ex an fac anis: ut titan: vel dabit anos.
nominis. En fit inis: siren lien enis dant: quoque ren splen.
Delphin delphinis: & in In non plura videbis.
demonis On sibi copulat is. quædam peregrina dabunt tis. licophrō. Eglocerō
calcaris R capit is. epatis dat epar: sed far dabo farris. silpon
uberis. Imber cum natis demis. nam mutat r in ris. decēbris
martyris. arboris Ter quoque mobile: cer iungas celeberq; saluber. nouēbris.
turturis V tuntur lege luther panther que later que. Pater tris.
alacer cris Ether cum crather stater his coniunge character.
Cor cordis donat. in oris femur ur tibi format
Huic ebur atque iecur iunges: robur simul addes.
Iupiter atque iouis dat: iter tineris facit ex ter.
Producas aris: nectar iubar hinc remouebis
Cum natis par: lar bostar cæsar simul aspar impar. dispar
Corripiatur eris: iris ac uris associabis.
Crather dematur: panther quoq; ver mulier fur.
Oris dic longam. sed demas propria quædam.
Et rhetor Castor arbor marmor simul æquor.
ciuitatis Ex as fac atis: elephas as mutat in antis.
Et diamas adamas gigas: & propria iungas. ut Atlas.
Vas vadis & vasis dic mas maris: as dabit assis.
As in adis Pallas vel ados mutat quoq; lampas.
Archas cum græcis: his patronymica iungis. virgilias adis ados
sedes dis. Es fit is: attamen es vertunt in icis comes ales.
Cespes eques palmes gurges fomes pedes hospes:
Limes cum miles trames sospes q; satelles:
Antistes poples diues celesq; superstes:
Cum stipes veles prestes prostes simul obstes:

Interstes substes:& hames termes quocp merges.
Sed teres interpræs hebes indiges addito perpes
Es formant in etis:impes præpes sociabis.
His aries paries abies seges & teges addes.
Sic etiam longam facit inquies & lebes addes:
Magnes atcp quies locuples cp tapes simul agnes:
cohæres Hæres cum natis præs merces as dat in edis:
Sic pes curtat edis:sed apes apis associabis.
Datcp ceres cereris: æs eris consociabis.
Et quod dat sedeo formabit idis genitiuo: præses presidis
auis. Is non mutabis genitiuo: sed lapis aspis
Is mutant in idis:bolis & dyplois chlamys ægis
Et pixis cuspis iaspis tapiscp parapsis
Pyramis & phillis & talia plura videbis.
priamis p amidis vl priãidos Cum græcis multis:his patronymica iungis
Quæ formant in idos quandocp suos genitiuos.
Vt genesis,multa dant is vel eos quocp græca.
Et quædam seruant normam: vel idis sibi formant:
Vt cassis tigris iris tibris paris isis.
Istis iunge thetis: vel dat thetios genitiuis.
Dant in eris cucumis vomiscp cinis quocp puluis:
Lis litis quiris quiritis glis dabo glitis:
Et glissis gliris:dis ditis consociabis.
Præbet inis sanguis sardis pollis sociabis.
Semis pars assis cum sit/semissis habebit:
Sed pro dimidio nuncp variabile credo.
mos oris Oris fac ex os longam:curtam dabit arbos.
Cos dos pos cp nepos otis dant atcp sacerdos
Sed pos curtat otis:custodis dat tibi custos.
Hæres formabit herois:bos bouis adde.
Deuorat os oris quidquid lucratur os ossis.
Glos glossis lignum vetus est de nocte serenum:
Flos est glos gloris:glos glotis fœmina fratris.

fortius fortioris.

Ex us fiat oris:quod comparat o tibi longat.
Sed formant in eris venus & vetus & ſcelus addis
Vellus viſcus olus opus & fœdus latus ulcus:
Sidus pondus acus glomus & genus:addito vulnus
Munus funus onus.udis q; palus dat & incus:
Intercus datutis curtam:longamq; iuuentus:
Et quod dat ſeruus; virtuſq; ſaluſq; ſenectus
Vris dat tellus:monoſyllaba conſociamus.
Sed ſus iungo ſuis:& grus gruis annumerabis;
Dat pecus hæc pecudis:pecus hoc pecoris ſibi iungit.
Laus laudis donat:& fraus fraudis ſibi format
Bs s demit:& ps is ſibi iungit
Ebs eps e mutant in i:ſi poliſyllaba fiant:
Aucupis excipitur ex auceps quod reperitur.
Formant a caput eps:ex eps ipitis velut anceps.
Puls pultis ponit:& hyems hyemis ſibi iungit.
Ns s demit:& rs tis quoq; ſumit:
Quod cor componit vel pendo s remouebit.
Dis capit.& iungo frons lens glans tis ve tenento
Atq; quod uncia dat/s demit/cis quoq; ſumit.
Cum natis fit iens in euntis:iunge quienſq;.
Ambio ſub lege manet:atque ſuperbio iunge
Vt mutas in itis.& x mutabitur in cis:
Si tamen e teneant ſuper x poliſyllaba mutant
Hanc in i.ſed lodex i longat.& e tenet exlex.
His iungas veruex.& lectilis atq; ſupellex.
X in gis dat rex: iungas lex grex quoq; remex.
Sic græcum format ut ſpinx:vel gos ſibi donat.
Dic ſenis & noctis & cõiugis & niuis addis.
Hinc reliquos formo tibi caſus a genitiuo.
S remouet ternus.is in em mutat tibi quartus Dt̃us
Im dat maguderis peluis ſitis ſic & ecthlipſis Abltĩus
Vis buris tuſſis tibris cum tigris erynnis:

Marginal notes (left): ut ſeruit⁹ — thus rus — celebs bis — princeps. principis. — mẽs mẽtiſ — ars artis — rediens redeuntis — quincuns caput itis — Iudex icis

Marginal notes (right): tempus temporis — plebs ſtirps — vecors diſ — libripẽs li bripendis

Treueris & tongris tripolis sirtis simul iris:
Istis adiungo dans is vel eos genitiuo:
Vt genesis frenesis. & in im bene plura videbis.
Quædam latina mutant is in a quasi græca.
Em dat & im turris restis puppisq; securis.
Par quintus recto: tñ s quædam remouēto
Vt pallas palla, tibris iris sint quasi græca.
Formatur sextus in e. sed tñ excipiemus
Cum sit in e rectus: istis is & e sociemus.
Acer is e iungis & al alis & addis ar aris:
Hæc is in i vertunt. dans im quarto sibi iungunt
Gausape presepe preneste q; cepe soracte:
Hinc hanibal sotular sal demas hastrubal & far:
Nectar epar cum lar bostar cæsar iubar aspar.
Dant e vel i sextis fascis piscis simul ignis
Et postis fustis vectis lactisq; securis
Cum turris restis puppis quoq; mobile iungis.
His reliquum demas: hospes sospes superaddes.
Degener ast uber iungas. e vel i dabit imber:
Attamen i natis tantum dat: iungis aprilis
quintilis iungas: & sextilis superaddas.
Cardi cum nalis: iungas simul officialis.

Habentia genitiuū sileȝ ntio: vl' i solā i ablatio: & q̄ terminantur in us vl' rs p is qnȝ terminant accusatiōs pl'es: pserti q̄ iū hñt i gtō plī.

Marginal notes (left): æthera. aera — Vtius. — Ablatiuus — monile — alacer ala-cris cre. — qa tantm̄ habent e. decembri septembri — cardinalis

Marginal notes (right): ut sūt pro pria in is: hñtia gtm̄ sileȝ ntio. ut neapolꝰ — fortis te tribunalis calcaris maguderi — scȝ oīs ge-neris silit̄ opatia. ru dis tñ ad-iectm̄ i im substm̄ at e tm̄ habȝ

In plurali

Pluralis primus is in es: format quoq; quartus:
Et quintum socia: sed dant is in a tibi neutra:
Præter quæ donant i sextis, hæc ia formant.
Et quæ dant e vel i: tamen hinc amplustra retracta:
Ludicra vel vetera: quod comparat atq; retracta.
Is in ium vertit genitiuus. & hinc tibi demis
quod fit in a vel in o quæ dant is in um genitiuo.
Il simul ul iungas n & r. simul as superaddas

lapidum arietum — Cum crescunt dabimus istis is & es simul os us.
Et panis soboles apis & canis indole proles: — inuenit & apium.
Cum proceres fruges iuuenis volucris qꝫ penates.
His græcum iungo: dans is vel eos genitiuo. — heresum vatum.
Laus fraus puls iungo: simul s b p præeunte.
Iungis hyems: consorsqꝫ cohors: caput his superadde.
artificum — Complex atqꝫ senex. X fixum iungito suppellex.
locupletū — Ex istis demas caro. quod fit in ar sibi iungo. — pter cæsar cæsarum.
alacrum — Acer is e: præter celer. his addas simul imber:
Cor simul: as assis: mas vas qꝫ vadis quoque cum glis
Lis dos ac ab os. plus trabs plebs scobs sociabis.
Anceps cum socijs: urbs daps seps stirps sibi iungis
Et nix nox addo calx lanx arx atqꝫ suppellex.
Atqꝫ boum dicas quoqꝫ bobus. & u capit ales. — ut alituū
amantum — V m præbent ans ens vel ium: sed ium dabo glans dens
tiū. sapientū vel iū — Et gens mens. Ternus in ibus dabit is quoqꝫ Sextus.

Forma declinationis tertiæ

In sīri	Ntō hic & hec & hoc felix	hi & hæ felices & hæc felicia
	Gtō huius felicis	horū & harū & hoꝝ felicium
	Datīo huic felici	his felicibus
	Actīo hūc & hāc felicē & hoc felix	hos & has felices & hec felicia
	Vocatiuo o felix	o felices & o felicia
	Abltīo ab hoc & ab hac & ab hoc ce. l'ci.	ab his felicibus

In plī

Eiusdem declinationis alia forma

In sīri	Ntō hic lapis	hi lapides	In plī
	Gtō huius lapidis	horum lapidum	
	Dtīo huic lapidi	his lapidibus	
	Actīo hunc lapidem	hos lapides	
	Vocatīo o lapis	o lapides	
	Ablatīo ab hoc lapide	ab his lapidibus	

Eiusdem declinationis alia forma

In sīri	Ntō hoc dogma	In plī	Hæc dogmata.
	Gtō huiꝰ dogmatis		horum dogmatum
	Dtīo huic dogmati		his dogmatibus
	Actīo hoc dogma		hæc dogmata
	Vtīo o dogma		o dogmata
	Ablatīo ab hoc dogmate		ab his dogmatibus

Eiuſdem declinationis alia forma.

In ſgri	Nrõ hoc cubile	In plri	hæc cubilia
	Gtõ hui⁹ cubilis		horum cubilium
	Dtio huic cubili		his cubilibus
	Actio hoc cubile		hæc cubilia
	Vtio o cubile		o cubilia
	Ablatio ab hoc cubili		ab his cubilibus

De quarta Declinatione. Capitulum nonum. In ſingulari.

Quarta dat us rectis. genitiuis us quoq; quintis
Præbet & u recto quem noli flectere primo.
Ternus ui finit, um quartus. ſextus in u fit.

In plurali

Pluralis primus dabit us: quartus quoque quintus
V dictis dabimus. ua præbet uum genitiuus.
Ternus ſextus ibus dant. ſed ficus tribus arcus
Ante bus u ſeruant: portuſq; veru ſpecus addam:
Et lacus & partus acus & quercus pœnus artus.

Forma inflectionis quartæ.

In ſgri	Ntõ hic fructus	in plri	hi fructus	hæc genua
	Gtõ huius fructus		horꝝ fructuū	horꝝ genuum
	Dtõ huic fructui		his fructib⁹	his genubus
	Actio hunc fructū		hos fruct⁹	hęc genua
	Vocatio o fructus		o fructus	o genua
	Ablatio ab hoc fructu		ab his fructib⁹	ab his genub⁹

De quinta Declinatione. Capitulum decimum. In ſingulari.

Quinta dat es rectis: Sed præbet ei genitiuus:

De ternis.

Em quartus. quintus dabit es. e Sextus habebit.

In Plurali

Primus plurali dabit es: qui vult ſibi ſubdi
Quartum cum quinto. tribues erum genitiuo.
Tertius & ſextus ſemper formantur in ebus.

Forma quintæ Declinationis.

	Singulari		Plurali
	Ntō hæc species		hæ species
	Grō huius speciei		harum specierum
Inſ ʒri	Dtīo huic speciei	in plī	his speciebus
	Actīo hanc speciem		has species
	Vocatiuo o species		o species
	Ablatiuo ab hāc specie		ab his speciebus

De declinatione compositorꝶ. Ca. undecimū.

respub lica. Constans ex rectis penes hos ambos variabis.
Non sic alterutrum declines; nec leopardum.
legislator Constans ex recto simul obliquo variato:
Ex recti parte sed non variabile quodqꝫ
tibisoli Constans obliquis.

DIS. Breues quas iam tradidsti declinationū regulas alta mente reposui. Nunc demū de genere te absoluas. MAG. Gña nominū sex sunt. scꝫ Masculinū Fęmim Neutrū Cōmune Omne ꝓmiscuū q̄d & epichenū dicit̄ sub uno articulo utrūqꝫ sexum importans. & dubiū siue incertum. DIS. Penes quid cognoscitur genus nomīs? MAG. Penes significatū & terminationes ut regulę sequentibꝰ metris cōclusę inducūt Ea tamē lege. ut regulę gñales a spēalibus sint exceptiones.

De nominum generibus in generali: Ca. xij

pater Ars maribus iungat quodcunqꝫ virum tibi signat
petrus
mater Fœmineis iungas per quæ signas mulieres.
Anna Mancipium neutro dabis: & scortum sociabo:
Communi iunge sexum quod signat utrumque.
Rhenus. Quæ fiunt propria flu: men: ven: pone marina. .i. nomīa fluuiorū: mensiū & ventorū sunt generis mascu
Ianuarius Hæc dabit arboribus. sed fructibus hoc sociamus.
Boreas Mas oleaster erit: dumus & rubus associabis.
Hoc siler est herba: siler hic donat tibi vina.
Pirus Hæc sit auelana nux glans castanea ficus.
Fœlix
Fortis. Triplex mobilibus genus ut vult ars sociamus.

De genere nominum primæ declinationis. Capitulum tricesimum.

mensa: A manet in prima mulier. des mammona pasca
Neutris. & manna neutrum. mulierqꝫ polenta:
Adria Planeta maribus dabis atque cometa.

De genere noīm secundę declinationis. Ca. xiiij.

scamnum
Leuir
Liber
pannus

Vm neutrū facies: mulierum nomina signes.
R simul us: quæq; maribus sociata secundæ.
Fœmina damascus: domus ac humus atque papyrus
Aegiptus vannus & dipthongus: colus. aluus.
Aluus cum byssus eremus paradisus abyssus
Porticus & methodus synodus nardus hiacinthus:
Artus cum delus & carbasus atque phaselus:
Costus cristallus & Ciprus: iunge smaragdus.
Hoc vulgus pelagus. quandoq; fit hic paradisus.
Os græcum sæpe mutatur in us muliebre.

glicerium
custochiū

methados
methadus

De genere nominū tertiæ Declinationis. Ca. xv.

DICATE neutrum tertiæ.
A verbis cuncta per io vel nomine sumpta
Et nomen do go præbens inis in genitiuo:
Dona fœmineis. Mas ordo cardo teredo:
Stellio gurgulio cum margo pugio iungo.
Vnio cum socijs ut ternio consociabis
In reliquis mas o. caro sed mulieribus addo.

Lectio.
albedo
siligo.

hoc est uo mina' īmi nata in di cate/ sūt neuti gñis si sunt in flectionis tertiæ.

L neutrum pone. dic sal hic & hoc retinere. — L
Et sol mas dices. cui quod sit in an bene iunges. — An
Neutrum nomen in en esto. sed fœmina siren. — En
Mas est ren cum splen pecten q; lien ve hymenque.
Delphin mas esto. cui quod sit in on sociato. — in
Hæc sindon dicas. iunges per quæ loca signes. — On
Quæ dya siue gera componit sint tibi neutra.
Tantundem neutrū. totidem plurale fit omne. — Em
Ar neutrum ponas. sed sit lar cum sotular mas. — Ar
Er simul or socia maribus. tamen excipe multa. — Er
Zinziber atque piper neutris dabis atq; papauer:
Sic dicas verber iter uber iunge cadauer: — Or
Vesper ver ruder his spinter iungito iuger:
Et suber tuber. sed fœmina sit tibi linter.
Hæc dicas arbor. hoc æquor cor quoq; marmor — ador

mel fel:
flumen
Dæmon.
Babilon.
dyapason
geralogo dion
calcar.
aer. color
cancer p morbo

Ir pir sunt neutra: vox gaddir consocianda.
guttur. Vr neutris iungas: maribus furfur lemur addas.
Raro mas murmur. hic & hæc vultur quoqꝫ turtur.
ciuitas Hęc dat nomē in as. tn̄ hic sit vas vadis & mas: As
Neutrum vas vasis: huic phasqꝫ nephas sociabis.
ales alitis. Est crescens mas es: sed compos fœmina merces Es
Magnes atque quies seges atqꝫ teges: dabit hoc es
Præter mas verres: tibi cætera sint mulieres. sedes
ouis Fœmineis dabis is: hic caulis iunge molaris. Is
auis. Fascis cum piscis postis fustis quoqꝫ vectis:
Ignis cum crinis panis callis quoqꝫ funis:
Vnguis cum mensis amnis cum follis & ensis.
Anguis cum collis orbis torquis quoqꝫ corbis:
Et penis sentis vermis torrisqꝫ sementis:
Glis gliris sanguis puluis vomis lapis axis:
Atqꝫ cunis cassis. canis hic simul hæc sociabis:
Finis cum clunis dubio generi sociabis.
mos Hic dat nomē in os. hęc glos cos dos: hic & hęc bos OS
flos Os oris neutris dabis: os ossis sociabis
Et chaos atqꝫ melos argos logos annumerantur.
tempus Vs iungas neutro quod oris vel eris genitiuo Vs.
ulcus Dat. mas esto lepus. hæc des reliquis. dabit hic mus. virtus
Hic dat & hæc tibi sus. hoc virus pus. dat & hic grus. seruitus
Neutraqꝫ sunt ius thus rus: his coniungito crus plus Selus
Laus fraus puls pones & hyems inter mulieres. hoc acus aceris
plebs S sit fœmina b vel n p vel r sibi iuncta:
mens Iūge calibs serpens maribus: mōs fons quoqꝫ pons dens:
scops. ars Et partes assis torrens seps annumerabis:
Anceps præbebit dubium: sit adeps sociatum.
Stirps bona plantauit stirpem qui vina creauit.
iudex. E super x tibi dant hic: si polisyllaba fiant.
Hæc forfex forpex vibex obexqꝫ supellex:
Addis ibex carex. dat hic & hæc ve silex quoqꝫ cortex:

lex fax nox, nix nux

Hæc iunges reliquis: grex mas q; calix sociabis:
Et phornix fenix mastix q; cilix quoq; varix
Et ramix thorax prædictis annumerabis.
Pars pedis hic calx dat: hæc sed latomus sibi iungat.

De genere nominũ quartæ declinationis. Cap. xvi.

V dabitur neutris: esto cornu tibi testis.

fructus

Quartę nomen in us dabit hic: dant hæc manus idus
Porticus atq; tribus acus & domus associamus.
Hic tenet hæc ve specus: illi penus associemus.

De genere noĩm quintę declinationis. Ca. xvij.

Species Facies.

Fœmineis socia quęcunq; dabit. tibi quinta.
Hic dabit hæc ve dies: dant hi tantũmodo plures:

meridies

Si componatur semper maribus sociatur.

De Etheroclitis. Capitulum xviij.

MAG

Cce paucis admodum regulis nominum genera secundũ declinationũ ordinem tradidimus: præter hæc tamen sunt alia noĩa q̃ etheroclita. i. diuerse declinata dicũt: quorũ scilicet & genus & inflectio diuersa reperiũtur. e qbus magis usitata seq̃ntib⁹ regulis enumerãt.

Ista solent quarta variari siue secunda
Cum lauro quercus pinus cornus quoq; ficus:
His colus atq; domus penus & lacus atq; tumultus
Ornatus passus cantus cetus specus ortus
Is vel us ista suis dices dare compositiuis
Cera iugum limus animus simul arma bacillus
Et colus & annus.
Cum norma neruum cum freno collige cliuum.
Vas vasis ternam tibi dat: plurale secundam.
Dat Iesus um quarto: reliquis u semper habeto.
Dat moyses moysi moysen moyseq; sexto.
Vis vires: astu natu tantũmodo sexto.
Ambo duoq; notes. flectasq; domum sapienter
Tolle me mu primo numero: mi mis q; secundo.
Est iocus at ioci: loca baltheus & locus adde.
Dic rastrum rastros. sic cœlum. sic quoq; portum.

imbecillis vl'us inermis vl'us perennis perennus. enormis vel us decliuis vel us

sincerus vl' ris. sublimis vl' us Exanimis vel us

Os vel a dat frenum filum claustrum ꝗ capistrum.
Topica buccolica simul intubus arbutus adde:
Pascua carbasus altile pergamus atꝗ supellex.
Dic zizania dic ꝗ georgica rhetoricorum:
Hæc primo numero sunt fœmina: pluraꝗ neutra.
Dindima pilea supera trenera sibila iunges
Ismara gargara menala sic infernus auerna:
Hæc primo numero sunt mascula: pluraꝗ neutra.
Dic sponsalia milia mœnia dic simul exta:
Ilia dic arma semper pluralia neutra.
Primates proceres vepres manesꝗ penates
Artus maiores trene lactesꝗ minæꝗ
Plurali maria tantum tu flectere debes.

Plurali numero tantum tu flectere debes

Inducias latebras thermas idusꝗ Kalendas
Exuuias nonas ferias nugas quoꝗ scholas
Excubias & diuitias diras quoꝗ cunas
Stare licet nequeant metro tamen hic residebunt
Liberi quirites facetiæ nuptiæ nundinæ
Inferi cum posteris & blandicias sociabis.
Inficias sic insidias sic inferias ꝗ
Et tenebras opes furiasquoꝗ reliqusasꝗ
Deliciasꝗ minas sentesꝗ chelas phalerasꝗ
Parcas illecebras nares gratesꝗ foresꝗ
Venetias thebeas athenas similesꝗ.
Quæ quærunt quæ distribuunt referuntꝗ negantꝗ
Infinita quoꝗ casu caruere vocante.

Quis
Omnis
Alter

DIS Num & plura sunt huiusce ordinis nomina? MAG. Sunt & quidem multa. ut Quisquiliæ: Exquiliæ: exequiæ: manubiæ: induuiæ Sed ea oĩa ponere superuacaneũ visum est: cum ex his plurima apud antiquiores recentiores ve & in casibus & numeris reperiantur: quib⁹ ab aliis carere tradita sunt. ea quoꝗ quæ supra tradidimus pluralia/nõ nũꝗ in sĩgri sunt repta. relictis igit his: speciẽ ultimũ nois accñs videa⁹

De Specie. Capitulum decimũnonũ:

MAG Pecies nominũ duplex est: scꝫ primitiua & deriuatia. DIS. quæ

noia dicunt primitiuę speciei? MA. q̄ a nullo deriuant. ut pater mater DIS. q̄ sunt deriuatię spēi? MA. illa q̄ ab aliīs deriuant. qd cum fiat multis modis / nō tam necessarijs q̄ varijs: ego tibi solum de cōpatiuis patronymicis & verbalibus utilioribus dicere p̄tendo. Et primo

De Comparatione Capi. xx DIS.

cōparatio

Vid' est compatio? MAG. est rei ad rem assimilatio. DIS: Quib⁹ nomib⁹ accidit compatio? MAG. adiectīs dūtaxat: quorū sgcatū pōt augeri aut minui. quorꝫ scꝫ vulgari additur noch vel aller. Nam cōpatiu⁹ p noch & suplatiu⁹ p aller vulgarizand⁹ est. Nōnunq̄ vero ꝓpria: appellatię capta cōpant (& si imꝓprie) ut Nero neronior. Salomō salomonior. DIS. Quot sūt cōparationis gradus? MAG. Tres Positiu⁹ cōpatiu⁹ & suplatiu⁹. DIS Ad horum formatōes perge. MAG. Positiu⁹ a nullo formatur sed alij formant ab eo. DIS. Quomodo? MAG. Nam omīs positiu⁹ aut est secūdę declinatiōis aut tertię. Si igit positiu⁹ fuerit secūdę declinatiōis: cōparatiu⁹ format a gtīo singulari addendo or in fęmīo & masculino vel us in neutro. Et suplatiu⁹ addendo s & simus. ut docti doctior doctius doctissimus. Omīs itaq̄ suplatiu⁹ in simus p duplex ss scribit. Si autē positiuus terminat in er suplatiu⁹ fit a ntō p additōem rimus. ut niger nigerrimus. Omnis suplatiuus in rimus r geminat / dempto plurimus Excipiunt bon⁹ melior optim⁹. Malus peior pessimus. Paruus minor minim⁹ Magn⁹ maior maximus. Multus pl⁹ (in neutro tantū) plurimus. Celsus celsior summ⁹: Dexter dexterior dextimus. Sinister sinisterior sinistimus. Beniuolus beniuolentior beniuolentissimus. Maliuolus maliuolentior maliuolentissimus Simili modo cōposita a facio. ut mirificus magnificus. Sic & cōposita a loquor. ut doctiloquus: breuiloquus vaniloquus Amicus amicitior amacissimus. Sic pudicus & impudicus. Omnis compatiuus in tior vel in tius t seruat: si positiuus t habeat: ut fortior fortius: aut c si positiu⁹ habeat c. ut fęlicior fęlicius. Si vero positiu⁹ fuerit tertię declinatiōis: tunc comparatiuus format a datīo addendo or & us. ut forti fortior fortius. Et superlatiuus a genitiuo addendo simus. ut fortis fortissimus. Cum vero positiuus terminatur in r superlatiuus fit a ntō p additōem rimus. ut saluber saluberrimus. Excipiuntur iuuenis iunior senex senior adolescens adolescētior absq̄ supatiuo. veus tveterior veterrim⁹. diues ditior (a dis ditis) ditissimus. Facilis facilior facillimus. Sic agilis agilior agillimus. gracilis humilis: similis & ab his cōposita. ut difficilis dissimilis. quæ omīa habent duplex ll in superlatiuo. Item ea quæ in eris terminant & in neutro in e seruant regulam eorum quæ in r terminant. ut Celeber bris bre celeberrimus. Excipiuntur in utraq̄ declinatione nomina in us vel is terminata habentia vocalem ante us vel is. ut pius / dubius / egregius / tenuis / arduus &c. quæ omnia compatiuum ꝓpter nimium vocalium hiatum non habent. Sed pro eo positiuū cū aduerbio magis sumunt;

cōparationis grad⁹

Positiuus

DIS Quõ exponit ꝓpositio in qua ponitur suplatiu⁹? MAG. Suplatiu⁹ qñq; accipit ɔparatiue. ut sanctissim⁹. i. valde sanctus. Qñq; suplatiue & improprie. cum sc3 res cõpatę sunt diuersaꝝ naturaꝝ. ut leo est fortissim⁹ lineũ. Qñq; vero accipit ꝓprie: cũ res cõpatę sunt eiusdẽ naturę & tunc si accipitur affirmatiue: exponitur ꝓpositio ꝑ tres exponentes copulatiue: quarum prima affirmat positiuũ de re excedente. Secunda affirmat eundẽ ꝺ̃ re excessa. Tertia affirmat excessum de re excedente per respectũ ad rem excessam uniuersaliter captã. Si aũt suplatiuus tenet negatiue: tunc tertia exponens est negatiua. Exemplũ primi Rosa ē pulcherrim⁹ florum exponitur. Rosa est pulchra: & omis flos est pulcher: & rosa omni flore est pulchrior vel magis pulchra. Exemplũ secundi. Substantia est genus generalissimũ: exponitur substãtia est generalis: & alia genera sunt generalia: & nullũ est generalius substãtia (possunt tamen eẽ ęque generalia) &c. Contradictorię exponuntur disiunctiue ꝑ exponentes cõtradicentes. Habet aũt suplatiuus proprie acceptus vim distribuẽdi terminũ vl̃em significantẽ rem excessam.

de superlatiuo

De Dffert aliud ab Capi. xv.

DIS Vomô exponitur ꝓpositio de differt aliud ab. non idem &c? MAG. Affirmatiua exponit copulatię ꝑ tres exponẽtes: quarum prima affirmat est de eo q̃d differt. Secunda affirmat ē de eo a quo differt Tertia negat illa de se inuicem. ut asinus differt ab homine. exponit asinus est: & hõ est & asinus non est homo. Negatiue exponit disiunctiue ꝑ exponentes cõtradicentes. ut asinus non differt ab homĩe exponitur. asinus non est vel homo non est vel asinus est hõ. Et sciendum terminũ cõmunẽ ĩmediate sequentẽ p̃dicta signa cõfundi distributiue. Nec signa ꝑticularia hanc distributiõem impediunt. ut asin⁹ differt ab aliquo homine. valet ab omni homine differt asinus. De toto quale libet: & aliꝭ dictum est in superioribus. Iã logices finẽ attigimus: Nunc ꝓ cõplemento triuĳ Rhetoricã lustrabimus.

TYPVS IN RHETORICAM



Libri Tertij tractatuus Prims De partibus Orationis

Am deo auspice & grãmatices & logices principia non mo/do succinctim/ueruetiam miro fęcunditatis ordine explanasti: quibus animi conceptus: non barbaris sed latinis potius orationibus exprimere earundemq́ ueritates ac falsitates/multifarijs ratiocinationib⁹ dilucidare possum argutissime. Attamẽ in hoc ipso deficere mihi uidere uideor: q̄ nõdum eas: eo ingenio exornandas pernosco: quo rerum/de quib⁹ sermo est: cõditio expostulat. MAG. Sane dicis. Nam hoc alterius negocij: & ad eam liberalem scientiã attinet: quã Rhetoricã in principio nostrę disceptationis diximus.

Quid Rhetorica: q̃ primo tradita. qd Rhetor: qd Rhetoris officiũ: & quot genera causarꝶ. Ca. i.

rhetorica

DIS. Quid est Rhetorica? MAG. est benedicẽdi scia in ciuilib⁹ quęstionib⁹: ad p̄suadendũ iusta & bona: in rerũ p̄sonarꝶ. ꝓ negocij causa ρησισ rhesis em̃ grecę/latine locutõẽ sonat. Hæc autẽ scia & ornate. & expedite loqui dat: unde & a grecis ρητορεια a nostris autẽ Rhetorica dicta est: hinc ρητωρ: id est rhetor hui⁹ scię gnarus. DIS. Quis igitur rhetor primus aut hui⁹ artis inuentor fuit? MAG huius certitudinem nondũ accepi: Sed hoc manifestũ: ipsam a Demosthene grę corꝶ oratore: & a Marco Tullio Cicerone latinę eloquẽtię miro ingenio excultã: nec ab aliquo unq̃ uiro docto neglectam: ob inumeros ex ea pullulantes fructus: de cui⁹ laude uerba fundere/altius ingeniũ: & tractatũ requireret maiorem. DIS Pretermissis igit̃ his. Quid rhetor. & quod officiũ eius dilucida. MAG. Rhetor quẽ & oratorem dicere possumus. Est uir bonus dicendi arte pitus. Officiũ eius est de his rebus posse apposite dicere: quæ in ciuilibus quæstionib⁹ sm̃ mores & instituta patrię ꝯprobãt. Hę aũt sũt/an turpe aliqd: an laudabile: utile uel honestũ: ęquũ uel iniquũ sit. Ex quib⁹ rebus tria causarꝶ gñ a nascũtur.

Demosthene Cicero.

Rhetor

Gña causarum

DIS. Quæ? MAG. Primũ Demonstratiuũ/ꝑ q̃d orator audienti delectatõem p̄ponit. Secundũ ẽ iudiciale in quo orator sęuitiã/aut clęmentiã iudicis ꝑq̄rit. Tertiũ ẽ deliberatiuũ in q̃ orator spem/aut reformidatõem liberantis p̄tendit. In quib⁹ & circa q̃ maxime oratorẽ obseruare oportebit: ut ꝓœmiet apte: narret apte: pugnet acriter: colligat fortiter: ornet excelse: p̄nũciet lucide: teneat fixe Postremo doceat: delectet: atq́ afficiat. In his em̃ oratoriũ mun⁹ expletur. Præmissa igit̃ earũ rerũ distributiõe: ad præcepta causarum cõia pergemus.

De oratione Demonstratiua: & a quibus locis constituenda sit. Capitulum secundum.

Genus demõstratiũ

DIS. Ratio igit̃ Demõstratiua quib⁹ cõstituit̃? MAG Demõstrationis genus: q̃d ad laudandos claros uiros: & improbos uituperandos/suscipit̃: & in q̃ magis q̃ ceteris in uirtutũ uitiorꝶue cognitione orõ uersat̃: ꝯsumit̃ in narrãdis exponẽdisq́ factis & reb⁹ gestis bõis aut malis. Ea aũt trib⁹ uersant̃ gñib⁹ hoc ẽ externis animi & corporis

DIS. Bona externa quæ sunt? MAG. Sunt genus: gloria: & amicitię: quib⁹ fortunæ & facultates annūerant. DIS. Bona corpis q̄ sūt? MAG. Sunt vires: agilitas: valitudo: pulchritudo &c. Non em̄ oīno felix est q specie turpissim⁹ ē: & sine ple. His in oratione cōstitutis: veniendū est ad bona animi. DIS. Quæ sunt? MAG. Sūt virtutes morales. ut prudētia: fortitudo: iusticia. tempantia. liberalitas. & cetera. Itē bonę artes cū phīe ptibus. Maximopere aūt aduertendū circa hęc. qm̄ teste btō Gregorio. Sepe vitia p virtutib⁹ se ingerūt: & virtutes se esse mētiunt. ut Audacia p fortitudie. prodigalitas p liberalitate: & supstitio p religione. De his aūt in moralib⁹ latius differendū. Nec oīno negligendū queadmodū quisq̄ generatus: queadmodū ęducatus: queadmodū institut⁹: morat⁹q̄ fuerit: qbus usus amicis. & si qd magnū cui & incredibile acciderit/ maxime si illud diuinit⁹ accidere potuerit videri. Tū q̄d quisq̄ senserit: dixerit: gesserit. hęc em̄ ad ea quæ virtutū p̄pōsita sunt genera: accōmodabūt. Neq̄ vero mors eoꝝ quoꝝ vita laudabitur silentio p̄terir i debebit. Si mō quid erit animaduertendū. aut in ip̄o genere mortis: aut in ip̄is rebus quæ post mortē cōsequunt. Et hęc iam exposita bona: cōfirmari & cōfutari poterūt: si fortunę quoq̄ cōmoda pro affectu mentis in laudem vel ignominiā trahentur.

Bona externa — Corporis — Animi — Greggori⁹ 41. dilis. ca. Sępe

De oratione deliberatiua: & a quibus locis constituenda Ca. tertium DIS.

Ratio deliberatiua qbus assumit? MAG. Genus deliberationis/ aut cōsultatiōis ad utilitatē tendit/ ad quā oīa referri debēt in cōsilio dando. Illa aūt primo sunt suasori & dissuasori notanda: quid fieri possit: & qd necesse sit aut nō necesse. Nam siquid effici nō pōt/ deliberatio tollit: q̄uis utile sit. Cū aūt quærit quid fieri possit: videndum est etiā q̄ facile possit. Nam p difficilia pinde sepe habenda sūt ac si effici nō possint. Et cū de necessitate attēdem⁹: etiam si quid necessariū non videbitur: videndum tamen erit q̄ sit illud magnū. Quod em̄ permagnum est: p necessario sepe habet. Vtendum rursus in consultatione an tuto etiam sit illud aggredi. vis em̄ dolusq̄: simulationes nobis animaduertenda sunt: quibus aduersus consilia nostra facile aliq̄n obuiare potest. Et rursus quia hoc genus ad utilitatem tendit. quæ in discernendis bonis malisq̄ versatur ea distinguenda sunt. DIS. Quomodo? MAG. Nam bonorum/ quædam necessaria sunt. ut vita: libertas: coniuges: germani: parentes. Quædam non necessaria: tamen commoditati coniuncta sunt: ut opes: copiæ: clientelæ. Quędam honestati coniuncta sunt: pro quibus optimus quisq̄ contendit. ut: gloria: honor: nobilitas. &c. In his igitur rebus: cum bona sint: facile intellectu est quæ eorum contraria. Et ab his persuasionis loca & argumenta formanda sunt. Et dissuasionis ab eorum maxime contrarijs eliciencia. Et quoniam non ad veritatem: sed etiam ad opiniones eorum qui audiunt accōmodanda est oratio; hoc primum intelligamus: hominū esse

Genus deliberatiū — Bona necessaria — nō necessaria. — honestati coniūcta — Hoīm gen⁹ duplex

duo genera. Alterum indoctū & aggreste quod antefert utilitatem honestati. Alterū expolitum: quod rebus omnibus dignitatē anteponit: & honestatem vtilitati. Itaq; huic laus: honor: gloria: fides: iusticia: omnisq; virtus. Alteri quęstus: ęmolimētum: fructus: voluptas laudanda est. Et posthac de efficiendi ratione dicam⁹: quibus & contra q̄s: aut q̄ loco aut q̄bus facultatibus: armorū/sociorū/pecunię earūq; rerū q̄ ad rem pficiendā pertinent uti possimus: pquirendū est. Vterq; autē suasor & dissuasor ad augendū exempla habeant aut recētiora: quæ notiora sunt: aut vetera: quæ plus auctoritatis habent. Maximeq; in hoc genere pdest: ut possit utilia & necessaria honestis/vel hæc illis anteferre ad cōmouēdos animos. Principia autē in his dicendis generib⁹ breuia esse debebūt. Et ī hoc gñe a natura rei auditorisq; psona aut a re ipsa narratiōe₃ trahem⁹

De Oratione iudiciali: & a quibus locis cōstituenda Capitulum quartum

Genus Iudiciale:

DIS. Ratio iudicialis quibus integratur? MAG. Hoc genus inter omnia difficillimū est: quoniam iuris scientiā/ & humanarū rerū experientiā magnitudine sua complectitur: contractusq; quos accusator & reus late diffuseq; narrant confirmāt: cōfutant atq; concludunt/continet. Accusator aūt cum seruabit ordinē: ut singula argumēta quasi hasta collata in manu vehementer pponat: cōcludat acriter: cōfirmet tabulis/decretis & testimonijs: & iratū efficiet iudicem. Reo aūt omnia secus facienda. Sumenda enim sunt principia ad beniuolentiam conciliandam: narrationes autē amputandæ quę lędunt. Firmamenta ad fidem posita aut per se diluenda aut obscuranda aut digressionibus obruenda: per orationes autē ad misericordiam cōferendę. De his aūt circa confirmationem & conclusionem diffusius tractabimus. Nunc ad Orationis partes pergamus.

Actor

Reus

De partibus orationis in genere Ca. v.

Orōis partes qnq;

DIS. Rationis partes q̄ & quot sunt? MAG. Orationis partes quibus supradictę res cōplectunt: quinq; sunt. Inuentio. Dispositō Elocutio. Pronunciatio & Memoria. Quarū primę tres arte & pceptione percipiuntur. Postremæ duę partim a natura contributę: partī exercitatione & assiduo usu comparari possunt.

De Inuentione & eiusdem partibus Ca. vi.

Inuentio.

ptes Inuētionis

DIS. Quid est Inuētio? MAG. est ⱱborū & rerū apta negotijs excogitatio. Et habet has ptes Exordiū: narrationē: diuisionē: ɔfirmationē: ɔfutationē: cōclōe₃. De q̄bus per ordinem differendū. & primo de Exordio

De Exordio Capitulum septimū

Exordiū

DIS. Exordiū quid dicis? MAG. Quo clara vel subrepens beniuolentię captatio sumitur. Primū principio/ scd'm aūt insinuatiōe pficimus. Horū autē diuersitas secundū q̄ttuor genera sumitur aut eñ in dubio cā nostra posita ē turpi honestoq; mixta; exordiāur ab

In dubio turpi hōesto mixta

ea pte quæ honestatē cōtinet. Et in ea principio utemur quo beniuolentia anim⁹ auditoris pparandus ē/ ne turpitudinis ps obesse possit. Aut in honesta. ut si de funere religione: pietate: & sīb⁹ dicendū sit: & in ea laude principiū extollendū aperte pcedendū est. In turpi: ut cum res honesta oppugnatur: aut turpis defenditur: in ea insinuatōe utemur. Aut in humili: ut si de aliqua vili causa agitur & in ea quoniā res parua agit attentum auditorem requirimus: amplificando exordium exemplis similium causarum. DIS. Vnde autem beniuolentia captanda est?

ī honesto
In turpi
In humili

MAG. A persona nostra: auditoris: vel aduersarij & a re ipsa. ut si rem digna laude psequimur: & merita: dignitates: aut virtutis genera psonę iudicis: aut nostrę cōmemoram⁹. Horꝫ autem cōtraria in aduersariū retorquemus Vt autem attente audiamur: a rebus ipsis ordiendū est. ut q̄les & quantę sint de quibus nobis sermo est: ostendamus. In hoc etiam auditores dociles reddimus. Hęc autem moderanda sunt: ut nec assentatores nec iactatores videamur: assentatores quidē si supra modū auditorum laudes sequimur. Iactatores aūt si minus modeste vel nos: vel rem dicendā laudabimus. Oīno etiam cauendum est: ne verbis plixioribus aut maxime sententiarꝫ apparatu in exordio utamur. Hęc enim oratorē callidum ostentant: & fidem minuunt. attamen nōnunquā exordijs abstinemus. ut cum adeo honesta est causa ut exordio non sit opus. ut cum de religione dicendum est. aut cum agitur apud aliquos in causa: in qua sepius dictum ē. Attentio tamen & beniuolentia auditoris cōparanda est.

bn̄uolētia captatur
ut attenti audiāur
dociles auditores reddim⁹
assētator.
Iactator
Cautela

De narratione & diuisione. Ca. viij. MAG.

Xordio narrationem subijcimus. qua breuiter: apte: & verisimiliter causa exponitur. Breuiter quidē ne frustra tempus teratur. Aperte ne auditoris animus incertus ab audiendo distrahatur. verisimiliter autē. ut fidem faciat. Primū tunc seruabimus. Si a necessarijs incipimus: sūmatim dicimus: & transitionib⁹ supsedemus. Secūdū si gestum: ut gestū exponimus: ordinem seruamus: & breuitatem sequimur. Tertium autem: si in narrando opinionem mores: & naturā aduertimus. Et hęc quidē per verba propria: non sordida: nec nimis exquisita: sed pura & familiora: non sepius repetita: aut diffusa: narranda sunt. Narratione pmissa: statim sequitur ptitio siue diuisio quæ couenienti⁹ tribus dumtaxat partibus absumitur. ne si in plures auditores tedio afficiat: aut si in pauciores eorum mentes confundat.

Narratio
breuiter
aperte
verisi[illegible]r
Diuisio

De Confirmatione: Confutatione & cōstitutione Capitulum nonum MAG.

Vic cōfirmationem & confutationem subiungere necesse est: ut singulę ptitiōis nostre ptes ppria roborēt cōfirmatōe: & aduersariorum infirment confutatōe. Cōfirmabim⁹ aūt narratōes nr̄as: & aduersarioꝝ cōfutabim⁹: put cōstitutio causę exposcit, Aut. n. cōiectura

ɔfirmatio

aut iure: aut legibus causam ꝓbamus vel defendimus: aut cõfutabim⁹ Vnde constitutiõm quædã coniectural': quæ dã iuridicialis: q̃dam vero legalis dicit. DIS. Coniecturalis qbus ꝑtib⁹ absumitur? MAG. Signo: Argumẽto: Probabili: Consecutione: Collatione & Ap̃pbatiõe Signo quidẽ ꝓbamus quod a loco/tempore/spacio/spe ꝑficiendi & spe celandi accipim⁹. Argumento: cũ tempora cõsideramus: p̃teritũ sc; p̃ns & futurꝫ. Probabili: quod a causa/vita/natione/patria ætate educatione & studio sumit. Consecutione: q̃ in signis nocẽtis & inocẽtis inquirit hæc sunt pallor/rubor/tremor & inconstantia. Collatione: cum soli po tuisse facere ꝓbabim⁹: & rationes alias fugisse. Ap̃pbatione autẽ: in tes/tium/questionũ: rumorꝫ & argumentorꝫ adductõe. Hec omnia infirmã tur: si demonstrabim⁹ nullã rem esse q̃ suspitionib⁹ criminari non pos/sit: & rumores facile vulgus cõfingere & cõminisci solitũ. Testib⁹ autm̃ turpitudinẽ/questum/metũ/fauorem/spem/simultatemq; obijciemus Questionibus autẽ nullã fidem debere dicem⁹: ꝙ credibilia nõ dixerit: & ingenij cõmenticia cõstanter nõ ꝓnunciauerit: nec; tormentis fidẽ adhibendũ dicemus. Et ꝙ ideo tortus dixerit: ꝙ finẽ doloribus faceret.

DIS. Iuridicialis constitutio quibus partibus absoluitur? MAG Duobus. Absoluta & absumptiua. ut iuridicialiter & absolute defendimus vel accusamus: cũ causam nostrã ꝓbam⁹ natura/lege/cõsuetudine pacto/equo & bono. sed iuridicialiter & absumptiẽ cãm nr̃aꝫ tutabimur cũ per externũ aliq̃d & q̃d cause nostre alienũ est nos defendimus. Et fit aut per trãslationẽ: cõparationẽ: cõcessionẽ & remotionẽ criminis. Per concessionẽ qdem: cũ purgatione vel dep̃catione nobis ignosci postulamus. Vnde purgatio necessitate: fortuna: vel imprudentia haud consul to factũ esse arguit. Deprecatio vero licet consulto factũ ɔstat: ꝓ pristinis tamen beneficijs virtute aut nobilitate sibi ignosci postulat. DIS. q̃modo Cõparatione? MAG. Quærendo utrꝫ sati⁹ fuerit agere id q̃d reus fecisse dicetur: facilius aut conducibilius? an sibi illius rei vindicandi potestas fuerit? & an iudicare debuerint? DIS. Quõ Remotione? MAG. Querendo: is/ne in quẽ causa confertur: quantũ ipse reus demonstrabit: potuerit? Hoc autẽ fit in consideratione homĩs & rerũ.

DIS. Quõ Translatione? MAG. In aduersariũ crimen obiectum transferendo. Confutabim⁹ autem dicta: cũ nec fortuna/nec necessitate factum aliqd demonstram⁹. Qui autẽ animi motu se fugisse dicẽt: animi vitio nõ imprudentia deliquisse dicentur. DIS. Constitutio legalis quibus ꝑtibus absumitur? MAG. Constitutio legalis qua ex Legum interp̃tatione defendim⁹ & accusam⁹: sex ꝑtibus cõpletur. Aut em̃ contrarijs legib⁹ contendim⁹: dũ nostra extollim⁹ & aduersa reꝓbam⁹. Hec fit cum una lex vetat & altera iubet: Aut scripto & voce dũ scriptoris mens cũ scripto dissidet. Ambiguo/cũ nõstra iusta & aduersa iniusta ostendemus. Ratiocinatione: cũ propria lex non reperit & similiter utemur. Cum em̃ de eadẽ re nihil scriptũ est ratione ꝓnunciandũ ducimus. Definitione autem: ut si factũ; furtũ an sacrilegiũ &c. appellãdum sit; &

Marginal notes (left): cõstitutio coniectu/ralis; Signo. argumẽto. Probabili ɔsecutiõe. collatõe approba tione; Cõstitutõ iuridicial' absoluta absumpta; purgatio. deprecatõ; cõfutatio.; ɔstitutio legalis.

Marginal notes (right): testibus; q̃stiõibus; concessio; cõparatõe; Remotio; translatõ

ita ꝑ nobis: & cõtra aduersarios definitiones demonstramus.

De Argumentatione Ca. decimum MAG.

T circa cõfirmatiões nostras argumẽtis utimur. DIS. unde sumitur argumentũ? MAG. A signo ꝓbabili: & necessario. DIS. Probabile q̃d dicis? MAG. q̃d fere fieri solet: aut in opinione multorum est: aut q̃d habet silitudinẽ quandã veri & falsi. Similitudo aũt cõtrarijs: & a parib⁹ maxime spectat. Cõtrarijs ut non cõuenit ignosci his qui pruderter nos ledũt: sicut nõ habere gratiã his q ne cessario nobis ꝓsunt. Ex parib⁹: ut ita homo est indoctus: ut equus indomitus: Nã hic nõ habenis: nec ille rõni obtempare vult. Oĩe autem signum probabile credibile / aut comparabile. Credibile est quod sola opinione auditoris comprobatur. ut nemo est q nõ liberos suos incolumes esse velit. Et fit triplici iudicato: sc; Religioso. Cõmuni: & approbato. Religiosum aũt dico q̃d iurati legib⁹ iudicarunt. Cõmune q̃d omnes sequunt & ꝓbant. ut maiorib⁹ assurgendũ esse. Approbatum: q̃d cum dubiũ esset & q̃le habere oporteret homĩes sua cõstituerũt auctoritate: DIS. Cõpabile quod est? MAG. Quod rebus diuersis similem aliquã rationẽ imagine: collatione: vel exemplo: cõtinet. imago autem corpoꝶ / aut naturaꝶ similitudinẽ demonstrat. Collatio rẽ cum rei silitudine cõfert. Exemplum vero rem auctoritate: aut casu alicui⁹ hoĩs vel negocij firmat vel infirmat. DIS. Argumentũ a necessario quomõ sumitur? MAG. ꝑ complexionẽ: Generationẽ. & Cõclusionem Est aũt complexio in qua utrũ cõcesseris: semp aliud rephendit. ut si improbus est cur uteris? Si ꝓbus cur accusas? Enumeratio est in q̃ pluribus expositis: & ceteris infirmatis: una relinquit q̃ necessario cõfirmatur. Conclusio aũt ex necessaria cõsecutione cõficitur. ut vos hoc me fecisse dicitis: ego tunc transmare fui. relinquitur: ergo ut nõ mõ nõ fecerim: sed nec idem facere potuerim. Ex his itaq; locis & silib⁹ oĩs argumẽtatio ꝑ ratiocinationem ęlicienda ẽ. DIS. Quid est Ratiocinatio? MAG est oratio ex ipa re aliquid ꝓbabile ęliciens. Eã quintupartitã inuenies sc; Expositione: expositõis cõclione. ratiõe: ratiõis cõfirmatione Exornatõe: & cõplexiõe. DIS. Expositio (.i. ꝓpositio quã maiorẽ dicim⁹) q̃d est? MAG. oratio q̃ sũmatim ostendim⁹. q̃d sũmatim ꝓbare voluerim⁹. DIS. Exornatio q̃d est? MAG. est oratio q̃ utimur rei honestãdę vel locupletãdę causa. In ea sũmopẽ cauẽdũ est ne q̃d ab aliquo fit ab oĩbus fieri dicamus. aut q̃d raro fit: nunq̃ fieri oñdamus DIS. Ratio (q̃ minor dicit) quid est? MAG. est causa q̃ demõstrat verũ esse: quod intendimus. Ratiõis aũt cõfirmatio est quæ multis argumẽtis corroborat breuiter expositũ rationẽ. Verũ si expositio ꝑspicua ẽ rõne: & ratiõis cõprobatõe supsedemus. ut si sũmope sapĩa appetenda est: Maximope stulticia vitanda est. DIS. Cõplexio (q̃ cõclusio dicit) q̃d est? MAG. Quæ breuiter cõcludit ex dictis ita sentiendum ut propositũ ẽ. Sunt aũt hui⁹ cõclusiões: nõ totius orationis: sed

Silitudo
a cõtrarijs
Ex parib⁹
religiosũ.
cõmune
apꝓbatũ.
imago.
Collatio
Exemplũ.
cõplexio
enumeratio & con clusio
Maior.
Minor
conclusio

argumentũ a signo probabili
Probabile
Signum credibile
Signum cõpabile
argumentum a necessario
Raciocinatio
Expositõ
Exornatõ
Ratio
ratiõis cõfirmatio
Cõplexio

ptiũ eius scʒ aut exordij: narratiõis: argumẽtatõis: cõclusiõis & epilogi.

De Conclusione Capi. undecimũ MAG.

Cõclusio

Ingulis itaqꝫ ad oratõem requisitis: cõclusiõe termĩanda est oratio. Cõclusio em̃ exitus & determinatio toti⁹ orõnis est. Et cõplectit̃ breuiter rõnes p totã orõnẽ tractatas: simil̃r id q̃d ab oratore quærit̃ & ex p̃missis rõnib⁹ infert̃. Hęc aũt aut ãplificatõe: aut ẽnumeratione: aut cõquæstiõe pficit̃. DIS. Q ñ Amplificatõe cõcludimus? MAG. Cũ p cohortatõem auditoris animũ ad indignatõeʒ cõcitamus. Quod quidẽ tredecim locis complecti poterit. Maxime aũt in genere iudiciali. Primus ab auctoritate sumit̃. Cũ ostendim⁹ quantę curæ ea res dijs ĩmortalibus fuerit: aut ex sortib⁹/ oraculis/ vaticinijs: responsis/ ostentis/ pdigijs &c. Aut maioribus nostris: sapientissimis: senatui: & maxime quõ de his reb⁹ in lege sancitũ est. Secũdus ad quos ptineat: quæve bona attingit/ cõmemorat. Tertius Si omnib⁹ idem concedatur: multos eiusdem audaciæ futuros exemplo aperiat. Quart⁹ demõstrat si huic remissũm sit multos alacriores ad maleficia futuros: q̃s ex spectatio iudicij remoratur. Quintus cęteras res consilio etiã ubi occiderint corrigi posse: hoc nisi p̃uideat̃ ne accidat/ frustra auxilia implorari ostendit. Sextus voluntario facinori haud veniam cõtribuendam imprudentię vero nonnunq̃ cõcedendã/ cõmemorat. Septim⁹ maleficium tetrum/ crudele: tyrannicũ vi & manu gestum: ab æquo & iure alienũ oñdit. Octau⁹ nõ vulgare esse maleficiũ sed singulare ĩmanissimum: a barbaris & bestijs remotissimum ppetratũ: in amicos: maiores natu: mortuos. Itẽ in eos qui neqꝫ alienum ledere/ neqꝫ se defẽdere potuerũt manifestat. Nonus cõparatione hoc atrotius demõstrat. Decimus quæ ante rẽ/ & in negocio acta sunt: quæqꝫ cõsequi soleãt: acriter & criminose exponit. Vndecimus Iniurię cõtumeliã iunctã ostendit. Duodecim⁹ est quo auditores: ut iniurias suas ad res nostras referãt oramus. Tredecimus est quo ea q̃ nobis acciderint etiã inimicis nostris indigna videri. DIS. Hęc ppulchra sit atqꝫ iucũda vident̃. Sed qñ ẽnũeratiõe cõcludem⁹: dicas? MAG. Cũ ĩ ordĩe colligim⁹ qb⁹ de reb⁹ verba fecerim⁹ a cõfirmatiõe initiũ sumẽtes. Fit aũt ut artificij suspitionẽ: tediũ & satietatem effugere: & memoriã reficere videamur. DIS. Conquæstiõe autem qñ in cõclusione utemur? MAG. Cũ auditoris animũ ad misericordiã mouemus. Hoc aũt multipliciter fieri potest. Primo. Si quibus in bonis fuerimus/ & q̄bus in malis nunc sim⁹/ oñdim⁹. Secundo quæ nobis incõmoda futura sunt: nisi causam obtinuerimus ẽnumeramus. Tertio. Carptim unũq̃dqꝫ deploramus incõmodũ. Quarto p̄ter spem in miserijs nos demonstrabimus esse. Quinto p̄ter merita nos in luct⁹ positos aperiemus. Sexto nos sub eoꝝ potestate quoꝝ misericordiam captabim⁹ subijciemus. Septimo. Inopia: infirmitas: & solitudo demõstratur. Octauo nos parentũ solitudine/ aut rei publicę causa: nõ nostra calamitatę dolere dicimus. Nono liberorum/ aut parentum: aut sepeliẽ

Amplificatiõe concludimus

Enumeratione

cõquęstione

di corporis sui fit cōmēdatio. Decimo disiunctio eius cum quo libētissime vixerimus: deploratur. Vndecimo q ab his quibus minime cōuenit male tractamur: edocemus. Duodecimo misericordiam nostrā qua in alios usi sumus: ostendemus. Tredecimo contra fatum & nos diu in malis fuisse cōquærimur. Decmoquarto Animū nostrū fortem & patiētem incōmodorū/futurum ostēdemus. Cōmiserationē autem breuē esse necesse est. Nihil em̄ lachryma citius arescit.

De Dispositione Capi. duodecimum MAG.

Ebus itaq ad orationē ptinentib9: ut pmittit inuentis: eas rite collocare operepretiū ē. Hoc aūt scd'a pte oratiōis/quā dispositionē diximus: cōplet. DIS. Dispositio igit ē oratiōis ps q inuenta: in certa loca digerit atq locat. MAG. Sane definis. Ea aūt duplex est. Altera em̄ ab arte pficiscit: altera autem ad temp9 accōmodat. Ea q ab arte pfecta est: ptium orationis & argumentatiōis ordinē seruat: lege exordij: & singula quæq membra ex pceptiōe collocat. Quæ vero ad tēpus accōmodata est: a narratione: vel firma aliqua argumētatiōe principiū oratiōis ɔstituit. Vnde si causa nostra magnā videt habere difficultatē: ut nemo aīo principiū audire possit: a narratōe incipiendū ē. Si vero narratio parū pbabilis ē ab aliqua firma argnmētatiōe exordiamur. nōnunq vero a litterarū aliquarū recitatiōe incipiemus. His aūt cōmutationibus uti non oportet: nisi causa aut res postulet.

Dispositō scd'a pars orōis rhetoricalis

ab arte

ad temp9 accōmodata

De Elocutione Capi. tredecimum MAG.

Actenus inuentōis & dispositōis partes tractauim9: nūc ordo pmissorū expostulat: ut reliqs oratiōis ptes pcurramus: quarū prima Elocutio est. DIS. Quid est Elocutio? MAG. Quę inuenta atq disposita venuste exornat. Hui9 triplex est forma sc; Grauis quæ p materię & psonarū qualitate cōplectit verba rara: & snīas auctoritatibus innixas: graui etiā & magna cōstructione utitur. Mediocris autē humiliora: nō tamē infima inserit. Attenuata vero usq ad purum atq qtidianū sermonē descendit: ornatū tn̄: non aūt exqsitū: habet & snīas eruditas: nō tn̄ raras. vitia his pxima vitāda sunt. Hęc aūt fugere poterimus: si ad orōnis ęlegantiā: cōpositionē: atq dignitatē respexerimus.

Elocutio tertia orationis ps

Grauis

Mediocris

Attenuata

De Elegantia Capi. decimumquartum DIS.

Legantiā quā dicis? MAG. Eam qunūqdq pure & latine effert. Hęc in latinitatē & explanationē distributa est. Latinitas aūt sermone: platione & scriptura purā & cōgruā seruat structurā Barbarismū & soleocismū vitat. Est aūt soleocismus: cū verbū seqūes superiori nō accōmodat. Barbarismus vero cū verba vitiosa pferuntur. DIS. Explanatōem quā intelligis? MAG. Quæ verbis usitatis & pprijs aptā & dilucidā reddit orationē. Sunt aūt verba usitata (ne erres) ea quæ quotidiana & trita doctoris cōsuetudine noscuntur. Propria vero ea sunt q illius rei verba sunt/aut esse possunt de qua loquimur.

Elegantia

Latinitas

Soleocis.

Barbarismus

Explanatio

De Compositione litterarum syllabarum & dictionum Capitulum secundum DIS.

Cōpositō Oratiōis. Vid est orationis cōpositio? MAG. est lepida dictionū cōplexio: q̄ hiatu & traiectione ptes ælocutionis æqualiter distinctas ordine & iunctura ppolitas facit. Hāc seruamus si in cunctis seueritatē concinnitatēq; tenem⁹. Quod quidē facile fieri potest: si litteras: p litteras. syllabas: dictiones & oratiōes cōsiderabimus. Litteras inquā: si dictionem alterā a vocali incipientē in quā p̄cedens termiata est euitabimus: Etiā & sonora si multotiēs repetita/dissona est. Syllabas/si similib⁹ cō- p syllabas curentibus a se incipientib⁹ aut terminatis: aut altera ab ea in qua prior terminata fuerit originē trahente: non utimur. similiter vitio datur breues p dictiōes syllabas cōtinuare q̄plures. similiter & longas. Dictiones autē. Cum similiter cōcurrentes/& sibi obuiātes euitamus: & suauibus/sonoris: electis/aptis/commodis/proprijs/concinnis: non nimis prolixis/suspensis: sed splendentibus & significatiuis: quæ legentiū/audientiumue aures atq; aīos mulcere possint: utimur.

De Compositione partiumorationis Ca.xvi. MAG.

N orationū vero cōpositione plura cōsideranda erunt p̄cepta: quæ ab oratoribus sūmo studio obseruata dinoscuntur. E quib⁹ (quoniā multa sunt) ppauca hic pandā: Et sit hoc primum: p oratōes Appositum in principio: suppositum in medio: & verbum in fine orna cōpositiōis tissime ponitur. ut Carthaginē: Scipio Aphrican⁹ deleuit. Scd'm. Prępositi-21. p̄cepta. tiones perpulchre inter adiectiuum & substantiuū inrerijciūtur. Similiter relatiuum cū suo verbo per modū parenthesis. ut Ornatissimo in loco laudāda est (quæ a paucis colitur) psimonia. Tertium. similiter genitiu⁹ ornate interponitur: ut Constantes militū animi. Quartum. Adiectiuum venuste p̄cedit substantiuū. ut optima virtus: & obliquus suum rectorem. ut locorū lōginquitas. Attn̄ adiectiuū a substantiuo nō nimiū elongetur. Quintum. Negatiua dictio apte in calce orationis ponitur: ut Prestantiorem te vidi neminē. Sextum. Ornatissime p gerundijs: gerundiuis utimur noīb⁹. ut gerēdorum bellorum grā gerēdi bella veni: & nō grā gerēdi bella veni. Septimū. Prępositio p lepide positio addit: si exaugere velim⁹ noīa. ut perbeati: ppulchra. Sic suplatis multo/facile: lōge & q̄ aduerbia p̄ponimus. ut longe doctissimus. egit q̄ maximas gratias. q̄ etiā positiuis. ut q̄ docti. similiter perq̄. ut pq̄ doctus es. Sic & comparatiuis multo & longe ornate p̄ponūtur. ut longe doctior: multo sapientior. Multum: paucum: modicum: paululum: tantum: quantū: positiuo adiungenda sunt. ut Multū doctus. Non autem multo doct⁹ Octauum Cum duo pariter se habuerint: utriq; tum dictionē/aut & cōiunctionē p̄ponim⁹. ut petrus tum doctrina tum virtute clarus est. vel petrus & doctrina & virtute clarus est. Si vero duo se non equaliter/sed unū minus aliud maius sit: minus in primo loco ponim⁹ & ei cum p̄ponim⁹. maius vero posteri⁹ locandum & ei tum dictio præponenda est. ut

amo petrũ cum ob doctrinã eius tũ ob virtutẽ Nonum. Ornate adiecti uum in substantiuũ neutri generis: & substantiuũ in gtim mutatur. ut Multum laudis. i. multa laus. sic & hæc aduerbia locamus. ut parum laudis: id est parua laus: satis viriũ: id est sufficientes vires. Decimũ. Vltia supina ornate pro gerundijs acti casus ponunt. ut difficile creditu: id est ad credendũ. Vndecimũ. Lepide aduerbiũ suplatiui gradus/ positiuo addit atque eundẽ suplatiue teneri facit. ut maxime memorabile facinus. i. memoratissimũ facinus. Sic admodũ & inprimis positiuis adiũcta vim ferme eandem retinet. ut admodũ memorabile facinus. In primis rarũ genus hominũ &c. Duodecimũ. Compatiuus pulchre pro positiuo ponit. ut Ioãnes in me inuehitur vehementius. i. vehemẽter. Multi etiam compatiui aut suplatiui orationi splendorẽ afferunt. ut neque studiosiorẽ operã: neque vigilantiorẽ curam in alio facile inuenies &c. Tredecimũ. Subiunctiuus pro indicatiuo nõ inornate ponit. ut velim pro volo. Decimũquartum. Hæc dictio perque splendide positiuis additur. ut perque doctus phũs. Decimũquintũ. Frequẽtatiua verba pro primitiuis non inconueniẽter poni solent. ut Cõiecto pro cõijcio. Sedecimũ: Dictio aduersatiua quãque indicatiuo iuncta oratõem multũ exornat. ut quãque te ante hac diligebam: nunc tamẽ ob singularem virtutẽ vehemẽter admiror. Decimũseptimum. Non solum/ non modo/ apte locantur si verumetiam: sed etiam verumquoque sequantur. ut non modo doctus es: verumetiam honestus. Similiter tam & quã sibi respondent. ut tam chara mihi patria est quã tibi vita iocunda. Decimumoctauum. Oratio infinitiua perornate pro indicatiua vel etiã subiunctiua ponitur. ut volo te ad me scribere: id est volo ut ad me scribas. scio te legere: & non/ scio quod tu leges. Nam quod & ut orationem incultam reddunt. Futurum infinitiui verbi passiui ornate ponitur pro pñsenti eiusdem. ut lectum iri pro legi. Decimũnonum. Præpositio quæ nomini adiungitur pulchrius verbo additur. ut adeo te/ ornatius dicitur/ quã eo ad te. Vigesimũ. Perinde ornatissime postulat post se ac vel atque: vel acsi: & valet totum idem quod tanquã. ut Cherea pinde ac foret eunuchus. Camillus perinde atque omniũ sapientissimus. Sic & tantisper ornate dum post se recipit. ut Tantisper meum dici te volo dũ quod te dignum est/ facias. Similiter atque pro quã lepide ponitur. ut aliter feci atque tu intelligis. Vigesimumprimum. per venustam orationẽ reddit si inter gerundijs acti casus pponatur: & verbũ indicatiui imperfecti tempis sequatur. ut inter cœnandũ loquebar hæc. Et gerundia in do: cum vel sine prepositione ornate ponuntur. ut in audiendo promptus: Consulendo peritus. Vigesimumsecundum. Non illepede negatio positiuo adiungitur ad contrarij positiui significationem designandam. ut haud improbus: id est probus. Vigesimumtertium. Ablatiui absoluti peruenustam reddunt orationem: maxime dum tempus significare voluerimus. ut Octauiano regnante pax fuit. Scipione consule pœni deuicti sunt &c. Vigesimumquartum. Pronomina possessiua ornate sequũtur genitiui. ut mea causa fit & aliorum. Vigesimũquintum. ornatissime

impatiuis subiunctiua verba iunguntur. ut Cura ut vir sis. Labora ut excellas. Vigesimumsextum: dum patriā/aut genus alicui⁹ designare placuerit nomē gentile: aut patrium effingimus. ut atheniensis sum: & non de Athenis Grecus sum: non de grecia. Vigesimumseptimū: puenuste dictio eadem repetitur. ut etiam atq etiā: iterum atq iter & c. Vigesimū octauum dictio negatiua ornatissime in fine ponitur: simil'r superatiuus. ut doctiorē te vidi neminē. de suplatiuo. ut cęterorum te iudico prudentissimū. Vigesimumnonū. puenuste participia actī & ablatiui casus loco infinitiuorum suorum ponuntur. ut inuentum tibi curabo: & adductum Pamphilū. Priusq incipias cōsulto & c. Item Infinitiuus p pterito impfecto poni. repitur. ut mordere p mordebam. Trigesimū Præpositio postponit suo casui. ut vestro ab ouili: pponit etiam gtio. ut de Ciceronis eloquentia. Item. Is ea id: semp antecedere debet. ut Is quē admiror doctus est & c. Hæc & plura alia sunt cōpositiōis pcepta: quæ singula psequi: longiorē requirerent tractatū. Hæc in psenti sufficiant. Ad dignitatem stilum vertamus.

De Dignitate orationis & verborū exornationibus Ca. xvij. DIS.

dignitas Oratiōis

Vid dicis orationis dignitatem? MAG. Illud qd orationē ornatam: & verborū & sentētiarum decore distinctā reddit. Primum itaq libeat de verborum exornationibus differere: quarū prima ē: quæ in verbi iteratione cōsistit. ea in octo ptes distributa est. Prima ē Repetitio/quæ verbū in principio positum iterat: ut Quis helenā rapuit? quis igne ferroq Troiam deleuit? Alexander pfecto qui paris dicitur. Secunda Conuersio q verbum fine locatum repetit. ut Italiam Hanibal armis vicit: ingenio vicit: dolo vicit. Tertia. Complexio quæ pricipio & fine verbum iterat. ut Quis Carthaginē deleuit. populus romanus: Quis Numantiā euertit? popul⁹ Romanus & c. Quarta. Traductio q eandem dictionem vage collocat. ut Qui nihil habet in vita iucundius vita: is cum virtute vitam non poteſt ducere. Quinta. Conduplicatio: quæ est unius/aut plurium iteratio: cum ratione amplificatōnis. ut virtutem Scipionis: virtutem & huius vrbis gloriam cōmemorat. Sexta Cōmutatio. ut cum duę diuersę sententię ita efferūtur: ut a priori posterior contraria priori profitiscatur. ut esse oportet: ut viuas: non viuere ut edas. Septima. quæ non ante ad consequens verbum descēdit: q ad superius reuersum est. ut Si hostibus quodlibet licet: & quod licet possunt: & quod possunt audēt: & quod audent faciunt: nihil laudis aut glorię nostris ciuibus relictum est. Octaua. Subiectio. ut cum quid aduersō sum nos: aduersariosq nostros dici potest/ querimus: & quod dici oportet sic subijcimus. ut eum ne tu hominem esse putas qui? si esset nū q sic hominis vitam insectaretur.

Colores verborū

cōuersiōe

Cōplexione

Cōduplicatione

Gradatōe

verbū iteratur ... pliciter Repetiti[o]

Traductione

Cōmutatione

Subiectione

De alijs verborum exornationibus quibus non

eadem verba sed verborum vis effertur Capitulum decimumoctauum MAG.

Reter dictas aliȩ sunt verborum exornationes: quibus non verba: sed verborũ vis effertur: & verbum ꝓ verbo ponit. DIS. Quæ sunt? MAG. Septem sunt: quarum Prima agnominatio dicitur. quæ dissimilibus verbis similia verba accõmodat. ut diligere oportet quẽ velis diligere. Secunda interpretatio/ quæ iterat: sed non verbum reintegrat. ut Mȩnia radicitus deiecit: muros solo ȩquauit: parietes huius vrbis funditus ȩuertit. Tertia Nominatio. Quæ minus idoneo verbo nominat / id cuius nominis non recordatur. ut Mugire: hinire: vagire. Quarta. Pronominatio/ quæ cognomine quodam extraneo dicit: q̃d suo nomine appellare nõ licet. ut Si quis graccos aphricani nepotes noĩet. Quinta Denoĩatio q̃ a rebus propinquis & finitimis trahit orationis originem qua potest intelligi res non suo nomine appellata. ut pro libero vinum: pro cerere frugem. Sexta. Abusio q̃ pro certo & propinquo simili utitur. ut pro orare / ꝓbsecrare / supplicare. Septima. Translatio: cum verbum transfertur ad rem ex alia re: q̃d similitudine recte videbitur posse fieri. ut urbem subito extinxit: quotidianis nuptijs delectatur.

agnominatio
Interpretatio
Noĩatio
pnoĩatio
Denoĩatõ
Abusio
Trãslatõ

De Exornationibus verboꝝ simplicioribus Capitulum decimũnonum MAG.

Vnt præterea aliȩ verborum exornationes magis simplices: & sine sentẽtiarum admixtione. DIS. Et has ȩnumera. MAG. Prima. Articulus est qua singula verba cesa oratione distinguit. ut Armis/ cruore/ cadaueribus: & luctu omnia complentur. Secunda Similiter cadens: quæ similibus casibus orationẽ dissimiliũ interpositione exornat. ut virtutem iugiter explorantem: & assiduis curis extollentem laudas. Tertia. Similiter desinens quæ verborum exitus similes dissimili medio habet. ut viuis gloriose: delinquis ambitiose. Quarta. Correctio quæ tollit quod dictum est & pro eo quod magis idoneũ videtur reponit. ut nisi hȩc fecisset: ĩmo excogitasset: nullam suspitiõem incidisset. Quinta. Distinctio quæ diuersa diuerso verbo concludit. ut Populus romanus Numantiã deleuit: Carthaginem ȩuertit: Corinthũ disiecit. Sexta. Coniunctio. quæ interpositione verbi superiores partes complectitur & inferiores. ut forme dignitas: & morbo deflorescit: & vetustate. Septima Adiunctio quæ aut principio: aut fine verbum collocat. ut deflorescit formȩ dignitas: aut morbo: aut vetustate. Octaua Dissolutio quæ cõiunctioib⁹ verboꝝ e medio sublatis / sepatis ptibus effert. ut Clamorib⁹: ululatib⁹: edes resonabãt. Nona. Circuitio q̃ rẽ simplicẽ assũptã circũscribit elocutõe. ut scipiõis ꝟt⁹ cathagis opes pfregit Decima. Trãsgressio q̃ ꝟboꝝ ordinẽ ꝑturbat. ut ĩstabit ĩ istis plurimũ

Articulus
siliter cadens
similr desinens
Correctõ
Distĩctio
Cõiunctõ
Adiũctio
dissolut
Circũitio
trãsgres.

Suplatio forma valuit: & fecisse tuum meo pro animo. Vndecima. Superlatio q augendi minuendiue causa superat veritatem: ut Sermo melle dulcior.

Intellectõ Duodecima Intellectio cũ res tota de pua parte/aut de toto pars cognoscitur. ut Num illæ te tibiæ nuptiales a scelere arcebant? & ostentas mi-

pmutatõ hi diuitias tuas: cum annulum tantũ ostentas. Tredecima. Permutatio: quę aliud verbis: aliud sententia demõstrat. ut lupus est in fabula.

De reliquis verbor exornationibus senten-tijs admixtis. Capitulum vicesimum.

DIS: Vnt ne alię verborũ exornationes? MAG. Sũt. DIS. quę?

Rõcinatõ MAG. Prima est Ratiocinatio: cum ipsi a nobis rationẽ exposcimus. ut In re militari & medica itidem res se habet. Quo enim dux & medicus antiquior/eo melior creditur: usu enim & consuetudine qui vi-

Sẽtentia ctoriam & salutem parere consueuerunt/optime norunt. Secunda Sententia: quæ quid sit vel esse oporteat in vita: expositione sola/vel ratiõe

Cõtrariũ & probatione ostendit. ut Domat omnia virtus. Tertio Contrarium: quæ alter ex contrarijs facile cõfirmat. ut Qui non suis hostibus quo

Membrũ modo alienis consulet: Quarta Membrũ: qua res breuiter absoluitur/ sine sententiæ profectione: dum alio membro orationis excipiatur. ut.

Cõplexio Tuis dolor/alienis ludibrio/tibi ipsi dedecori eras. Quinta Cõplexio quę periodus & continuatio appellatur. & hæc Sententię: Cõtrario & Conclusioni tantũ conuenit.

Compar Sexta Compar: quæ mẽbra habet pari saltem quantitate syllabar. ut Audacia Alexandro gloriã cõparauit. Sapientia Platoni laudẽ vendicauit.

Exclãatio Septima Exclamatio: quę rer atq̃ psonar comemoratione faciens in significatione doloris prorumpit. ut Si parietes nostri loqui possent: vel reddere viuas voces: patres nostros intueremur: dicerent urbem pclarã nos opp̃ssam & subiectã reddidisse.

Contentõ Octaua Contentio: quæ contrarijs sententijs orationẽ conficit. ut Virt' & litterar studia difficiles aditus/exitus vero facillimos afferunt. No-

occupatõ na Occupatio: cum dicimus nos pręterire aut non scire id q̃d maxime dicimus. Et hac quidẽ utemur: cum res plana fieri non potest: vel ad nos non pertinet. vel dum longam rem effugere volum'. ut Non dicam te urbis nostrę hostem: omnes bonos insectari: & q̃d ad te non attinet pręteribo: templũ te religionis & urbis huius caput euertisse.

pmissio Decima Permissio: quę est cum dicendo aliquã rem toti alicuius voluntati condonare videmur. ut Cum p̃ter animã nihil mihi relictũ sit: vos ea uti libet utamini.

Dubitatõ Vndecima Dubitatio: cum quęrere videtur orator q̃d potius aut potissimũ dicat: ut Quem te moribus tuis appellem/nescio. Duo-

Definitio decima Definitio: quę proprias alicuius complectitur potestates. ut Ira est motus animi ad exercenda peccata.

transitio. Tredecima. Transitio: q̃ cum breuiter ostendit quid dictũ sit: paucis etiã q̃d sequitur demonstrat. ut Meam in Cęsarem fidem cognoscitis: nunc eius in me pfidiam accipite. De-

Expeditõ cimaquarta Expeditio: quę rationibus pluribus enumeratis: quib' aliqua res fieri vel non fieri potuerit: cęteræ tolluntur & una relinquitur.

ut Si nec ab uxore/ quæ amore & pietate ꝓpedita erat: nec a nepote/ qui in bello interfectus: domi a crudelissimo liberto mors illata est. Decia quinta: cum scilicet dictis aliquibus/quod conceptum est in animo audientium relinquitur: ut tu hæc audes dicere: quæ nuper alienę domui non ausim dicere. Et tantum de verborum exornationibus. Ad sententiarum colores nos conuertamus.

Præcisio

De Sententiarum coloribus. Cap. xxi. DIS.

Vi aut quot sunt Sententiarum colores? MAG. multi. Prim⁹ est Distributio: cum res & personę & negocia certa dispertiuntur. ut Quibus rei publicæ honor curæ est: præmia virtuti/ pęnas sceleribus rependite. Secundus Licentia: cum apud eos quos vereri debemus aliquid audacius proferim⁹. ut Quod omnibus ludibrio estis: non ab re censeo ęquissimi patres. cęterum neque cum offendim⁹ statim subiūgim⁹ Hic sapientiā vestrā inquiro. Tertius diminutio: cū aliqd inesse nobis naturę/ fortunę uel industrię ratione leuam⁹. ut Cū suma vigilātia fortunę cōmoda animiq; bona a parētibus mihi & natura cōdonata: cōsequi & tueri studuerim mediocriter/ex his ne nimiū dixerim/cōsecutus sum. Quartus Descriptio: quæ rerum cōseqntiū pspicua & lucida cū grauitate cōtinet expositionē. ut Ni istū Iudices capitis reū damnabitis: ut fera truculenta vos ciues ut timeo vastabit: quare iudices saluti omniū & honori nostro cōsulite. Quintus Diuisio: quæ rem semouens ab re utrāq; absoluit subiecta ratione. ut Duę sunt res q̄ possunt homines ad turpe cōpendiū cōmouere: inopia aut auaritia. Te auarū in fraterna diuisione cognoram⁹ inopem atq; egentē nunc videm⁹. Sextus Frequentatio: cum res in tota causa dispersę in unū locū cogunt: q̄ grauior acrior & criminosior oratio sit. ut Hunc iudices liberare cupitis: improbus enim petulans/impius/superbus & intolerabilis est. Septimus Expositio: cum in eodem loco manemus & aliud & aliud dicere videmur: eandem tamen rem aut de eadem re cōmemorando pronunciando vel tractando dicimus: pro eadem re propositionē/rationē/comprobationem/ contrarium/simile ac conclusionem afferentes. Octauus Cōmoratio: cū in eodem loco firmissimo quo tota res continetur īmoramur diutius: & in eundem locum redimus sępius. & eo uti maxime conuenit: quoniam boni oratoris propriū est. Nonus Similitudo: quæ traducit ad rem quāpiam: aliquid ex re dispari simile. ut hirundines æstiuo tēpore pstō sunt: frigore pulsę redeunt: ita falsi amici sereno tēpore fortunę adueniunt: & cum hyemē infortunij viderint omnes recedunt. Decimus. Exemplum: & est alicuius facti vel dicti cum certi auctoris nomine propositio. Et eisdē modis qbus similitudo sumitur. Vndecimus Imago: & est formæ cum forma quadā similitudine collatio laudis vel vituperationis causa facta. ut Ibat in prelium corpore thauri validissimi: & impetu leonis. Itē. Tanq; fera ursa & īmanis draco serpit per forum. Duodecimus Effictio: cum facies corporis verbis describitur. ut Erecta frōte:

Distributio
Licentia
dimīutio
descriptio
Diuisio
freqntatō
Expositio
Cōmoratio
similtudo
exemplū
Imago.
Effictio.

Notatio ludibundis oculis: aduncis naribus: sparso ore gestit. Tredecimus. Notatio. Cum alicuius natura certis describitur signis. ut cum gloriosi cuiusdam militis iactantia cõmemorat. Decimusquartus. Sermocinatio Sermocinatio cũ alicuius psonę sermo cum ratione dignitatis attribuitur: quo senes parci & grauitate: ioco & ludo: iuuenes cõmemorant. Decimusquintus. Cõfirmatio Cum aliqua quæ non adest psona vel res muta & informis vel ęloquẽs & habens formã introducitur. ut si Scipio reuiuiscat diceret: ego vrbi pacem peperi: vos bella cõcitastis. Decimussextus. Demonstratio. Cum res ita verbis exprimit: ut geri negociũ & res ante oculos efferri videat Demonstratio ut Tela emittunt: gladijs cominus certant. Decimusseptim⁹. Breuitas. Breuitas Cũ res necessarijs tantũ verbis expedite dicitur: & adhibenda est sepe cũ tempus non sinit cõmorari. Decimusoctauus. Significatio: quæ pl⁹ in Significatio suspitione relinquit q̃m positũ est in oratione. ut quiesce tu cui⁹ pater cubito se emungere solebat. Item multi iacent gracci. Decimusnonus. Cõtentio Cõtentio qua cõtraria referunt in genere. ut vos hui⁹ incõmodis lugetis: Ille reipublicę calamitate letatur. Hi sunt colores quibus (& si nõ oĩb⁹ saltẽ aliquib⁹) uti debet orator p necessitate causę. In his eñ tanq̃ ĩ ornamentis: ęlocutionis nostrę suauitas & grauitas plurimũ cõsistit: nũc aũt ad extremas oratiõis ptes sermo noster accõmodabit: quæ non orationẽ ipam: sed aliquod ei extrinsecũ: id ẽ pnunciationẽ & ordinẽ respiciunt. Et primum de pnunciatione postremo de memoria dicem⁹.

De Pronunciatione penultima parte orationis rhetoricalis. Capitulum. xxij. DIS.

pnunciatio quarta orationis ps

QVid est pronunciatio? MAG. Est verborum digna platio rebus & sensibus: moderatione vocis, vult⁹: & corporis accõmodata: nihil turbide, barbareq̃ proferens: syllabarum mensura & eorum legitimo accentu seruato. DIS. Possunt ne huius dari pcepta: quibus vitia contraria ęuitantur? MAG. Possunt. unde in primis maxime oris nostri vitia emendanda sunt. DIS. Quo pacto? MAG. oris gest⁹ expręssio ut lingua & ore magis, q̃ labijs & dẽtibus loquamur: apta & leui labiorum motu: non profusis, distentis, proiectisq̃ rictib⁹ vel inflatis & frẽdentibus faucibus. Neq̃ hiante vel anhelante spiritu: nec immanitate vocis: aut tortura labiorum cum sibilo & stridore dentium. Labia etiã lambere: aut mordere pueriles ineptię sunt. Supino nimis aut ęleuato vultu vel defixis in terram oculis: Nec inclinata ceruice & dimissis superciljs pronunciandum est. Eradenda autem prout sermo deposcit verecundia & emasculanda frons est. Sic enim vox & gestus suę semper causę conuenire videbuntur. Ipsa quoq̃ oratio a pronunciante sanguinem & vitam accipere comprobatur. Cũ itaq̃ Orationẽ inuentã Cautelæ atque (ut præmisimus) ornatam pronunciare voluerimus: principio depressa voce: quæ tamen possit audiri: dicemus: ne ledantur arteriæ, si

antequam vox bene permulsa est acri clamore complentur. Conueniet autem in progressu longis interuallis uti. his enim spiritus & vox recreatur. Paulatim autem & sensim spiritum animumq; intendere debem⁹. ¶ Deinde in narratione vocem eleuabim⁹ mediocriter. in diuisione augemus/continuum clamorem obmittentes. Aliquando tamen cōmutationes gratæ auditori sunt & vocem conseruant. Vitare etiā oportet voces acutas: & exclamationes nimis attenuatas. In clamore etiam ea vox vitanda est: quę illiberale quiddā habeat: & ad muliebris potius vocis orationem q̄ ad virilem dignitatem dicendo accomodata sit. Cum vero sermo in dignitate est: plenis faucib⁹/sedatissima & depressissima voce uti conueniet. Si autem in demonstratiōe sermo est: voce paululum attenuata: crebris interuallis & diuisionibus uti oportebit: ut ipsa pronunciatione eas quas demonstramus res inserere animo auditoris videamur. Cum autem in narratione fuerit sermo: vocum varietate opus est in quo quodq; gestum sit: ita narrari videatur: factum celeriuscule dicemus. Deinde modo acriter/tunc celeriter/mœste/hilariter ī omnesq; partes nos cōmutabimus: si qua inciderint in narratione dicta/rogata/ vel responsa diligenter animaduertamus: ut omnium psonarum sensus atque animos exprimamus. Sin erit sermo in iocatione: leuiter tremebunda voce/cum parua significatione risus: sine ulla suspitione nimiæ cachinacionis nobis agendum est. Cum autem contēdere oportebit: vocem iungere & torquere sonum: & celeriter clamore verba conficere nos decebit: ut vim quandam orationis vociferatio habere possit. In clamationibus autem clarissima voce & longo spacio utemur. In cohortatione voce attenuatissima: leui sono/& æq̄bili & cōmutationibus crebris utēdum est. In conquæstione voce depressa/inclinata sono/crebro spacio/longo interuallo/magnis pronunciationibus oratio pronuncianda est. Non autē tantum oris vitia sed & corporis q̄q; æuitanda sunt. DIS. Et quæ sunt istec? MAG. Seruandus est in vultu pudor & acrimonia & in gestu venustas: ne aut histriones aut viles opariȷ esse videamur. Cum igitur sermo in dignitate est: stantes in vestigio leui/dextrę motu loqui oportebit hilaritate/tristicia/mediocritate & grauitate vultus ad sermonis sententias accomodata. Si autē in demonstratione sermo erit: paululum corpus a ceruīce dęmittamus. Si in narratione: vultus quandam significare decebit hilaritatem. Si vero contendimus: brachio celeri/mobili vultu/acri aspectu utemur. Item applausione pedis dextri: ꝓiectione brachiȷ acri & defixo aspectu uti oportebit. In quæstione fœmineo plangore & conturbato vultu. In cohortatione: tardiori oratiōe & miserabili & humili gestu utendum est. Hæc autem quantum in animo auditoris efficiant: luce clarius patet: nec ab euangelisantibus neglectui danda sunt: si diui Augustini institutiones/ quas in quarto de doctrina christiana tradidit libro: sequi fas est. q̄ illic clarius inspiciatur. DIS

Corporis gestus expressio:

Augustin⁹

Et ego quidem facile dictis tuis assentio. sed ne in his diutius imoratus reliqua silentio transeas/ad memorię pcepta sermoem vertas.

De memoria Capi. vicesimū tertiū MAG.

Memoria

Emorię nunc ordo præcepta ministrat. Q uā quidē cōstat esse naturalē: sed arte adiuuari posse nō dubiū est. Hęc aūt ars breuibus pceptis: sed magna exercitatione format. DIS. Præcepta tradas: exercitationē ego adiciā ? MAG. Memorari volēs: locos: imagines: earundē ordinē/dispositōem atq; collationē habeat: necesse est. Loca quidē quibus id cui⁹ reminisci voluerit veluti chartę inscribat. Imagines & earundem dispositionē & collationē/quibus ceu litteris scribat. Ordinē vero: ut quod primū: posteriusve pronūciare voluerit / distinctim inueniat. DIS. Vnde autē & quales assumendi sunt loci & imagines ? MAG. Omni confusione huius rei postergata: locum imagines/ atq; earundem ordinē inconfusum litteris viginti complectamur/ seruato earundem ordine naturali. ut A b c d e f g h &c. Harū quælibet: quinq; contineat dictiones scd'm numerū & ordinē vocalium quę sūt. A: e: i: o: u. In prima syllaba/si dictio a consonāte incipiat: aut in secunda syllaba/si a vocali initium sumat: in his tanq̄ in locis singulę imagīes a singulis syllabis incipientes conquiescunt. Imagines aūt sunt quę per has dictiōes significātur. In quibusdā vero litteris assumuntur nōnulla nomīa vulgaria: eo q̄ latine ab his litteris incipiētie (& insignes) aliquas imagines significantia facile reperiri non possent. Accipit similit quustos pro custos. Q uas omes cū ordine quo positę sunt memorię cōmendauerimus: ea quorum reminisci placuerit hoc pacto inscribamus ut earum comparationes cum proprietate imaginis cui inscribenda sunt cōsideremus: veluti si regulas iuris in sexto decretaliū ordine quo positę sunt recitare quis voluerit: imaginibus eas inscribat eo mō. Primā quæ est beneficiū ecclesiasticū sine institutione canonica non pōt obtineri: primę imagini assignabimus. Considerātes aliquē abbatē nobis notum non canonice institutū &c. Secundam quæ est Possessor malefidei ullo tempore non pscribit secūdę imagini inseremus: imaginādo caprum: quē cū lupus de spelunca sua exire iuberet: obiecit possessionē. Respondit aper: possessorem male fidei &c. Pari modo sequentes: sequentibus inscribamus imaginibus. Multo autem p hac re cōsequenda adiumento nobis erit: si humanarum rerum experientiam: & naturas nouerimus. Sic em̄ facile nobis compationes occurrere possunt/q̄ p contrarium sumendę sunt. Oportet em̄ nō tantū firma verūetiam celeri compræhensione res naturasq; pcipere: ut & eorū quæ a nobis inuēta sunt & q̄ ab aduersario in agendo cōtrectata sunt/reminisci possimus. Alia de cōfortatiōe memorię naturalis in tractatu nostro speciali lati⁹ videri pñt. Te aūt assiduo exercitio: iugi labore: & vigilanti studio: his intentum esse oportet/si fructum consequi volueris. vale & quę alia ex me volueris/pete.

Memoramur loco · Ordine · Imagines · Exemplū memorię localis · Imagib

A	1 Abbas.	2 Aper.	3 Apis.	4 Astrologꝰ.	5 Agnus.

Exemplū memoriæ Localis

A
Abbas
Aper
Apis 5
Astrologus
Agnus

B
Balneator
Begutta
Binder. 10
Bombardus
Buccinator.

C
Cardinalis
Cæsar
Chirurgicus 15
Cocus
Cursor

D
Dapifer
Dæmon
Dimicator 20
Doctor
Dux

E
Edax
Elephas
Episcopus 25
Exorcista.
Equus

F
Faber
Fęniseca ein meder
Figulus 30
Fossator.
Furnarius

G
Gardianus
Geometer
Gigas. 35
Gouggkler
Guggkengauch

H
Hartmannus.
Helias
Hypocrita 40
Hostiarius
Huss

I
Ianitor.
Iesus
Institor 45
Iob.
Iudas.

K
kantengiesser:
kegler
kursner 50
koler
kupferschmid

L
Lapicida
Legatus
Lictor. 55
Lotrix:
Lusor.

M
Macellarius
Medicus
Miles 60
Molendinarius
Musicus

N
Nauta.
Necromanticus
Nisifer. 65
Notarius.
Nummularius

O
Orator.
Obstetrix.
Officialis. 70
Ortographus
Ortulanus

P
Papa.
Pedagogus
Pictor 75
Poeta
Pugillator

Q
Quadriga
Questor.
Quiscularius 80
Quodlibetarius.
Quustos.

R
Raptor.
Regina.
Ribaldus: 85
Rotarius.
Rusticus

S
Sacerdos:
Serpens
Simeon 90
Socrates
Sutor

T
Tabernarius
Testator
Tyrannus. 95
Tornator
Tutor.

V
Vates
Venator
Vigil 100
Vogler
Vulpes

Libri Tertij Tractatus Secundus De Epistolis condendis. Capitulū primū De Epistolarum diuisione. Discipulus.

Estat ut de condendis scribendisue Epistolis formā tradas.

MAG. Faciam ac lubens. Sed pręmonuisse oportet epistolarū quasdā esse diuinas: quasdā vero humanas. Diuinas qdem voco: in q

Epistolę diuinæ

bus fidei mysteria/religionū cerimonias/dei cultū/mor̄ atq̄ virtutū se minaria exprimunt:& vitior̄ radices euellunt. uti est videre in epl̄is sā ctor̄ Pauli Hieronymi Augustini Cipriani Bernardi & Senecę phī mo ralissimi:atq̄ alior̄ pluriū huius ordinis hoīm. Humanar̄ vo q̄dam Grauis:Consolatoria:Amatoria:Cōmendatoria aut Hortatoria est.

Epl̄e humanæ

DIS. Graue quā dicis? MAG. Eā ipsam q̄ ardua difficilia atq̄ noua q̄tidie accidētia ↄtinet. utputa q̄ belli aut pacis tēpore e castris ad urbem aut ecōuerso. Cōsolatoria qua amicor̄ mortē/calamitatē aduersāue for tunā verbis cōsolatorijs demulcem⁹. Cōmendatoria qua amicū aut fa miliarē/notū vel ignotū alteri cōmendam⁹. Amatoria q̄ verbis petulā tibus amorē alterius in nos cōcitam⁹. Hortatoria qua de rebus nostris. utputa agris/pecorib⁹ aut frumētis scribim⁹:aut filios nostros/sodales discipulos ac cęteros ad mores/studia/ad laudē cohortamur. Præt̄ hæc autē multa alia sunt epistolar̄ genera a Mario Philelfo ęloquentia præ clara:ad octogenarium usq̄ numerum digesta.

Grauis. Consola/toria. amatoria. cōmenda/toria. hortato/ria. mari⁹ phi lelfus.

De partibus Epistolæ. Capiulū secundū.

DIS. Ex quot aut quibus partibus epistola conficitur? MAG. Ex quinq̄:quę sunt Salutatio. Exordiū. Narratio. Cōclusio & Sup scriptio. Salutatōe q̄dem epistola cōstat: ut anim⁹ eius ad quē scribim⁹ p̄paretur ad p̄cipienda ea q̄ desideramus. Exordio simili̇t. Et ut causam ad scribendū mouentē explicem⁹. Hoc autē q̄a etiā in narratiōe fieri po test:non in omnibus epistolis exordia ponim⁹: nisi magna q̄dam nego cia tractare aut tractanda velimus. Narrationē vero epistola om̄is con tinet: qua ostendim⁹ quid ab alijs fieri volumus:aut q̄d factū sit demon stram⁹. Conclusionē autē ut de loco & tempore datę epistolę certior fiat recipiens. Suprascriptionē vo/ut & is qui defert cui p̄sentare debeat: & s ad quem defertur:an ne aperire liceat cognoscat.

p̄tes epl̄ę

De Salutatione. Capitulum tertium.

DIS. De Salutatione ↄficienda primū dicas. MAG. Salutatiōes varie a varijs ponūt. Sed si eā ex arte struere libeat. Primū nomen tuū Deīde nomē dignitatis aut officij tui in nominatiuo casu. Tertio nomē eius ad quē. & demū nomen officij aut dignitatis eiusdem in datiuo ca su ponas cū additione clausulę: Salutē p̄mā dicit. ut Gregorius Reisch artiū Magister Friderico Episcopo Augusteñ. S.P.D. Assentationis ve ro causa aliud inoleuit:ut scilicet inferiores scribentes sup̄iorib⁹ nomi na sua postponāt:nec salutē, sed subiectionē: aut famulandi p̄mptitudi nem loco salutis ponant. ut reuerendissimo in christo patri ac dn̄o/do mino Friderico Augusteñ presuli:Gregorius Reisch artiū Magister ad q̄uis mandata se spondet p̄mptissimū. Id autē doctiorum aures nedum fastidiunt:sed etiam abhorrent vehementer.

Forma sa/lutatiōis

De Exordio. Capitulum quartum.

MAG. Exordio autem (si res expostulat) p̄missa salutatione utimur:in quo eum ad quem scribimus attentum: docilē & beniuolū face

Exordiū

re curāus: ut quę scribim⁹ legat & admittat. Quibus autē partibus aut unde efficiatur in superioribus digestum est. DIS. Verum quidē: sed de Narratione quid dicis?

De Narratione. Capitulum quintum. MAG

Reparato eius ad quē scribimus animo: si quid ab eo fieri volumus: aut nos/aliosue fœcisse iudicare libeat: secundum epistolæ genus & naturā subiungemus: ut si sit epistola grauis: de bello pace aut reipublicæ statu &c. facimus mentionē. Ita & in alijs secundum ea quæ in primo capite huius dicta sunt: faciendum pariformiter. Omniū autē dictaꝝ exempla probatissima sunt apud Gasparinū Pergamansem: Marium Philelfum: & æloquentię patrē Marcū Tulliū Ciceronē: quibus te daturꝝ operā velim q̄ maximā. Nihil enim in scribendo tam clarū aut promptū facit: q̄ diligenter legisse eos qui bene limate tersecꝫ scripserūt Ab alijs vero ut a labe atcꝫ pernicie ingenij fugiendum est.

Narratio

De Conclusione/Capitulum sextum. MAG.

Arrationē (quæ ut diximus: petitionē complectitur) sequitur terminus & conclusio epistolæ: quę tribus cōstare debet: persona: loco & tempore. DIS. Quomodo ꝑsonā? MAG. ut si uni scribimus: dicam⁹ vale. si pluribus: valete. & me commendatum suscipe vł suscipite. Sis fœlix nostricꝫ memor. Vale diucꝫ viuas. Da operam ut valeas. Vale & me ama. Vale militiæ decus: litterarum ornamentum. & sic de similibus. DIS. Qualiter epistola loco cōcluditur? MAG hoc modo. Vt dicatur: Datum vel Datæ: Raptum vel Raptæ: vel Raptim Romæ aut Friburgi vel Argentinæ. & cetera. DIS. Tempore autem quomodo concludis? MAG. Vt diem/menses anni in q̄ scribimus ponamus. ut vicesima Nouembris: Anni Millesimi q̄ngentesimi secundi: aut decimoquarto Kalendis Marcias. Quarto idus Aprilis. pridie nonas Septembris. DIS. Vnde ista assumis vocabula?

Cōclusio

persona

a loco

a tempore

MAG. Ab antiqua Romanoꝝ obseruatione. Latini nancꝫ quemlibꝫ mensem in Kalendas: Nonas: & Idus diuidunt. Prima enim die cuiuslibet mensis/pontifex minor conuocata plebe/quot dies a Kalēdis ad Nonas superessent ꝓnunciabat. Vnde hæc dies hoc nomen Kalendę a Καλέω græco vocabulo accepit. Valet enim idem quod voco. Dies autē ultima mensis præcedentis pridie Kalendas: quasi primo die ante Kalendas: qui vero ante hunc/ tertio Kalendas dicitur: q̄ sit tertius a Kalendis. & sic de alijs diebus ordine retrogrado ascendendo donec ad idus deuentum fuerit. Dicitur autem Idus ab iduo: quod est diuido. quia is dies mensem diuidat. Dies autem hunc sequens in ascensu/non secūdo id⁹ sed pridie Idus dicitur. Sequens tertio Idus. & sic de alijs donec ad nonas progressum sit. Nonæ autem dictę sunt: q̄a ab eo die ad Idus semꝑ nouem dies sunt. Alias rationes illorum nominum consulto libuit ꝑterire. DIS. Quot aūt Nonas Id⁹ aut Kalendas singuli menses hñt?

Mensis diuisio

kalendę

pridie kał

Idus,

pridie id⁹

Nonę

MAG. Ianuarius: Februarius: Aprilis: Iunius: Augustus. Septēber Nouember & December quattuor habent nonas. Martius: Maius: Iulius & October sex nonas habent. Singuli aūt octo Idus tenent. Ianuarius decimaquarta die Decēbris kalendas suas finit. Februarius decimaquarta Ianuarij. Martius. xiiij. Februarij. Aprilis. xvi. Marcij. Maius decimaq̄rta Aprilis. Iunius decimasexta Maij. Iulius. xiiij. Iunij. Augustus. xvi Iulij. September. xiiij. Augusti. October decimaq̄rta Septēbris Nouember. xvi. Octobris. Decēber. xiiij. Nouēbris. Sic patet ꝙ in Februario post idus dicim⁹: decimosexto kalendas Marcij: q̄d quidē verū est in anno cōmuni: in anno ṽo bisextili/ quia tunc Februari⁹ habet viginti nouē dies post idus dicim⁹ decimoseptimo kalendas Marcias. Vt autē ea quæ dixim⁹ dilucide intelligas: sit Marcius nobis exēplo. In cuius/ si prima die litteras dederis: scribas kalendas Marcij. Si secūdo: sexto nonas. si tertio: q̄nto nonas. si quarto: quarto nonas. si quīta: tertio nonas. si sexta: pridie nonas. si septima: nonas marcij scribas. Si octaua octauo idus marcij. si nona: septimo idus marcij. si deciā: sexto idus &c. Si undecima: q̄nto idus. si duodecima: q̄rto idus. si tredecima: tertio id⁹ si decimaq̄rta: pridie idus. si decimaq̄nta: idibus martij scribas. Si decima sexta. xvij. kalendas aprilis. si decimaseptima. xvi. kalendas aprilis: &c de alijs in numero kalendarū descendendo donec ad ultimū eius diem perueneris: in quo pridie kalendas aprilis scribas. Ita pariformiter & in reliquis mensibus faciendū. Eo tm̄ admonito: ut nonas & idus a mense in quo sunt: kalendas vero omnes primis dēptis: a mense seq̄nti denōinabis. Nec secundo nonas idus aut kalēdas/ sed pridie nonas idus & kalendas dicendum est. DIS. Quid autē hoc est q̄d in superiorib⁹ quarto kalendas marcias & non marcij dicebas? MAG. Quia pro genitiuis mensiū puenuste possessiua ponūt. ut dicam⁹ pridie kalēdas marcias: Apriles: Maias: Iunias: Iulias: Augustas: Septembrias: Octobrias Nouēbrias: Decembrias: Ianuarias: Februarias. Nomina autē kalendę nonę idus nō modo in ablatiuo/ verū etiā in accusatiuo ponere conuēit ꝑponendo ꝑpositionē ad. ut ad octauū idus Ianuarias ad me dedisti litteras. aut in genitiuo: ut pridie kalendarū Marcias.

Exemplū

De Suprascriptione. Capitulum septimū.

DIS. Quibus cōpletur Suprascriptio? MAG. Nomine & titulo dignitatis proprio eius ad quē scribim⁹. Debent autem oīa ī datiuo aut accusatiuo poni. DIS. Titulos statib⁹ attribuendos subiunge. MAG. Rhomanū Pontificē: sanctissimū/ beatissimū dominū nostrū Pontificē maximū: summū sacerdotē & patrē clęmētissimū dicem⁹. Cardinales: Patriarchas: Archiepiscopos cęterosq; episcopos maiores reuerendissimos dicim⁹. ut reuerendissimo in christo patri & domino dn̄o N. sacro sanctę Rhomanę ecclesiæ Episcopo/ presbytero: aut dyacono: Cardinali &c. Episcopos minores: Abbates & ap̄licæ sedis Protonotarios reuerendos dicim⁹. ut reuerendo in christo patri & dn̄o

Suꝑscriptionis forma

Tituli statuum

N. apostolicę sedis prothonotario/domino suo colendissimo & obseruantissimo &c. Attamen nomini proprio domino pręponi non deberet: abusus tamen contrariū ubiq; habet. Alios inferiores venerabiles & honorandos dicimus. ut venerabili vel honorando. N Canonico ecclesię. N. Imparatorem: & Regem inuictissimū: gloriosissimū: serenissimum. & imparatorem semper augustum dicimus. Duces: principes: Marchiones: Illustrissimos: potentissimos. Comites vero Barones: Generosos: illustres/inclytos & pręstantissimos/dicimus. Equites auratos: Magnanimos: ac strenuos dicimus. Cęteros: validos: fortes: nobiles appellamus. Ciues: prudentes: sagaces: industrios & integerrimos dicimus. Theologos: diuinarum litterarum interprętes: Sacrarum litterarum: sacrę paginę: sacrę theologię magistros: doctores: professores/eximios/cęleberrimos. Iuriscōsultos: eximios/spectatissimos meritissimos: consultissimos: egregios: iuris pontificij: sacrarum legū aut iuris utriusq; doctores appellamus. Medicos prudentes philosophię & medicinę interprętes: doctores: & philosophos peritissimos dicius Poetas: vates: musarū alūnos: lauro īsignes: hędera decoratos Apolinis interprętes: ornatissimos: ęloquentissimos: facundissimos nomināus. Oratores: disertissimos: facūdissimos dicimus. Artiū magistros: acutissimos: disertissimos: bonarum artium studiosissimos īterprętes appellāus Fęminas autē. decus pudicitię/castitatis exm̄: pudicissimas/castissimas: honestissimas/matronas & dominas dicemus. Hęc summarie dicta sufficiant. Nam assentandi/adulandiue causa hæc oīa ita variata cernes: ut perpaucos reperire possis: qui non titulos superiorꝝ inferioribus attribuant. Vale Et in his finem Triuij statuendum agnosce.

Sequitur figura Arithmeticę


TY PUS A· RITH= ME TICAE·
BOETIVS
PY TAGO RAS

ARITHMETICA SPECVLATIVA

Liber quartus de Quadruuij rudimentis Tractatus primus De Quadruuij laudibus & diuisione: Capitulum primū

MAGISTER.

Vid habes fili: & cur ab imo pectore alta trahis suspiria? nū te grauant quę nuper accepisti Triuij principia: & cepti te poenituit studij? DIS. Nihilominus: tanta aūt dulcedine simul & iucunditate ex his animū meū delibutum sentio/ut nec vigilię oculos opprimāt: nec sermonis assiduitas aures obtundat: nec omnino vel lasciuientiū societas / aut quęcunq; alia iuuentutē æmollientia obsistere possint: quo minus & Quadruuij elementis auidissimum me auditorem exhibeam: si tu hunc laborē assumere dignaberis. sed ocyus ut hoc subeas te etiam atq; etiā rogo & hortor plurimū. MAG. Rem cupis fili (& si difficilē) scitu tamē dignissimā. nā teste Boetio rerū ęrudītissimo: nēo unq; in Philosophię disciplinis ad perfectiōis cumulū sine Quadruuio ęuadere potuit: nulli sine illo recte sapienduz: nulli deniq; recte est philosophandum. ob id quisquis hoc pṫermiserit omnē philosophię iam perdidit doctrinā. quod & demonstratiōibus lucidissimis Nycholaus de Cusa Cardinalis in primo quē de docta ignorantia pṫitulauit libro confirmat. nam & ipe mathematicis adiutus disciplinis / q̄dā arcana sacroꝝ ęloquioꝝ multis ante hac abscondita penetrauit. Sed his (cū & longiorē tractatū & ingeniū exercitatū requirāt) in aliud tempus dilatis / quod petis exordiamur. Tota vero ista disciplīa quā Quadruuiū Boetius nominat quantitatē speculaẗ: quātitas vero in magnitudinem ac multitudinē partiẗ. Rursus alię quidē p se: ut tria aut quattuor: alię vero ad alias referunẗ ut duplū & dimidiū. Magnitudines aūt alię manētes sunt motuq; carentes: ut triangulus. linea. Alię vero semper motę. ut octaua sphera. Harum illaz multitudinē q̄ per se est / Arithmetica speculaẗ. Illam vero quę ad aliam refertur: Musica contemplatur Immobilis v̄o magnitudinis noticiā Geometrica: mobilis aūt Astronomia polliceẗ. unde & ab his quattuor / hęc doctrina Quadruuiū appellata est. Sunt eñ vię quattuor ad unū finem (quantitatis scilicet noticiā) p̄ducentes. DIS. De prima igiẗ hoc vesperi paucis te absoluas.

Boetius .1 arithmet. — *Laudaẗ q̄druuium* — *Nycholaus de Cusa.* — *Boetius* — *Diuisio q̄druuij.* — *unde dictū sit quadruuium.*

De Arithmeticę definitione: nomine inuentore: fine ac diuisione: Capitulum secundum. MAGISTER:

Rimam Quadruuij partem Arithmeticā appellamus. Est autem Arithmetica numeroꝝ doctrina. tractat eñ de numero: quē gręci ἀριθμόν arithmon dicūt. unde & huic scię nomen a primis eius inuentoribus inditum est Arithmetica id est scientia de virtute numeri. ἀρετή eñ græce idē q̄d v̄tus. & ἀριθμος idē q̄d numerus latine significaẗ. DI. Qui nā huiusce disciplię extitere primi inuētores?

Arithmetica.

MAG. Apud græcos eam primus(ut aiunt) Pythagoras reperit: & in latinũ eam primus quidem Apuleius/deinde Boetius trãstulerũt. sed pretermissis istis rem ipsam aggrediamur eo quo sequitur ordine. primum quidem numerũ in se suisq; partib⁹ & passiõibus absolute & theorice: post hac ipm contractius ac magis practice considerabimus. Demum nõnullas artis calculatoriæ ppulchras regulas adijciemus.

Pytagor Apuleius Boetius

De Numeri definitione & in numerum parem & imparem diuisione ac earundem partium descriptione. Capitulum.iij. MAG.

numerus. Vnitas

Numerus est unitatũ collectio vel quantitatis aceruus ex unitatib⁹ profusus. Est autẽ unitas qua unaqueq; res una dicit. Vnitas autem non est numerus: sed principiũ numeri, sicut magnitudinis punctum. DIS. In quot aut quas numerus sui prima diuisiõe scinditur partes? MAG. In geminas in parem videlicet numerum & imparem. DIS. Numerus par quis est? MAG. Est numerus ĩ duo diuisibilis equalia/unitate nõ media. ut.4. diuiditur in.2.&.2. nulla unitate media. DIS. Quid est quod dicunt Pythagorici numerum parẽ in maxima paruissimaq; posse diuidi: maxima quidẽ spacio: minima q̃ntitate? MAG. Per spacium/partium numeri magnitudinem: per quãtitatem vero/earundem volebant significare multitudinem. Et ut hæc clarius intelligas/exemplũ hoc animaduerte. 8. in. 4. & 4. diuiditur: nec in partes maiores ab aliquo unq; partitur: nec secundum minorem numerum q̃ binarium/duarum scilicet partium naturali diuisione secat: & ita quo ad primum in spacio maxima & quo ad secundum in quantitate diuiditur minima.

Numerus par

Pythagoricũ dicti exponit

De Numeri paris diuisione: & eius parte: numeri scilicet paris pariter paris descriptione. Capitulũ.iiij. DIS.

At numerus in quot species partitur? MAG. In tres. Nam quidã est nũerus pariter par: qdã piter impar qdã ṽo impariter par. DIS. Nũerus pariter par quis est? MAG. Est nũerus q in duo paria diuidi/& rursus horũ quodlibet in alia duo paria potest secari usq; dũ diuisio partiũ ad indiuisibilẽ naturalit̃ pueniat unitatẽ. ut ẽ nũerus.16. q in.8:&.8. & rursus: 8. in. 4. & 4. q rursus in.2.&.2. & duo in.1.&.1. q̃ est indiuisibilis unitas partiũtur. DIS. Et quã ob causã is numerus tali insignitus est vocabulo? MAG. Quia eius partes nomine & quantitate inueniuntur pares: ipsis etenim naturali ordine dispositis ita sibiipsis respondent/ut quota una sit nomine tanta reliqua sit quantitate. ut ecce.1 2.4. 8. 16.32. 64. 128 in hoc ordine. 8. decimasexta pars est totius summæ; scilicet, 128, & tantam sedecimam continet

Numerus piter par

Rõ nomis

quantitatẽ. Et rursus.16.sũmę totius ps est.8 .& hanc ipsam.8. cõtinet quantitatẽ. Et sic idem euenier de quibuslibet reliquis ęque a medio distantibus partibus Sed hoc aduertendũ: si pares sunt partium dispositiones: non unum sed duo sunt media inueniẽda: in quibus hoc idẽ quod in partibus ęque a medio distantibus contigit reperiri . uti in exemplo priori Si vero partium impares fuerint dispositiones : unum reperitur medium quod sibiipsi nomine respondebit & quãtitate ut.1. 2 4 8. 16. 32.64 In hoc ordine 8 est medium: octaua scilicet toti9 sũmę pars: quã quãtitatem in se ipso cõtinet. DIS Clarissime hęc intelligo : nec in eius declaratione te morari amplius necesse est ob id ad reliqua stilum vertas:& quis sit numerus pariter impar describas.

De Numeri pariter imparis definitione Capitulum quintum MAG.

Numerus pariter impar

Vmerus pariter impar ẽ qui in partes ęquales diuidit: & rursus hę partes cum sint numeri imparis/in ęqualia nõ partiũt ut.10. in.5.&.5 sed. 5 in duo paria non diuiduntur patet igitur numerum cu ius medietas est impar esse pariter imparẽ. DIS. Ne pigriteris & unde is numerus hoc sortiatur nomen demonstrare. MAG. A suis partibus: quæ cũ nomine sint pares: quãtitate sunt impares: aut si no mine sint impares /quãtitate erũt pares. quod in subiecto facile erit videre exemplo. nam numeri pariter imparis .18 partes sunt 9.& 9. quarũ quęlibet a pari denominatẽ numero: quia a dualitate: cum. 9 decemocto sit dualitas siue medietas: quantitas vero eius impar est: quia nouenaria. & rursus. 6.decemocto tertia pars est. ecce impar denominatio ; quia fit a ternario: & quantitas quidem par est: quia senaria. sic & in aliis pariter imparium numerorũ partibus est facillimũ videre.

Rõ noĩs

De Numero impariter pari Ca. sextũ DIS.

Numerus impariter par

Vmerus impariter par quis est? MAG. Est numer9 qui cum in ęquales partes diuiditur /rursus hę partes in alias partes secã tur. Sed in istac partium diuisione nõ usq; ad unitatem in ęqua partitio progreditur ut.24.in.12.& 12.partitur .& rursus.12 in.6.& .6. & amplius. 6.in.3 .& 3 diuiditur sed amplius 3.in ęqua nõ secatur. Et ob hoc recte tale sortitus est vocabulum. Est enim par. quia in ęqua diuiditur sed impariter quidem: quia non in omnibus suis partibus par reperitur. Sunt aũt hi oẽs impariter pares.12 20.24 28.40 56 DIS. Habes ne alia de natura numeri paris cognitu necessaria? MAG Habeo ęquidem & multa ut scilicet de proprietatibus eius : de eius quoq; quo ad singulas species generationibus .quę quoniam prima huiusce disciplinę videntur trascendere elementa/in pręsentiarum placuit silentio transire: & ad alias eiusdem numeri partes sermonem vertere.

Rõ noĩs

De Numero superfluo diminuto & perfecto Capitulum septimum DIS.

ET quæ aut quot sunt hę numeri paris ptes aliæ? MAG. sunt numerus superfluus: numerus diminutus & numerus pfectus DIS. Numerus supfluus quis est? MAG. Est ille cui⁹ partiū sūma: sūmā totius excedit. ut. 12. cuius medietas est. 6. pars tertia. 4. pars quarta 3. ps sexta. 2 pars vero duodecima. 1. quę omnes simul iunctę. 16. constituunt: quæ totius. 12. sc3 sūmā in q̄ttuor excedunt. DIS Numerus diminutus quis est? MAG. Est numerus cuius partiū sūma: sūmā totius non attingit. ut 8. cuius medietas est. 4 quarta pars. 2. octaua. 1. quæ simul iunctę. 7. efficiunt: quæ totius sc3. 8 sūmā nō attingunt: sed in unitate deficiunt. DIS. Numerus perfectus quis est? MAG. Est numerus cuius partium sūma: sūmę totius nec maior nec minor: sed ęqualis reperitur. ut. 6. cui⁹ medietas est. 3. pars tertia. 2. ps sexta. 1 quas simul iungas. 6. toti sūmam ęqualem pcreabis. Et horū numerorum paucos reperies sc3. 6. 28. 496. 8128. & semper in sex aut octo terminatos.

Numer⁹ supfluus

Numerus diminut⁹

Numerus perfectus

De Numeri imparis definitione & diuisione. Capitulum octauum DIS.

IMpar numerus quis est? MAG. Est numerus qui in duo ęqualia diuidi non pōt quin interueniat unitas. ut. 5. diuidit in 2 & 2. unitate interueniente. addit em̄ numerus impar super parem semper unitatem. DIS. Numeri imparis (si quæ sint) ęnumera species. MAG. Nūeri imparis spēs sunt nūerus primus & incōpositus: nūer⁹ secūd⁹ & cōposit⁹: nūerus p se secūdus & cōposit⁹/ s3 ad aliū cōpat⁹ primus & incompositus. DIS. Numerus primus & incompositus quis est? MAG. Est numerus qui nullam aliam habet partem q̄ꝫ eam ipsam quę a totius quantitate accipit denominationem. & hęc pars sp est unitas. ut. 3. habet pręter unitatē nullam aliam partem quę toti⁹ est una 3 Et ob id hic numerus primus & incompositus dicitur: quia a nullo numero priori componitur aut metit. Numerus autem numerū cōponere aut metiri dicitur: a quo ipō multotiens sumpto: pręcise nullo deficiente aut superfluo totus constituitur. Et ita numeri quorū pręter unitatem nulla pars est eos metiens: contra se primi dicuntur. ut. 3. & 4. per oppositum numeri communicantes sunt: quorum alia ab unitate pars ambos metitur. ut. 9. & 12. quos non modo unitas: sed ternarius metitur.

Numerus impar

Numerus primus & incōpositus

Numerus cōponere quid sit

Numeri cōicantes

Numeri ɔtra se primi

De Numero secundo & composito Capitulum nonum DIS.

SEcundus & compositus quis dicitur numerus? MAG. Is qui pręter unitatem in se alium habet numerum a quo compositus est. ut. 9. unitatem habet a quo nonies replicata componitur. habet & insuper ternarium a quo ter sumpto constituitur. Et ideo is nu-

Nūer⁹ secūdus cōpositus

merus secundus dicitur: nã habet numerum priorem a quo coniungitur: & compositus quidem est quoniam in ipsum a quo coniunctus est resoluitur.

De Numero per se secundo & composito: & ad aliũ cõparato primo & incõposito Ca.x. DIS.

A numerum per se quidem secundum & compositum/ad alium vero comparatum primum & incompositũ. MAG. 9 & 25 horum quilibet/ut ex prioribus liquet secundus & compositus reperitur: sed ad se inuicem comparati/primi & incõpositi recte iudicãtur. nã nullũ cõmunẽ habent numerum a quo metiantur ambo 9. eñ tribus ter sumptis metitur: quibus 25 minime constituuntur. sic ecõuerso 25. per. 5 quinies sumpta metiuntur: quibus 9. nequaq̃ constituuntur. Et hos facile qui sint deprehendes: si duob⁹ tibi ꝓpositis numeris: minorem de maiore subtrahas: nam qui relinquit aut est unitas aut alius numerus huic qui subtrahitur minor aut ęqualis si qui relinquit unitas est: numeros contra se propositos primos esse necesse est. si ęqualis est/eos ambos illo cõmuni termino intelligas metiendos: & ita non esse contra se primos sed cõmunicantes Si vero prima subtractione facta relictus minor fuerit illum a priori subtrahendo demas: & ita usq̃ dum potes procedas & ex derelicto ex dictis numeri naturã iudicabis. Quæ ut clarius intelligas: subiectũ animaduertas exemplum sint. 9 & 29 numeri propositi. aufero 9. a. 29 & remanent 20. a quibus si rursus 9. tollantur manent. 11. a quibus si demum. 9 subtrahantur/relinquunt duo quę (quia nouenariam quantitatem non attingunt) totiens quotiens possum 2. 9. demo: quod cum quater factum fuerit unitas relinquitur. Ex quo patet numeros propositos esse contra se primos. & hęc de numero ad se considerato dicta in p̃senti sufficiant. at si aures patulas prębere volueris: nõnulla & quidem utilia de numero ut ad aliũ refertur subiungã DIS. Auscultabo & q̃ diligenter.

Nũerus per se secũdus & cõpositus ad alium relat⁹ primus & incõpositus

De Maioris inęqualitatis speciebus in genere Capitulum undecimnm MAG.

N primis itaq̃ te scire necesse est: omne quod ad aliud refertur aut esse ęquale aut inęquale. Et primum quidem prorsus nullã accipit diuisionem. nã q̃d ęquale ẽ aliter se habere non potest. ut duo ęquantur duobus. Inęquale vero dupliciter esse contingit. Est em̃ quoddam magis inęquale quoddam vero minus. De his harumq̃ speciebus magis necessaria in medium afferã. & primum de specieb⁹ maioris inęqualitatis. DIS. Quæ & quot maioris inęqualitatis species sunt? MAG. Quinq̃ scilicet Multiplex Superparticularis. Suppartiens. Multiplex superparticularis: multiplex superpartiens.

Inęqualitatis maioris spẽs

De Numero multiplici Capi.xij. DIS.

Numer⁹ multiplex

Vmerus multiplex quis est? MAG. Est numerus qui ad alium compatus ipsum plus q̄ semel continet: quem si bis cōtineat duplus est: si ter triplus. & sic ꝓcedendo in infinitum. ut. 2. ad. 1. ē duplus. 3. ad 1 est triplus.

De Numero superparticulari Ca.xiij. DIS.

Numerus supparticularis

Vperparticularis nūerus quis est? MAG. Est numerus qui ad alium relatus ip̄m quidē totum cōtinet: & insuper alterā ei⁹ ptem: quę pars si medietas fuerit sesquialter vocat̄. ut. 3. ad. 2. Si vero tertia sit. sesquitertius dicit̄. ut. 4. ad. 3. valet autem sesqui idem quod totum quod ꝓprie sexqui dici deberet.

De Numero superpartiente Ca.xiiij. DIS.

Numerus suppartiens

Vis est numerus superpartiens? MAG. Est numerus qui ad alium compatus ip̄m totum & insuper nō unam solam sed plures eius partes continet. Si igitur numerus alium & duas eius partes contineat / Superbipartiens: Si vero tres eius partes ultra totum in se habeat: supertripartiens dicitur. & sic de reliquis in infinitum ꝓcedendo. Exemplum primi. ut. 5. ad. 3. Exemplū secundi. ut. 7. ad 4. In his aūt locutionibus necessariū erit substantiuū subintelligere: illud scilicet q̄d ptem sequentē ptes reliquas ultra totū in suppartiente inclusas denominat. ut in exemplo si numerus suppartiens ultra totū duas eius ptes contineat: subintelligendū est supbipartiens tertias. nā in numeroꝝ naturali ordine. 2. sequunt̄. 3. Et si tres partes cōtineat subintelligendū est supertripartiens quartas: sic & in cæteris ē facile videre.

Supbipartiens

Supertripartiens

De Nūero multiplici supparticulari. Ca.xv. DIS.

Numer⁹ supparticularis

Vmerus multiplex supparticlaris quis est? MAG. Est numerus qui ad alium relatus: continet eundem plus q̄ semel: & insuper alterā aliquā eius ptem. Et ob id hoc geminū accepit vocabulum Eo em̄ ip̄o ꝙ maior minorē plus q̄ semel continet: multiplex: ꝙ vero rursus aliquā minoris ptem continet particularis esse non ambigitur Si igitur maior minorem bis: & eius medietatem contineat / duplex sesquialter: si vero tertiam eius ptem comp̄hendat / duplex sesquiterti⁹: aut si maior minorem ter / & insuper eius medietatem contineat / triplex sesquialter nominatur. & sic consequenter reliquos nominabis si in infinitum progressionem feceris. Exempla patebunt. 5 ad duo duplex sesqalter est. 7 ad. 3 duplex sesquitertius est. &. 7. ad. 2. triplex sesquialter. 10 ad 3. triplex sesquitertius inuenitur.

duplex sesquialter

triplex sesquialter

De Nūero multiplici suppartiēte Ca.xvi. DIS.

Numer⁹ suppartiens

Vmerus multiplex superpartiens quis est? MAG. Est numerus qui ad alium relatus ip̄m quidem plus q̄ semel continet: & insuper non unam solam: sed duas tres aut quattuor vel plures

eius partes. Et sic secundũ ꝙ maior minoris plures partes continebit semper aliud & aliud nomen hereditabit. Dicitur eñ duplex superbipartiens si minorem bis & duas eius partes in se habeat. ut. 8. ad. 3. vel duplex supertripartiens si minorem bis & tres eius partes comprehendat ut. 11. ad. 4. Triplex vero superbipartiens nominatur: si minor ter & insuper duę minoris partes in maiore contineantur ut. 11. ad. 3. & per similia in reliquis facile est videre. Et hęc de maioris inęqualitatis speciebus hactenus dixisse satis sit. Nunc si de minoris inęqualitatis speciebus aliqua inquirere libuerit: calamus cũ in motu est rñdebit.

duplex superbipartiens

duplex supertripartiens

triplex superbipartiens

De Specibus minoris inęqualitatis Ca. xvij. DIS.

Minoris inęqualitatis species quæ & quot sunt? MAG. tot & ęedem fere quæ maioris inęqualitatis. Dico autem fere: quia solum nomina per additõem ꝑpositionis sub/sunt verianda: ut scʒ dicat submultiplex: ut. 1: ad. 2: subdupla est. & 1. ad 3 subtripla. Subsuperparticularis. ut. 4. ad. 6. Subsesquialter. ut. 3. ad. 4 subsesquiternus ē. subsuperpartiens. ut. 3. ad. 5. Subsupbipartiens. & 4. ad. 7. subsuptripartiens reperitur. Multiplex subsupparticularis. ut. 2. ad. 5. subduplus sesquialter est. 3 vero ad. 7. subtriplus sesquitertius est. Et multiplex subsuperpartiens. ut. 3. ad. 8 subduplus: superbipartiens. & 4 ad 11. subduplex supertripartiens nominatur. Et ut omnia simul complectar: omĩa exempla de maioris inęqualitatis speciebus prædicta: etiã de speciebus minoris inęqualitatis exempla erunt si numeri minoris maioribus cõparati fuerint. Omniũ autem dictorũ numerorũ adinuicem habitudines: proportiones vocantur: & eisdem quibus & prædictę species noĩatę sunt vocabulis nominãtur. Nam quædam dicitur proportio dupla: quædam supbipartiens: quædam superparticularis: quædam vero tripla &c. Et de istis eadem quæ supradicta sunt dantur exempla. DIS. Ipsam igitur proportionem definias.

Minoris inęqualitatis spẽs

Proportionũ spẽs

De Proportione & proportionalitate Capitulum decimumoctauum MAG.

Proportio ut ex prędictis liquet est duarum quãtęcũqʒ sint eiusdem generis quantitatũ certa unius ad alteram habitudo. ut. 4 ad. 2. est proportio dupla. Proportionũ vero adinuicem habitudines a mathematicis proportionalitates dicuntur. DIS. Quid est proportionalitas? MAG. Est duarum aut plurium proportionum similitudo. ut sicut se habent. 4 ad. 2. ita 8. ad. 4 quia ubiqʒ est proportio dupla Illarum igitur duarum proportionũ similitudo proportionalitas est. Nec in paucioribus ꝙ̃ tribus terminis proportionabiliter quęrenda est. Qui si ita dispositi sunt: ut mediũ utrisqʒ comparetur extremis: proportionalitas continua dicitur. ut. 1. 2. 4. sicut eñ se habent duo ad unũ ita. 4 ad 2. quia ubiqʒ est ꝑportio dupla. Si vero numeri intermedij ita locati fuerint. ut alius ad unum/alius vero referaĩ ad reliquũ/talem proportionalitatem disiunctam dicimus. ut. 1. 2. 4. 8. sicut se habet. 2. ad. 1.

Proportõ

Proportionalitas

[C]ontinua [pr]oportionalitas

ꝑportionabilitas disiuncta

ita.8.ad 4.ubiq; em̄ est proporcō dupla. Si vero dico sicut se habet 1.ad 2..ita.4 ad.8.eadem quidem proportionalitas permanet. Sed tunc con uersa est cum dixero :quemadmodum se habet.4.ad 1.ita se habebunt.8 ad.2.eadem iterum manet porportionalitas sed tunc ꝑmutata est.

Conuer

ꝑmutat

De Speciebus proportionalitatis in genere Capitulum decimumnonum DIS.

ꝓportio/nalitatis specis in genere

Roportionalitatis si quæ sunt species enumera? MAG. Si iā dicta intelligis quattuor ꝓportionalitatis species inuenies: quæ sunt proportionalitas Continua Disiuncta Permutata & conuersa. DIS.Num & aliæ sunt? sane quidem intelligo. MAG Aliæ sunt quarum tres utiliores in sequentibus enodabimus.videlicet Proporti-onalitatem Arithmeticam:Geometricam & harmoniacam:quæ & me-dietates appellantur.

medieta/tes

De Proportionalitate Arithmetica Ca.xx.MAG.

medietas siue ꝓpor tionalitas arithmeti ca

St autem proportionalitas arithmetica quoties tribus aut plu ribus termīs positis neglecta æqualitate proportionum:sola cu stoditur parilitas differentiarum.ut.1 2.3.In hac numerorum di spositione differentia unius ad.2.& rursus duorꝫ ad tria æqualis repe-ritur:quia ubiq; unitas.nam sicut unū a duobus :ita.2.a tribus unitate differunt:sed proportionū æqualitas non obseruat̄. nam duorꝫ ad.1.est proportio dupla:sed trium ad.2.est proportio sesquialtera Dicit̄ autē hæc medietas Arithmetica :quia in solius numeri proportione custo-dita est.

Rō noīs

De Proportione Geometrica Ca.xxi. DIS:

ꝓportio-nalitas ge-ometrica

Ec pro modulo capacitatis accipio: ad alia pergas. MAG. proportionalitas geometrica est cum trib⁹ aut pluribus dispo sitis terminis numerorum differentia negligitur: solumq; pro-portionum æqualitas custoditur.ut.1.2.4 8.sicut em̄ se habet.2.ad.1.sic se habent.8 ad.4.quia ubiq; est proportio dupla.nec numerorum dif-ferentia ibi aduertitur.nam inter.1.&.2.unitas/inter.2.& 4.dualitas:in ter vero.4.&.8.quaternitas reperitur: sed tamen numerorum differen tiæ semp in eadē cū termīs ꝓportione sunt cōstitutæ.nā si termī sunt in dupla prpportione:in eadē sunt & earundē differentiæ constitutæ :ut hic

1 2 4 differentiæ
1 2 4 8 termini

Et si termini in proportiōe tripla reperiantur ea-rundem differētiæ in eadem inueniuntur ut sic.

2 6 18 54 differentiæ
1 3 9 27 81 termini.

De Proportionalitate Harmoniaca Ca.xxij. DIS:

harmoni-aca ꝓpor-tionalitas

Armoniaca proportionalitas quæ est? MAG. quæ nec eisdē differentiis nec æquis proportionibus constituitur : sed illa in q̄ quēadmodū maximus terminus ad minimū ponitur :sic differē

tia maximi & medij contra differentiam medij & minimi comparatur: ut sint termini dispositi.3.4.6.ibi nanq maior terminus: videlicet.6. ad minimũ sc.3.duplus est sic differentia maximi termini sc.3.6. & medij scilicet.4.quæ est duo/dupla est ad differentiã termini medij & minimi quæ est.1.nec tamen in præfato numerorum ordine terminorum ad inuicẽ æqua reperit proportio aut differẽtia:nã proportio.4.ad.3.ẽ sesquitertia.6.vero ad.4.est proportio sesquialtera:& inter.4.&.3.differentia est unitas:inter.4.vero &.6.dualitas.Hæc autem proportionalitas siue medietas harmoniaca nominatur:nã in hac sola harmonia aut symphonia vel consonãtia Musica reperitur.ut * qa nec terminorũ proportionẽ aut eorum differentiã absolute cõsiderat:sed ut hæc ãbo adinuicem relata inuestigat.Est autẽ proprium harmoniæ ad aliud quodam modo se habere.De quibus in musicis videbimus latius.Consequẽter ut numerorum vim & naturã quo ad prima rudimenta plenius capias de numeris tractabimus quemadmodũ referantur ad geometricas dimensiones & figuras. DIS.placet sũme.nam semp fidelissimi præceptoris officium obseruans nec quicquã de necessarijs ad prima scientiarum intelligenda principia õmittis.

* dyapason
3 4 6
dya tõ erõ — dya pen te

De Numero secundum geometricas dimensiones disposito. Et primo de numero lineali Capi.xxiij. MAG.

Ed in primis te scire volo: omnẽ Geometricam dimensionem aut esse linealem/aut superficialẽ/aut solidam .ut patebit infra. & ob id in præsentiarum numerum in linealem superficialem & solidum distinguimus. DIS.Numerus linealis quis est? MAG. est a duobus inchoans adiecta semper unitate/in unum eundemq ductum quantitatis explicata congeries.ut.ij.iij.iiij.v. DIS.Cur dicis a duobus inchoans? MAG.Nã sicut punctus actu non est linea sed potentia:sic unitas actu non est numerus sed potentia.paucioribus igitur q̃ duabus linealis numerus constare non potest unitatibus.

Numerus linealis

De Nũero sũpficiali & eius spẽbus Ca.xxiiij. DIS.

Vmerus superficialis quis est? MAG.Est numerus duobus lateribus contentus longitudinis videlicet & latitudinis. Vel ẽ numerus a tribus inchoãs addita descriptionis latitudine:& ex numerorum naturaliũ se sequentiũ angulorum dilatatione. Dictum ẽ autem & superficialẽ numerũ a tribus inchoãdum:quoniã sicut in geometricis paucioribus tribus lineis nulla angularis sũpficies clauditur: ita & in numeris minimus superficialis non nisi tribus unitatibus constituitur ut.∴.Et ideo sicut in geometricis superficies conica diuisionẽ in triangulam/quadrangulam:penthagonam & sic de alijs accipit /sic pari modo & numerum superficialẽ contingit partiri.

Numerus sũpficialis

De Numero triangulari Capi.xxv. DIS.

Numer⁹ triãgl'aris


* Riangularis numer⁹ quis est? MAG Est numerus qui in latitudinem scd'm unitates descriptus tribus angulis continet : lateribus equaliter dispositis. ut sunt 3.6.10 15 21.28 in talem figuram dispositi. *




De Numero quadrangulari Capi.xxvi. DIS

Numerus q̃dratus

Vmerus quadratus quis est? MAG Est numerus qui in latitudinem scd'm unitates descriptus angulis quattuor laterib⁹ eq̃li dimensione dispositis continet ut sunt.4 9 16 25 36 49 taliter ordinati o Vnde nũeris ab unitate incõtinua ꝓportiõalitate dispositis/tertius ab unitate erit quadratus:ac deinceps semꝑ uno intermisso * At cũ quadrati in natura diuersi sunt:quidam em̃ equã latitudinem habent & longitudinẽ ut bis duo & ter tria : quidã vero parte longiores sunt ut quorũ latera non unitatis sed aliorum quorũcunq; numerorũ differẽtia separant ut ter quinq; ita formata * Reliqui vero altera ꝑte longiores existunt/quorũ sc3 latera unitatis tantũ differentia sunt diuersa ut sunt bis tria in ista forma disposita. : : :



quadrati nũeri spẽs



De Numero Pentagono/hexagono/heptagono & sequentibus multiangulis Ca.xxvij. DIS.



Numerus pẽtagon⁹ hexagon⁹ heptagonus

Entagonũ quem dicis numerũ? MAG. Eũ ipm qui in latitudinem scd'm unitates descriptus/quinq; angulis/lateribus eq̃li diuisione dispositis continetur. & simili definitione hexagoni heptagoni & reliqui describuntur numeri . quæ tibi ut facilius pateant pauca exempla subiungam.



12. 22. 35. 51. 71. omnes pentagoni.
15. 28. 45. 66. 91. omẽs hexagoni.
18. 34. 55. 81. 112. omnes heptagoni.



Vnitas tamen & si non actu/tamen potentia est omnis numeralis figura & ideo singulis præposita.

De Numero solido siue corporali Ca.xxviij. DIS.

Numerus solidus

Vis est numerus corporalis siue solidus? MAG Est qui tribus lateribus continetur sc3 longitudinis latitudinis & ꝓfunditatis vel est qui cũ scd'm vnitates suas in longũ latum ac profundum dispositus fuerit:corporis alicuius figuram reprẽsentabit . Et ob id ipm ad modum corporis diuidere conuenit hoc modo Nam numerorum quidam pyramides/laterculi :asseres:cuneoli / aut magis latine gradati :paralellipedes: cubici ciclici vel spherici nominantur quorum descriptiones in sequentibus patebunt.

Spẽs nũeri solidi

De Numero pyramidali Ca.xxix. MAG.

Numer⁹ pyramidalis

yramidalis itaq; est numerus in suis unitatibus ꝑ modum pyramidis corporalis constitutus :ut scilicet a basi lata incipiat & in

trilatera



quadrangula



ascendendo semper decrescat donec ad unitatem quę huiusce pyramidis conus est perueniat. Et sicut in corporibus pyramidis quędã est trilatera ut.a. & quędam quadrãgula.ut.b.&sic de aliis scd̃m modũ superficierum multiangularium variatis.sic & ĩ numeris pyramis trilatera: quadrangula aliaue reperitur.

De Numero pyramidali trilatero.
Capitulum.tricesimum. MAG:

nũeruspyramidalis

b . : : . . . .

Nde numerus pyramidalis trilaterus est is cuius basis est triangulus.ut a. cuius conus est unitas in medio locata. &si basi b. priorem pyramidẽ superposueris / pyramidem secundam & denariam constitues: quę si pro basi hoc modo locabitur ✱ & eidẽ pyramis.b. superponit̃: pyramis tertia & .20. unitatũ producitur. Simili modo videndum erit in cęteris.nam in numero pyramidali tot unitates latera continent/quot ad eius constitutionem numeri trianguli aut quadranguli/penthagoni aut hos sequẽtes cõcurrunt: unitate etiam p̃ tali numero computata. Ex quo liquet q̃ primę de p̃dictis pyramidibus latera duas/secundę tres: tertię vero quattuor unitates habent.

De Numero pyramidali quadrangulo.
Capitulum.xxxi. DISCIPVLVS.

Vadrangulã pyramidem quem dicis numerũ? MAG. Cui⁹ basis numerus quadratus /conus vero unitas est.ut ϖ Si pyramidi iam fabricatę basim nouenariã hanc scilicet ψ supposueris scd̃am in quadratis pyramidẽ quattuordecim sc3 unitatũ efficies: quã si huic σ basi supaddes: tertiã pyramidẽ & .30. unitatũ p̃ducis & sic in cæteris /nõ modo quadratis/verum etiã pẽthagonis & aliis multiangulis videre est. Hoc tamen unũ nõ est silentio p̃tereundũ: si unitatem quę conus dicitur õmiseris pyramidẽ curtam ubiq; efficies / similiter si alios quosq; numeros basibus iuxta pręmissas regulas superadditos detraxeris/pyramides facies bis curtas vel ter curtas &c.

De Laterculis. Capitulum. xxxii. DIS.

Vmeri laterculi qui sunt? MAG. Qui ex ductu ęqualiũ ęqli ter in minus fiunt.ut tria ter bis.18.cõstituunt: quę si s3m tres dimensiones disponant̃/lõgitudo latitudini ęquabit̃: qa ubiq; tria. Altitudo vero minor: quia duorum tantum reperitur, ut X .quibus alia nouem in simili modo disposita superaddas.

De Asseribus. Capitulum. xxxiii. DIS.

Vmeri asseres qui sunt? MAG. Qui ex ductu ęqualiũ ęqliter in maius fiunt .ut quater q̃ttuor nonies.144.faciunt.q̃ si ad figurã corporalem ordinaueris/latitudo longitudini erit ęqualis.quia ubiq;.4.altitudo vero cum 9. habeat erit dissimilis ut ✱ quibus alia.16.ita disposita octies supponas.

De Cuneolis Capitulum.xxxiiij. DIS

Numer⁹ cuneolus

Vmeri Cuneoli q̃ sunt? MAG. Qui ex inęq̃lib⁹ inęq̃liter p̃ inęq̃lia fiunt.ut ter q̃ter nonies.108.efficiunt. quos si in corpis formã disponas/latitudinem tria/lõgitudinẽ.4.& altitudinem habentẽ 9.reperies:& sic omnes dimensiones inęquales.ut quibus alia duo decim sic formata octies superaddas.

De parallelipedibus.Capitulũ.xxxv. DIS

Numer⁹ Parallelipes.

Arallelipedes q̃s dicis nũeros? MAG.Eos q̃ ex ductu ęqualiũ ĩęqualiter per ęqualia fiunt/ut bis tria bis.12.faciũt: quę si ĩ corporis figuram redacti fuerint latitudinẽ altitudini æquam(quia ubiq; duorum) longitudinem vero reperies inęqualẽ quia triũ. ut quibus alia.6.ita formata superaddas.

De Cubis.Capitulum.xxxvi. DIS

Numeri Cubi

Vi sunt numeri cubi? MAG. Qui ex ęqualibus per ęqualia producti sunt.ut ter tria ter.27.constituunt:quę si in formã corporis redigantur/latitudo longitudo & profunditas æquales reperiunt:quia ubiq; tria.ut * quibus alia.9.taliter ordinata bis superponas. Vnde si numeri ab unitate cõtinue proportionales fuerint/quart⁹ ab unitate cubus est:ac deinceps duob⁹ semp̃ intermissis / semp̃ quadratus cubicus sequitur.

De Ciclicis vel sphericis.Cap.xxxvij. DIS

Numeri ciclici

Vi numeri sunt ciclici vel spherici? MAG.qui ex ductu cuborum ita procreantur/ut a quo numero cubicę quantitatis latus incepit in eundem altitudinis extremitas terminet.ut quinquies.5.faciũt.25.quę si rursus quinquies accepero numerũ.125.p̃duco cuius altitudo in eundem numerum termiuat: a quo latus eius primo inchoat:quia in.5.Sic simili modo cũ dico.6.sexies.36.facio:quę si rursus p.6.multiplicent.216.producunt: quę in.6.iterũ terminant: a quo & latus eius inchoat.& ob id hi numeri dicunt ciclici vel spherici. q̃a ad principiũ p̃priũ reuertunt. Et sicut ex unica reuersione de puncto ĩ punctũ circul⁹ p̃ficit:sic ex una multiplicatione nũeri in se cicli numeri qui plani sunt/p̃creant.ut quinquies.5.fiunt.25.Et sicut ex secũda sc; semicicli circũductione circa dyametrũ fixa/sphera describit:ita ex cicli numeri per suum principium multiplicatione numerus sphericus procreatur.ut.25.quinquies erunt.125.

Cõclusio

Hæc sunt q̃ de rõne nũeri theorice cõsiderato cõmuniora & magis utilia occurrũt:altiorẽ vero de his speculatõem in diui Boetij Arithmetica si quãdo libuerit inuenies: ex qua & hęc quę iam tradidi p̃ maiori parte expiscata sunt. Iã iam ad praxim sermonem vertamus. Boetius.

Libri Quarti de principijs Arithmeticæ practicæ Tractatus secundus.De diuisione numeri contracti.Cap.i. MAG

Rithmetica practica quã Algorithmũ dicimus numerũ practi ce cõsiderat: & de ipi⁹ diuisione & passionib⁹ disputat. DIS. Rem igit ipam aggredere: & diuisionẽ numeri cepti pandas. MAG. Numeroꝝ quidã Digitus: quidã Articul⁹: quidã vero ex his cõposit⁹. DIS. Horum descriptiones si quas habes per ordinẽ ędicas

numeri diuisio

De nũerodigito. Articulo: & cõposito. c. ij. MAG.

Vmerus digitus est omĩs denario minor numerus ut. 1. vel. 2. vel. 3. & sic de alijs. DIS. Quis ẽ numer⁹ Articul⁹? MAG. Est numerus in decẽ ęqualia diuisibilis: tali lege, ut istac facta di uisione nihil sit superfluũ: nihil diminutũ. ut. 10. diuidit in. 10. unitates & 30. in. 10. ternarios &c. DIS. Quis numerus dicit compositus? MAG. Numerus ex digito & articulo cõstitutus ut. 12. ex 2 (digito) & 10. (articulo) est aggregatus. Et ut singula unico cõplectar cõtextu. Oĩs numerus inter duos articulos ꝓximos cõpositus est.

nũerus digitus. Articulus cõpositus

De nũeri iã diuisi passionibus. Cap. tertiũ. DIS

Vmeri a te iam diuisi quot, quæve sunt passiones? MAG. Septẽ. Numeratio. Additio. Subtractio. Multiplicatio. Diuisio. progressio. & radicũ extractio. Mediatio aũt a subtractiõe nõ di stinguit: nec duplatio a multiplicatione sepat. est em̃ mediatio per duo diuisio & Duplatio p duo multiplicatio. Conueniũt aũt hę passiões nõ mõ numero integro, sed etiã in ptes quas minutias dicũt diuisio. De q bus eo quo iã nũeratę sunt ordine tractabim⁹. Et primũ qdẽ ĩ integris

numeri quot sint. Mediatio Duplatio

De Numeratione Capitulũ quartum. DIS.

Vid est numeratio? MAG. Est cuiuslibet nũeri p figuras cõ petentes artificiosa rep̃sentatio. DIS. Quę sunt istę cõpetẽtes figurę? MAG. sunt hę. 1. significat unũ. 2 s̃ca t duo. 3 tria. 4. q̃truor. 5 quinq̃. 6. sex. 7. septẽ. 8. octo. 9. nouẽ &. 0. q̃ figura nihili vel cifra dicit. nam p ipam solã nihil rep̃sentat: ipa tñ locũ occupãte magis p cęteras significabit. ut. 20. ibi. 2 viginti significat: & tñ p se positũ tm̃ duo rep̃sentat. Opep̃ciũ est ergo in numeratiõe ordinem & locũ maxĩe cõsiderare. Ordinẽ qdem: qa retrograde numerũ scribimus. Locũ vero quia omnis figura in primo loco posita seipam semel rep̃sentat ut: 2 sic posita duo reprę̃sentat. Sed in secũdo loco posita seipam decies s̃cat: qa viginti ut. 20. In tertio loco quęlibet figura se significat cẽties. In quar to vero millesies. In quinto decies millesies. In septimo vero loco mil lesies millesies & sic in infinitũ. Ex quo claret unica sola figura oẽm di gitum scribendũ: & oẽm articulũ a. 10. usq̃ ad centũ exclusiue: & inter hos oẽm nũeꝝ cõpositũ inclusũ duabus tm̃ figuris rep̃sentandũ. ut 10. 20 25. &c. A centũ vero usq̃ ad mille oĩs numer⁹ tripla figura designat ut. 100. 121. &c. A mille ṽo usq̃ ad decẽ millia oẽm numeꝝ q̃truor figu ris scribim⁹ ut 1000. 1221. At ṽo ĩ exprimẽdo magnũ numerũ hac caute la utendũ est; ut sup primã figurã. a. ponat. supra secundam. b. sup ter-

Nũeratio

ordo & locus in numeris

cautela exprimendi numerũ.

tiã.c.super quartã rursus.a.& super sequentẽ b.&c.donec omnes figurę harų triũ litterarũ eo ordine & charactere sint insignitę scꝫa.b c.ita em primo dempto omne a.millenarium signat.b. numerum infra centũ/ &.c.cẽtum repñtat. Et ubi.a.&.b.simul ponunt/simul debent exprimi nisi ubi.b.supra cifram contingat locari. ut in numero hic subiecto *
*a c b a c b a c b a quẽ tali sermõe exprimere possumꝰ:q̃ttu
tat eius: hunc modum esse e cognoscat. Cūq; tā pau-
cis clau su lis to ta harmonia forme tur u ti li-
ssi mum esse e as scire & memo ri ae






modi pro hibitũ


Semiditonus cum diapente inusitatus.



Ditonus cum diapente inusitatus



Semidiapente. & fit verum diapente si b rotundũ in ♮ quadrũ mutatur. illud aũt additũ duobus tonis & duobus semitonijs minoribꝰ q̃s semidiapente continet: fit diapente perfectum: constans tribus tonis & uno semitonio minore.



Tritonus

De Tonis Capitulum octauũ DIS.

Erenecessaria videtur mutationũ atq; modorũ noticia. quã tamẽ paucis admodũ tradidisti regulis: nũc q̃so ad instituta redeas & de clauibus tonorũ si qd habes in mediũ feras. MAG. Tonorum claues imperite queris qui nõdu; qd aut quot sint toni intelligis DIS. Quid igit est tonus? MAG. est regula cantus regularis cursum naturalẽ in fine determinans. ali⁹ est igit is tonus ab eo quẽ supra inter modos nominauim⁹. DIS. Quot sunt toni? MA. octo videlicet dorius: hypodorius. Frigius hypofrigius: lidius hypolidi⁹. mixolidius & hypomixolidius. DI. & hos qdem in supiorib⁹ nomĩasti. MAG. Etiã & unde hęc sortiti sint vocabula explanaui: atq; qb⁹ nominibus latinis efferant̃ expssi. nã doriũ primũ: hypodoriũ secũdũ & cęts. noĩant. Vnũ tñ in pñtiarũ supaddendũ puto Quoniã ex his q̃ttuor autenti & q̃ttuor plagales dicunt̃. DI. Autenti q sunt? MA. Primus Tertius Quintus: & Septim⁹ sic dicti: quia auctoritatẽ ascendẽdi maiorẽ hñt cęteris. Ascendũt enĩ a finalib⁹ pprijs usq; ad octauã regulariter: Ad nonã licentialiter. ultra vero nõ nisi irregulariter. A finali aũt non nisi ad unã vocẽ regulariter descendũt: lidio siue quinto dempto: q propter euitare semi diapente in finali manebit. differt aũt semi diapente a pfecto diapente in semitonio maiore. DI. Plagales q sunt? MAG Secund⁹ plagalis primi: quartus plagal' tertij: Sextus plagalis quinti: & octauus plagalis septimi. Sic dicti. qm̃ magis quã priores descẽdunt & minus ascendunt: Vñ plagales a finali ad quartã tantũ vel quintã & raro ad sextã scandũt. sed usq; ad quartã vel quintã descẽdunt / dempto sexto q ppter euitare semidiapente nõ descendit. Habent aũt autent⁹ & suus plagalis eandẽ finalem. Ex dictis quoq; tonorum extremitates facile deprehendes.

Tonus

toni octo

Autenti

Plagales

De Clauibus tonorum finalibus. Capitulum nonum DISCIPVLVS

Vid per finales tonorũ intelligis? MAG. Tonorum claues. DIS. Quę sunt tonorũ claues? MAG. D.E.F.G. graues: in his enĩ tonorum finis regulariter constitutus est tali differentia ut. D sit finalis pthi (qui primũ & secundũ continet) E finalis deutri (qui tertium & quartum continet) F finalis triti (qui quintum & sextum habet) & G finalis tetrardi (qui septimũ & octauum cõphendit) Et pręter finales sunt quędam claues q̃s tonorum affinales dicũt. DI. Quę sunt? MAG. a ♮ c. acutę. Nam toni non semp in finalibus proprijs: sed in his quoq; finem suũ statuũt: ut prothus in a: deutrus in ♮ & tritus in c. Tetrardus vero affinalẽ non habet: sed in propria finali semper stabit.

Finales

affinales

De Clauibus Tonorum initialibus Capitulum decimum DISCI.

Am satis luculenter tonorum fines monstrasti de iniciis eorum dem idem te facturum velim. MAG. initia toni primi sunt. CDF graues & a cuta: siłr & E grauis/sed raro. inicia secũdi toni sunt A. CD.F. graues. similiter & E grauis sed raro. initia tertij toni sunt. E G. graues & c acuta: similiter F graue: sed raro. initia q̃rti toni sunt C D E F G graues similiter a acuta sed rarissime. Initia q̃nti toni sunt F graũis a & c acutę & G grauis sed raro. initia sexti toni sũt. C D F graues siłr G grauis/ sed raro. initia septimi toni sũt G grauis & a b c d acutę. initia octaui sunt C D E F G graues & a c acutę. & si p̃ter hęc alia reperiuntur initia toleranda potius quã imitanda sunt. Ex his facile cuiꝰ toni cantus seu tropus sit iudicandũ censeo: si ad hęc ea quę de ascensu & descensu autentoꝝ atq; plagalium dicta sunt tenaci cõmendaueris memorię. nã p claues tonoꝝ initia & fines/& p naturã ascẽsus & descẽsus earũdem media & excõsequẽti totus cursus deprehẽditur. Sed hoc quoq; aĩaduertendũ tropos nonnunq̃ permixtos habere tonos: & isti toni principalis sc; autenti iudicãtur si equaliter mixti sint: nã cũ inęqualiter duobus tonis miscentur/illius sunt/cuiꝰ naturã magis participant. Omniũ dictorum annotatio exprępssa est in figura diuisionis monochordi: cui & mãugãmaut adiunctum est quere supra p te prima huius libri. c. 15.

tonorum initia


De iniciis Tenorum cuiusuis toni. Capitulũ undecimum MAGISTER

Ost tropos autem quos antiphonas dicũt in diuinis laudibꝰ solent psalmi decantari in tenore toni cuius antiphona fuerit proportionato. quod ut facilius intelligas tenoꝝ quorumuis tonorum initia/fines atq; cursus ænodabo. DIS. Quę igitur sunt Tenorum initia. MAG. Tenores sua initia non eadem/sed diuersa habent claue. Nam tenor primi quarti atq; sexti tonorum in a acuto ĩcipit. Tenor vero secundi toni in ffinali initium sumit. Sed tenores tertij quinti & octaui tonorum in c acuto incipiunt. Tenor autem septimi toni ĩ d acuto incipit. Et hęc vera sunt cũ toni in proprijs finalibus finem suum ponunt nam si in affinalibus finiũtur: tenores initia sua s;m p̃portionẽ dictarum distantiaꝝ ęleuant. Initiũ eñ tenoris primi toni a finali eiusdem per diapente distat. Secundi per semitonium. Tertij p semitoniu; & diapente. Quarti p diatesseron. Quinti per diapente. Sexti p ditonium. Septimi per diapente. Octaui p diatesseron a sua finali aberit quod facile his metris depręhendes. Pri re la. se re fa. ter mi fa/quart. quoq; mi la. Quint. fa fa. Sext. fa la. Sept ut sol. oct tenet ut fa. DIS. Quid p tenorem intelligis? MAG. Seculorum amen. quod in libris per vocales harum dictionum in hunc modum designatur. Euouae. Nã hoc ultimũ est in gloria patri quod post cuius libet psalmi finẽ decantatur.

Tenor

De cursu & fine tenoris. Ca. decimum. MAG.

Ognitis itaq; ut præmissum est Tenorum inicijs: eorundem cursus atq; fines principales sequenti neumate intelligas.



Fines autem principales dixi, nã tenores alios fines habent minus principales: quos differentias nominamus. DIS. Quot differentias habet quilibet tenor? MAG. Primus habet quinq;. Secundus nullam. Tertius quattuor, Quartus quattuor. Quintus unã. Sextus unam; Septimus quattuor. & Octauus quattuor ut patet hic infra.

Tonorũ differẽtię.






Tertia differentia Quarta diffeeentia.




Quinti toni differẽtia Sexti toni differentia



Septimi toni drã prima Secunda differentia



Tertia differentia Quarta differentia




Octaui toni differẽtia pria Secunda differen tia



Tertia differentia Quarra differentia: quæ peregrina dicitur: quia raro / aut quia non participat cum ſuo principali quemadmodum cęterę.

Applicatio tenorum ad pſalmos. Capitulum tredecimum. DIS.

Vrſus tenorꝝ cum differentijs eorundem/iãiam ſatis clare intelligo ſed eas applicare ad pſalmos (uti in ſuperioribus pręcepiſti) nondũ noui. MAG, Tenores non ęqualiter omnibus pſalmis ſed aliter minoribus atq; aliter maioribus applicantur. Pſalmos autem minores dico. i ſo. quorꝝ Dauid ſaltẽ ꝑ maiore parte auctor fuit. & Cãtica ex Prophetis aſſumpta. Maiores ũo/Magnificat. q̊d virgo glorioſa in viſitatione Elizabeth cecinit. & Benedictus. q̊d; Zacharias pater Ioannis baptiſtę prophetico ſpiritu aff latus decantauit. Nunc dimittis. q̊q; quod Simeon ſenex Ieſum puerꝝ in ulnis tenens cantauit. Ad hos ſingulos ſiplacet/tenores in notarꝝ deſcriptione applicabo. DIS. Placet MAG. Sequitur deſcriptio in qua Muſicę finẽ ſtatuim⁹. verũtñ in pſalmis in qbus mediũ ſiue dictio in qua fit pauſa/ eſt monoſyllaba vel hebraica: aut apud nos indeclinabil'/ipa contra toni naturã debet eleuari,


Tonus primus
Dixit dñs dño meo.sede a dextris meis. Credidi ppt̃ q̃d loc.sum.
Magnificat anima mea dominum. Beneddictus ominus deus Israel
Secũdus
Dixit dñs dño meo.sede a dextris meis. Credidi ppter q̃d loc.sum
Magnificat anima mea dominum. Benedictus dominus deus Israel
Tertius
Dixit dñs dño meo sede a dextris meis. Credidi ppter q̃d loc. sum
Magnificat ania mea dominum. Benedictus dominus deus Israel
Quartus
Dixit dñs dño meo sede a dextris meis. Credidi ppter q̃d locutus sum:
Magnificat anima mea dominũ. Benedictus dominus deus Israel
Quintus
Dixit dñs dño meo sede a dextris meis.Credidi propt̃ q̃d locut⁹ sum



Finis Musicæ Sequitur Geometria

Liber sextus de elemētis Geometriæ Tracta. primus. De definiiōne nomine & inuētoribus Geometrię de eius quoq; utilitate & laudibus Capitulum primum. DISCIPVLVS.

Vas hesterno vesperi canendi exposuisti regulas: totā hanc noctem insomnē agens in Antiphonario clare inueni probaui. nec necesse est te in illarū dilucidatiōe diuti⁹ īmorari. Geometriā potius aggredere: & sub breuitate principia illius edisſere. MAG. Geometrię elementa & principia abunde tradidit & conscripsit Euclides pater ut aiunt hypocratis: at vero quoniā multa sunt & sine interprete: ab incipientibus minus intelligibilia: tibi ex his necessariora ęlicere ac dilucidare conabor: quibus intellectis / cętera quoq; facilius leges. DIS. Placet quod conaris. sed primum quid sit Geometria ędicito? MAG. Geometria est disciplina magnitudinis īmobilis formarumq; descriptio contemplatiua: per quam uniuscuiusq; termini declarari solent. vel est disciplina magnitudinis & figurę quę ſm magnitudinem contemplatur. DIS. Vnde hęc disciplina Geometria dicitur? MAG. a terra & mensura. γη em̄ græce latine terra dicitur & μετρον græce latine mensura exprimit̄. Hinc dicta geometria (mutādo ita siue η gręcum in e latinum) quasi terrę mensura. DIS. Nullius igit̄ nisi terrę per ipam mensura habetur? MAG. Nequaquā sed cuiusuis magnitudinis per ipam repit̄ mēsura: attn̄ a terra nomē obtinuit Nam primo circa terrę diuisionem inuēta tradit̄. DIS. Q uō igit̄ & a qbus inuēta est? MA. Ab ægyptijs ut ait Alforabius pro necessitate diuisionis terminorū terrę: quos tn̄ Nilus inundatōis tp̄e limo obducēs cōfundebat eosipos Aegyptij geometricis principijs rursus distīguebāt unicuiq; q̄d suū est reddētes. DIS. utilis igit̄ & necessaria hui⁹ disciplinę cognitio est. MAG. Vtilitatē eius in sequētibus expientia cognosces cū mēsurandi modū instrumēto dep̄henderis. Singulas tn̄ geometrię utilitates ęnumerare haud possibile existimo: p ipam nāq; totius terrę ambitus & profunditas indagat̄: supficies quoq; & terrę & maris miro mō distinguit̄. uti ī ptholomei cosmogarphia videre est: oīm corporū cęlestiū orbiū sc; & stellarū magnitūdines p geometriā demonstrant̄ ut claret in Almagesti ptholomei. Et q̄d oībus lōge p̄pono p ipsam geometricā disciplinā Theologię ac primæ phię p̄fundiora rimāt̄ secretius: atq; cōtēplantur altius. sicuti lucę clarius patet in libro quem (vir apprime doctus Nychola⁹ de Cusa Cardinalis) de docta ignorātia scripsit. Et colūnæ Eccliæ p̄funda q̄dam sacrosancti Euāgelij mysteria: & nūeris & mathematicis figuris pādere neglexere mīme: pleni sūt illis quos cōscripserunt cōmentarij & homeliæ. Sed his finem imponēs principia eius nunc aggrediar.

Euclides

geometria

Geometriæ inuētio

Alforabi⁹

Ptholomeus


nychola⁹ de cusa

De puncto & linea Capi. secundū DIS:

GEOMETRIAE PRACTICAE


Quæ sunt Geometriæ principia? MAG. sunt pūctus linea: supficies: corpus: cōmunes animi conceptōs & cōclusiones. DIS. Quid est pūctus? MAG. Est magnitudinis principiū: cuius pars nulla est (qa indiuisibilis est) qui cū in longū fluere intelligit lineā causat. DIS. quid est linea. MAG. Est longitudo sine latitudine. Fines aūt siue termini lineę sunt pūcta. DIS. linea igit ex pūctis est. MA Minime. si em̄ infinita addideris pūcta / nullā lineā aut aliam magnitudinē efficies. nā indiuisibile additū indiuisibili nō facit mai⁹. sed hoc in nālibus latius discutiēdū venit. DIS. Linea q̄ttuplex? MAG. duplex. sc3 recta & curua. DIS linea recta q̄ est? MAG. est q̄ ęq̄liter in suis ꝓtendit pūctis. vel q̄ ex ęquo pūcta sua interiacet. vł ut principi hui⁹ disciplinę Euclidi placuit Linea recta est ab uno pūcto ad aliū breuissima extensio in extremitates suas utrūq3 eoꝝ recipiēs. ut linea ducta ab. a. pūcto in punctū b breuissima est/ nō qdē simpliciter sed inter hęc duo pūcta. nā q̄cūq3 alia inter eadē pūcta ducit si a rectitudīe deuiat lōgior fiat necesse est: & curua linea dicit quę p oppositū definiri & cōgnosci hēt. DIS. linea recta q̄ttuplex est? MAG. Mltiplex. q̄dā em̄ dyameter est: q̄dā axis: q̄dam chorda: q̄dā costa: alia lat⁹: alia basis: alia cathec⁹: alia corausc⁹: alia ipotenusa: alia diagonał: alia ꝑpendicularis: alia orthogonalis. Hęc & alia pła in geometricis & Astronomicis demonstrationibus linea recta accipit nomina.


Euclides.




De speciebns lineę rectę. Cap. iij.

DIS. Diameter qd est? MAG. Est linea/ figurā cui⁹ extrēitatibus pūcta sua applicat/ in duo ęq̄lia diuidēs. dicit. n. a dia q̄d est duo & metron mēsura. Et hᶜ linea in q̄draro & circulo ꝓprie diameter dicit: in sphera axis noiat. sed in poligonijs/ diagonalis q̄si duos angulos tangens appellat. DIS. Chorda qd ēst? MA. Est linea recta circnlū non diuidēs in duo ęq̄lia. Linea v̄o semicirculū in ęqua diuidēs / semidiamet dicit. DIS. costa qd est? MA. est latus quadrati. DIS. Basis qd est? MA. est linea figurę planę q̄ tota iacet in fundamento siue plano. Linea v̄o huic ęq̄liter sup posita dicit corauscus. Linea v̄o in figura plana ꝑpēdiculariter ęleuata/ dicit cathecus. linea autē nō ꝑpēdicularit ęleuata/ hypotenusa appellatur.





DI. Linea ꝑpēdiclris q̄ est. MA. Est linea alteri sup posita rectos & ęq̄les causans āgulos. hinc & orthogonalis dicta est. ab orthos rectū & gonos angulus Lineę æq̄lit ubiq3 distātes/ parrlelę nominant. quę si in infinitū ꝓtrahant nō concurrūt. Linea aūt quæ circulū tangit in pūcto/ linea cōtingentię dicit.



De speciebus lineę curuę & lineis irrationali bus. Capitulum quartum. DIS.








Linea curua q̄tuplex est? MA. mł̄tiplex. q̄dā em̄ cir cūferens dicit̄. q̄dā flexuosa q̄dā spiralis &c. DIS. lineā cricumferēs q̄ est? MA. Est linea cui⁹ signa ex utraq; p̄te curuata & a se inuicē distātia sunt: q̄ si cōcurrunt lineā cir culare efficiunt cui⁹ medietas semicircul⁹ nō inepte dicitur.




DIS. linea flexuosa q̄ est? MA. Est linea curua in suis p̄tibus a medio inęqualit̄ eleuata ut patet in figuris. DI. Linea spiralis q̄ est? MA. Est linea circūferēs q̄ si circūducit̄ in eundē punctū nō redit. Et a q̄busdā elica dicit̄: a gręcis autem ἑλικοειδής id est circūuoluta vel circa centrū in plano vel circa columnā, ut in figuris. Sunt & p̄ter has lineę pl̄res quas irōnales dicunt: eapropter: q̄m q̄drata earundē nulla cōis me tit̄ aut nūerat sup̄ficies. Et sunt tredecim in specie: sc; medial̄ binomiū. bimediale primū: bimediale sc̄d'm linea maior. po tēs in rōnale & mediale. potēs in duo medialia. residuū. residu um mediale primū. residuū mediale sc̄d'm. linea minor. linea quę iuncta cum rōnali cōponit mediale. linea iuncta cū medi ali cōstituit totū mediale. Et rursus binomiū ē sextuplex: simil̄ & residuū. sed q̄m harum speculatio in geometricis exercita tum ingenium requirit/silentio libuit pertransire.











De angulo & eius speciebus. Ca. v. DIS.


Visa in descriptōe lineę p̄pēdicularis angulū posuisti ne hui⁹ me fallat ignorantia i p̄m describas. MAG. Angulus est duarū linearū sese tangētium/ & nō in di recto iacentiū ad alterutrā ɔclusio. DIS. Angul⁹ q̄tuplex est? MAG. Duplex sc; rectus & nō rectus. DIS. Quis est angul⁹ rectus? MAG. Est angulus ex incidētia lineę re ctę sup̄ rectā p̄pēdiculariter causatus. sed angulus non rectus duplex est sc; obtusus & acutus. unde obtusus recto maior est Acutus v̄o mīor est. DIS. Angulus rect⁹ obtusus: itē acu tus q̄tuplex est? MAG. Quilibet duplex est sc; planus & spheralis. DIS. Angulus planus q̄d est? MA. Est duarū li neārū in plano sese tangētiū & nō in directo iacentiū cōclusio.








DIS. Angul⁹ spheralis q̄d est? MA. est angulus ex duo bus circulis sese secātib⁹ causat⁹. Cū v̄o duo circuli aut linea recta circulū in puncto tetigerit: utrinq; āgulus ɔtingētię cāt̄.



DIS. Angulus planus q̄tuplex est? MA. duplex sc; sup̄ ficialis & solidus. DIS. angul⁹ sup̄ficial̄ q̄s est? MAG. Qui ex lineis in plano iacētibus in unaq; sup̄ficie ɔcurrētib⁹ causat̄. & horū q̄dā coalterni dicunt̄: q̄ sc; sitū q̄ ad supius & in ferius alternāt DI. angul⁹ solid⁹ q̄s est? MA angulus soli






dus siue corpore⁹ est ãgul⁹ quẽ cõtinẽt anguli plani plures q̃ʒ duo in diuersis sitę supficiebus in unũ ↄueniętes punctũ ãgularẽ. Et nullus taliũ q̃tuor rectos & planos põt valere. Quilibet autẽ dictoꝝ anguloꝝ duplex est. scʒ intrinsecus q in figura & extrinsecus q extra figurę clausionẽ cõtinet. Est & preter hos angulus q circuli dicit: is scʒ q sub duobus a centro ductis lineis ad circũferẽtiã cui⁹ aliq̃ʒ ↄphẽdũt pticulã ↄtinet ut *

De superficie & eius speciebus Capi. vi MAG.

Vẽadmodũ autẽ ex fluxu pũcti in longũ lineã causari/ ita ex fluxu linee in latũ supficiẽ fieri imaginãt mathematici. DIS. qd est supficies ? MA. Est lõgitudo & latitudo sine ꝓfunditate. Et est duplex: recta vicʒ & curua. DIS. Supficies recta q̃ est ? MA. Supficies recta quã & planã dicimus est q̃ in suis lineis ęq̃liter cõtinet ut a. per oppositũ Superficies curua dicit q̃ in suis lineis nõ ęq̃liter ↄtinet ut .b. Et hęc si corpus in exteriore termĩauerit pte: cõuexa dicit uti exterior vasis supficies. Si ṽo corpus in interiore finierit pte cõcaua appellat ut vasis interior supficies. Est itẽ & alia supficiei ptitio. nã q̃dã unica q̃dã ṽo plibus cõtinet lineis. DIS. q̃ supficies unica linea ↄtinet ? MA. Circularis q̃ est sine ãgul hęc em̃ unica (vicʒ circulari) cõtinet linea/ & est circulus.

supficies










De circulo & eius speciebus. Capi. vij. DIS.


Vid est circul⁹ ? MA. est supficies plana unica linea (q̃ circũferẽtia dicit) ↄtenta: in cui⁹ medio pũctus est: q centrꝝ circuli appellat: a q̃ oẽs linee rectę ad circũferẽtiã ductæ sunt ęq̃les ut c. Sunt aũt circuloꝝ q̃dã Cõcẽtrici q̃ꝝ scʒ cẽtrꝝ unũ est ut d. q̃dã ṽo ecẽtrici: q̃ꝝ scʒ centrꝝ unius/ẽ extra centrũ alterius ut e. Et rursus si circulũ lineis diuidas: ptiũ diuisiones q̃dã semicirculi q̃dã ṽo portiões circuli solẽt appellari. DIS. Semicirculus qd est ? MA. est supficies plana dyametro & medietate circũferẽtię cõtẽta. ut f. Si em̃ lineã p circuli cẽtrꝝ circũferẽtiã ex utraq̃ʒ pte tangentẽ duxeris duos semicirculos efficies. DI. qd est portio circuli ? Ma. est supficies plana/ recta linea extra circuli cẽtrꝝ cadẽte & p te circũferẽtię ↄtẽta. & hęc linea recta chorda dicit: ps ṽo circũferẽtię arc⁹ appellat. ut g. uñ cũ circl⁹ ita in portõe fuerit diuisus/ ea in q̃ centrꝝ circuli est/ maior reliqua ṽo mior portio appellat. Figure ṽo q̃ sub duabus a centro ductis lineis & arcu circumferentię continet sector circuli dicit. ut in exemplo dicto. & tantum de superficiebus unicis contentis lineis.





semicirculus

portio circuli





De triangulo & eius speciebus. Capi. viij. DIS.

Vę sunt supficies pluribus cõtentę lineis ? MAG.

Sunt superficies angulares siue poligonię/ & appellãtur: trianguli: q̃drãguli: pẽtagoni: hexagoni heptagoni: octa-

goni: nonagoni: decagoni & sic de aliis in infinitũ ꝓcedendo.

isopleurus isosceles





scalenon




Triãgulus

DIS De his p ordinẽ dicas. & primo qd sit triangulus explanes. MAG. Triangulus est superficies plana tribus lineis contenta/habens tres angulos duobus rectis æq̃les Et hæc superficies ab angulis triangula/a lineis ꝟo trilatera appellat̃ & ſ3m hoꝝ variationẽ in plures species partit̃. DIS. Quõ MAG. Nã si omẽs lineæ ęquales fuerint/triangulũ qui Isopleurus dicit̃ constituũt. ut h. Si ꝟo duę lineę tm̃ ęquales fuerint: cũ inęquali triangulum/q Isosceles appellatus est efficiunt ut i. Si autẽ tres lineę inęquales fuerint/triangulu3 q Scalenõ dictus est cõcludunt. ut k. nec possunt trianguli secundu3 lineas amplius mlt̃iplicari ſ3m ꝟo angulos alia sortiũtur nomĩa DIS. Quę? MAG. Nã triangulus unũ rectu3 habẽs angulum/orthogonius dicit̃. ab orthos rectũ & gonos angulus Triãgulus autẽ obtusum hñs angulũ/ ampligonius nomĩat̃ Is ꝟo q omẽs acutos habet ãgulos/oxigonius appellat̃ ὀξυσ tm̃ acutus dicit̃. quoꝝ exempla hic vides depicta

orthogonius



ampligonius



oxigõius. ęqlateꝝ.






rectãgulũ

De Quadrangulis. Cap. nonum. DIS:

q̃drangulus

Quadrangulus quid est? MAG. est superficies. 4. cõtẽta lineis. 4. angulos cõstitutẽbus. unũ & ab angulis q̃drangula/a linea ꝟo siue lateribus quadrilatera est appellata. DIS. Quot duplex est quadrãgulus aut superficies quadrilatera? MAG. Quintuplex. Si enim lineæ quattuor ęque fuerint/quadratũ æquilateꝝ atq; rectangulum constituunt. Et hoc quadratum parallelogramũ a Mathematicis est appellatum. Si autem duę oppositę tantum ęquales fuerĩt quadratum altera parte longius constituunt: quod quidẽ rectangulum sed non ęquilaterum est: quod nõnunq̃ supplemẽtum dicitur/si quadrato primo fuerit adiectum. Si autem lineę quattuor ęquales non orthogonaliter se tetigerint: quadratum æquilateꝝ sed nõ rectangulum/quod Rombus dicit̃ constituunt. sic & quattuor lineę quaꝝ oppositę tantum ęquales fuerint: Romboidem faciunt. quadratũ scilicet nec ęquilaterum nec rectangulũ: quod quidẽ helmuaim (sed male) appellant. Et præter hęs omnes superficies quadrilaterę/trapezia id est mensulę appellantur.


q̃dratũ altera pte lõgius & rectangulũ




Rombus



Romboides




mensula



De Pentagonis & reliq̃s. Cap. x. MAG


Ex dictis facile deprehendes quid pentagõus. quid hexagonus. & sic de sequentibus. Nam sicut triãgulus tribus/quadrangulus quattuor continetur lineis. sic pẽtagonus quinq;/hexagonus sex. & sic de aliis sequẽtibus. & nominant̃ hę superficies ab angulis. γωνοσ enim angulũ significat. a lineis vero pentilater/hexalater &c. possunt nominari.


quadratũ parallelogramum




Supplementũ

Supplementũ






eptagon9. octagoūs. ēneagoūs. decagoūs. undecagoūs



DIS. Harū aliquas descriptiōes subiungas. MAG. Faciā. & ecce quod petis iā depictū conspicis. & tanaum de superficiebus: consequenter videndum erit de corporibus.



De Corpore & eius speciebus Cap. undecimum. DIS.



Corpus

Quid est corpus? MA. Est longitudo cū latitudīe & ꝓfunditate. Si em̄ supficies in ꝓfundū fluere intelligatur/corpus causabit: quod lineis trib9 sese orthogonaliter in uno puncto secantibus dimensiōatur: in longū videlicet latū & ꝓfundū. & harū linearū extrēitates/differētię positionis nominanť: his designatę vocabulis sursum. deorsum. ante. retro. dextrorsū. & sinistrorsū. Vt si lancea una p verticē capitis humāi intraret & p anum exiret/ metireť longitudinē. & alia intrans per pectus & exiens in dorso: metireť profunditatē. & tertia intrās p latus unū & exiens per aliud metireť latitudinē. DIS. Quottuplex est corpus? MA. duplex Regulare scz & Irregulare. DI. Regulare quod est? MA. Quod habet unifo rmitatē in angulis & laterib9. ꝓ oppositū definiť Irregulare DI. Regulare q̄d duplex est? MA. Duplex: vicz Agon siue sphericū & Conicum. Corpus sphericū siue sphera est corp9 rotundū unica superficie cōtentū. in cuius medio pūctus est/a quo om̄s lineę ductę ad supficiē cōtinentē sunt ęquales. & de hoc latius videndū erit in astronōicis speculatōibus. DIS. Corpus conicū q̄d dicis? MA. Corpus q̄d habet angulos. & est quintuplex. scz tetracedron. hexacedrō. octocedron. duodecedrō & icocedrō. DI. Tetracedron q̄d dicis? MA. quod ex q̄tuor triangulis isopleuris est cōstitutū: & habet angulos planos duodecim: q quattuor solidos efficiūt. in eo em̄ tres plani unū cōstituūt solidū. & huic sapiētes ignē assimilabāt: eo q ignis sub pyrāide scz laterata sursum videť ferri. DI. Octocedron q̄d est? MAG. Quod ex octo isopleuris integrať: & habet angulos planos. 24. & sex solidos. In eo

regulare

Corpus sphericū



tetracedron



octocedron



hexacedron




duodecedron

nanq; quattuor plani unū solidū faciūt. & huic sapientes aerē assimilabāt: eo ꝙ in motu sursū ignē subsequat. DIS. Hexacedrō quod est? MAG. q̄d ex sex sup̄ficiebus q̄dratis ęque laterib⁹ & ęque triangulis integrat̄: quoꝝ qlibet in. 4. isosceles resoluit̄. Et cōtinet angulos planos. 24. & 8. solidos. & alio noīe dicit̄ corpus cubū/tesserę habēs sīitudinē. Et huic sapiētes terrā ꝓpter eius immobilitatē assimilabāt. DI. Duodecedrō q̄d dicis? MAG. q̄d ex sup̄ficieb⁹ penthagonis duodecim integrat̄: & hēt angulos planos. 60. & solidos. 20. In ipso eīn semp tres plani unū solidū faciūt Et huic assimilat̄ totū uniuersū in q̄ sunt duodecim signa & gradus. 360. Sic & in illo corpore sūt/pētagoni duodecim: quoꝝ qlibet in qnq; isopleuros/& hoꝝ qlibet in sex scalenos ptit⁹.: 60. scalenos efficiūt: aut qa cętera oīa instar uniuersi cōtinet. DIS. Icocedron q̄d est? MAG. Icocedron est q̄d ex viginti isopleuris cōponit̄ & cōtinet angulos planos. 60. & 12. solidos in eo eīn semp qnq; plani unū solidū faciūt. & hoc corp⁹ aquę attribuit̄ eo ꝙ aq̄ sua fluxibilitate valde mobilis sit. Et hᶜ duo ultima in plano haud facile geometrice depingi possunt: sed sunt ut sępe apud me vidisti fili mi inter regularia corpora.



Cōlūnare pyramidale rotūdū.

Conus




Icocedron



pyramidale rotūdū

Basis

Conus



pyramidale lateratū

Basis

De corporibus irregularibus. Capi. xij.

DIS Quæ corpora sūt irregl'aria? MAG. Quæ in suis angl'is & laterib⁹ uniformitatē nō hn̄t. & sūt Ouale. lēticulare. colūnare. pyramidale. seratile &c de alijs DIS Quod corpus dicit̄ ouale MAG. Corp⁹ ouale est. transit⁹ portōis semicirculo minoris/chorda fixa manēte. & hēt similitudinē oui in q̄ sc; axis lōgior est ceteris dyametris. DIS. q̄d est lēticulare? MA. est trāsit⁹ portōis semicirculo maioris sup̄ chordā fixā/dyametro circl'i ęqlē. & hēt lētis similitudinē: in q̄ sc; axis breuior est ceteris dyametris. DIS. q̄d est colūnare? MAG. est trāsit⁹ parallelogrami rectāguli latere rectū angulū ɔtinēte fixo/ ipaq; sup̄ficie donec ad locū redeat circūducta. sūt aūt colūnę q̄dā rotūdę q̄dā v̄o lateratę sc; aut q̄drilateratę pri⁹ colūnā rotūdā descripsi⁹ ex q̄ alię patere p̄nt. DIS. pyramidale q̄ttuplex est? MA duplex sc; rotūdū & laterale. DI. Corpus pyramidale rotūdū q̄d est? MA. Est trāsit⁹ triāguli rectāguli alterutro suoꝝ lateroꝝ rectū angulū ɔtinētiū fixo/& donec usq; ad locū vn̄ moueri cœpit redeat/triangulo ipō circūducto: hui⁹ basis erit circul⁹. DI. pyramis laterata q̄ est? MA. est figura corporea/ q̄ ɔtinēt sup̄ficies ab una: q̄rū reliquę sūt ad unū oppositū pūctū sursū erectę. in corpore eīn pyramidali laterato/cūctę sup̄ficies ip̄m ambiētes/ ab ipsa basi ad unū pūctū ęleuant̄ q con⁹ pyramidis dicit̄. Sūtq; oēs hę laterales sup̄ficies triāgulę. basis v̄o triāgula aut alteri⁹ modi. Sūt itē oēs dictę definitōes causales. ut sc; nō ip̄e trāsit⁹/s; q̄d p̄ trāsitū causat̄ corp⁹


Corpora irregl'aria

Ouale




lēticulare







intelligat. DIS. q̃d corpus dicis seratile? MA. corpus qnq; cõtẽtũ supficieb⁹: q̃rũ tres sũt q̃drãgulę: duę v̾o triangulę. est em omne tł'e colũna trilaterata. sicut est ulna trilatera sartoris. vñ corpus tł'e si erigat̃ sup supficiẽ trilaterã/colũnę sc3 simitudinẽ/ si vero erigat̃ sup supficiẽ q̃drãgulã/ tecti aut dom⁹ hẽt figurã. Oĩs autẽ supficies sup q̃; corp⁹ ærigit̃/basis dicit̃: reliq̃ v̾o supficies latera noĩat̃. Vñ cum in reg'arib⁹ q̃libet supficies possit esse basis/ hęc corpora mł'tarų basiũ noĩat̃. & in pyramide pũctus basi directe oppositus/ conus appellat̃. Hęc & cętera irreg'aria corpa patẽt ex his q̃ de nũeris in arithmeticis disseruius. Iamiã his finẽ ĩponeremus nisi eorũdẽ theorẽata q̃dã tibi & iucũda & pneccia censerẽ: in quibus aliq̃s de ɔmunibus animi ɔceptõibus edicã. DI. Ea igit̃ sub iũgas velim. MA. Faciã. ea tñ lege/ ut earũdẽ demonstratõs pter ex̃plares nł'as aut saltẽ pauca3 ponã. DIS. quapp̃ter? MA. q̃a singula ad intellectũ demõstrare altioris speculatiõis est: & longe maiorẽ tractatu3 reqreret q̃; epitomatis nostrę breuitas admittit. DIS. fac igitur ut lubet.












Theoremata de puncto. Capi. xiij. MAG.

Primum. Rimum igitur de pũcto exordiar. de q̃ quattuor theoremata ponant̃. quorų Primũ. Ab omni pũcto ad pũctum/ contingit rectã lineã ducere. patet de linea ducta a puncto c ad punctum d Secundũ. Secundu3 Cõtactus lineę super lineã/ aut planũ erectę Tertium. item lineę & sphere/ similiter & cõtactus spherarum fit in puncto DIS. Qua de causa? MAG Quia linea latitudinẽ/& sphera partẽ rectam nõ habet. Exempla sunt de linea & linea a e b de linea & plano f e g de spheris g h. de linea & sphera e f. Tertium per duo aut tria in eadem recta linea puncta impossibile est circumferẽtia3 circuli transire. patet quia alias in circulo esset aliqua pars plana. Quartũ. Quartum per quęlibet tria puncta non in eadem linea posita/ cõtingit circumferentiam circuli ducere. DIS. Quo ingenio? MAGISTER. Illo: sint puncta .a. b. c. posito pede circini imobili a puncto .a. & alio ultra medietatem extenso versus. b. describe semicirculum. rursus posito pede circini immobili in . b. versus . a . secundum describe semicirculum intersecantem priorem in punctis . e. d. pariformiter alios duos semicirculos describas inter . b . & cetera. intersecantes sese in punctis . f . g . duc lineam rectã p sectiõs . e d & item aliã p sectiõns. f g intersecãtẽ piorẽ in pũcto h q est centrũ. in q̃ pede circini ĩmobili posito & alio ad quis ductorų pũctorų extẽso. d'scribes circũferẽtiã pũcta data trãseuntẽ.










Theoremata dę linea. Capi.xiiij. MAG.



Primum


E linea pouanť theoremata nouē. Primū lineæ rectæ ꝑ tē esse in plano & ptē in sublimi est impossibile: patȝ ex theoremate secundo de puncto.

Secūdum

Secundum omnes li/ neæ duæ quaꝝ altera alterā secat/in una sup̄ficie sunt. ut lineę a. b & c.d. .intersecantes se in puncto. f. sunt ambæ in superficie.a b c d.


Tertium


Tertium unā & eandē lineā esse in diuersis sup̄ficie bus est possibile. ut patet de linea in qua duę sup̄ficies se inter secāt:ut sit sup̄ficies se intersecātes f g.& h i. sectio cōis erit linea k l. quę intelligať ppendiculariter & erecte transire p pūctum e. hęc em̄ sectio (qa cōmunis est) erit in sup̄ficie. f g & h i.



Quartū


Quartū dyameter quadrati est incōmensurabilis siue asimi ter costę: probať qa si sic/numerus par esset ęqualis nūero im pari q̄d est impossibile. patet. Sit quadratum: cuius dyameter sit a b. ut. 5. & costa una .a c. ut. 3. si igiť dyameter esset cōmen surabilis costę: tunc a b dyameter haberet se ad costā .a c ut q̄ dratum a b numeri ad quadratū numeri a c. ex septima ꝓposi tione decimi Euclidis.






Euclides

Sed q̄dratum a b. est. 25. & quadratū a c est. 9 & rursus quadratum dyametri a b duplum est ad quadratum a c costę. ut patebit de triāgulis. Igiť numerus: 28 q̄dratus dyametri numeri. 5. duplus erit ad. 9 . qui est numerus q̄dratus costę a c. et rursus. 18. nūerus duplus est ad 9. q̄dratū costę a c. Igiť nūerus. 18. est ęqualis numero. 25. ꝑ primā anī cōceptiōem Euclidis . quę uni & eidē sunt ęqualia & sibi inuicē sunt ęqualia.




Quintū

Quintū data linea recta sup punctū in ea sig natum: lineā ꝑpendicularē cōtingit erigere. DIS. Huius ex emplū & modū supponas. MA. sit linea data a b & punctus signatus in ea c posito pede circini īmobili in a. alio extēso ul tra medietatē lineę datę/describe portiōem circuli: dehinc posi to pede circini īmobili ī b. describe aliā portōeȝ circłi v̄sus a priorē intsecantē in pūcto e ad quē si ꝓtrahať linea a pūcto c. erit ꝑpēdicularis scȝ c e ex definitōe lineę ꝑpēdicłaris.




Sextum

Sextū si recta linea ꝑ duas rectas ceciderit/duosq̧ āgulos coaltnos sibi inuicē ęq̄les fœcerit/illę duę lineę erūt ęq̄distātes ut sit linea a b. hęc cadat sup duas lieas c d & e f. & secet lineā c d in pūcto g & lineā e f in pūcto h. sitq̧ āgulus d g h. ęqualis angulo e g di co q̧ lineę c d. & e f sunt ęquę distātes & parallelicę. patet ex de finitōe.



Septimū


Septimū si fuerint duę lineę uni ęque distātes: sibiin uicē ęque distātes erunt. ut sint duæ lineę a b & c d quaꝝ utra q̧ eque distet lineæ e f. dico illas duas videlicet a b & c d esse ęque distātes. ꝓbať ꝑ ꝑcedentē. si sup has ceciderit linea g k.



Octauū

Octauū duab⁹ lineis ꝓpositis: tertiā inter eas sub ꝓportiona bilitate cōtinua collocare possumus. DIS. Quo pacto ?

MAG. sint lineę datę a b & b d. quas cōiungā & fit linea a d. sup quā cōstituo semicirculū & a puncto b ad circūferentiam duco lineā b e. hæc erit linea quesita. & per hunc modū inuenitur linea media inter costā & dyametrū. Nonū lineā ꝓpositam sm proportōem habentē mediū & duo extrema cōtingit secare: cū sc; sic tota linea habebit se ad ptem maiorē sicut maior ad minorē. DIS. Quo pacto? MAG. Eo. sit linea diuidenda a b ex ipa describat quadratū a b d c cuius latus d b diuido in duo ęqualia in puncto e. a quo duco lineā in a. ad huius longitudinē ꝓduco e b. usq; ad f. ita ut e f. sit ęqlis e a. Et rursus ex portiōe b f. constituo quadratū q̄d ex latere a b. resecat portiōem ęqualē b f. quæ sit b h. & quadratū descriptū sit b f. h g erit a b. in puncto h diuisa scd'm ꝓportōem hñtem medium & duo extrema. Itaq; q̄dratum q̄d ꝓuenit ex ductu ptis minoris sc; a h in totā lineā videlicet a b. tm̄ est quantū q̄dratum q̄d ꝓuenit ex ductu ptis maioris in se hoc autē in nūeris est impossibile. DIS. Quid est lineā in se ducere? MA. Est q̄dratū eius describere: ad q̄d in potētia est. Et linea sic in se ducta est latus q̄drati. & radix illius q̄drati dicit: queadmodū de radice nūeri diximus. ut in priore exemplo lineā b h in se ducere est additis aliis tribus lineis ęqualibus quadratum ipsius constituere quod est b h f g.




Nonum


q̄d sit lineam in se ducere


Theoremata de angulo. Capi. xv. MAG.

Primum

Nguli theoremata ponūt qnq; quorum primū. Omnis rectę lineę sup rectā lineā stantis duo utrobiq; anguli sunt recti aut duobus rectis ęqles. DIS. Q n̄ sūt recti? MA cū linea recta sup rectā ꝑpēdiculariter steterit. cū vero p pēdiculariter nō steterit/āguli duobus rectis ęqles sūt: unus sc; acutus & alter obtusus. Exempla sunt: linea a b. sup quā stet linea c d. ꝑpendiculariter & e f. oblique. Secundū. Oim duarum linearum se secantiū anguli oppositi sunt ęqles. ut sint lineæ a b & c d intersecātes se in puncto o erunt anguli. k l ęquales/similiter h e. Ex hac & p̄cedente cōcludit q; omes anguli aliq̄d spaciū circūstantes valent quattuor rectos: si etiā spaciū in plures diuisum fuerit angulos. Tertiū theorema q̄d similiter ex p̄cedentibus cōcluditur tale est. Si duobus lineis ęque distātibus linea supuenerit duo anguli coalterni æqles erunt: & angulus extrinsecus angulo intrīseco sibi opposito æqlis erit: & duo āguli intrinseci ex alterutra pte cōstituti duobus rectis æqles erūt. ut sint duę lineæ a b & c d æque distantes: sup quas cadat linea e f. secans eas in pūctis g & h. anguli g & h sunt coalterni & æquales. & angulus extriniecus k: est æqualis angulo intrinseco sibi opposito: & anguli intrinseci m & n duobus rectis sunt eq̄les. Quartum







Secūdum


Tertium

Quartū




Omīs angul⁹ solidus q̄truor rectis & planis mior est. ut pat; in angulo o. Quintū. oīs angulus rectilineus infinitis angulis ɔtingētię maior ē ut āgulus rectilineus e & b. nec cresce re poterit āgulus ɔtingētię donec ad equalitatē recti perueniat. licet semper propius accederet: si em̄ rectitudinē attingeret iam nō angulus cōtingentię sed rectus esset.

Quintū




Theorema de superficie. Ca. xvi. MAG.




E supficieb⁹ in gn̄e theoremata q̄ttuor sunt. Quorū primū supficies silēs sunt/ quar; triāguli uni⁹ āgulis alteri⁹ sunt ęq̄les: lateraq; āgulos æq̄s ɔtinētia sunt ꝓportionabilia ut triāgulus a c b silīs ē triāgulo a d e qa angul⁹ c equalis ē āgulo d. qa ambo recti. & āgulus f ęq̄lis angulo e. q̄m co alterni. & silr angul⁹ h. angulo b latera q̄q; hos angulos ɔtinētia sunt ꝓportionabilia. Nā sicut se hēt lat⁹ b c ad latus c a. ita se hēt latus a d ad lat⁹ d e āplior hui⁹ theorematis deductō patebit infra ī praxi. Scd̄m. supficies mutekesia. i. mutuor; later; sunt / inter q̄r; latera inɔtinua ꝓportionalitas retrāsitiue habet. ut sunt supficies e d f & b a c. In his em̄ ꝓportio lateris a b se habet ad ꝓportiōe; lateris d e. sicut ꝓportio lateris e f. ad ꝓportōe; lateris b c. Tertiū Supficies ęrecta ē sup supficiē cū ab eodē pūcto lineę: q̄ est termin⁹ cōis illar; supficier; duæ lineę pp̄diculares supstāt/ rectū ɔtinētes angulū: & in eisdem supficiebus sitę sunt. DIS Exēplū addas. Ma. Sit supficies iacēs c d e f. & supficies ærecta sup hāc a b c d. Est itaq; linea cōis termin⁹ har; c d. in qua signato pūcto g. ꝓtrahant duę lineæ perpēdiclares sc; g h in supficie erecta & g k. in iacēte Si hæ lineę angulū rectū ɔtinēt sc; g supficies a b c d. orthogōaliter erecta est sup superficiē c d e f ut ꝓponit theorema. Quartū Superficies ęq̄ distāt q̄ si in infinitū ꝓtrahant nō cōcurrūt ut sunt a b c d & e f g h. Quintū. q̄libet superficies rectilinea aut est trigona. aut in trigonos resoluēda Ex q̄ pat; trigonū esse primā superficier; angulariū. ut supficies q̄drāgula ī duos resoluit trigonos sc; a b c d. resoluit in trigonū a b c & c d a.


Primum



Secūdum




Tertium



Quartū

Quintū




De triangulo. Capitulū. xvij. DIS.

Voniā trigonū superficier; angulariū: primā dicis: de eo si q̄ habes theoremata edicito. MA. Haberē q̄pl'a sed ne epitomatis excedā modū: ex his tm̄ undecī ponā. Quorū primū. Oīs triāguli angul⁹ extrinsecus/ duobus intrīsecis sibi oppositis est ęqualis. ut sit triangulus a b c. cui⁹ latus b c ꝓtrahat usq; ad d. Erit c. angulus extrinsec⁹ duobus angulis intrinsecis sibi oppositis sc; a & b. ęqualis. Et ꝓbat sic a pūcto c ꝓtrahat linea. c. f. æq̄ distās lineæ. a. b. & diuisus est angulus c. extrinsecus in duos angulos sc; e & g. eritq; angulus. e. æq̄

Primum






lis ãgulo a per tertiũ theorẽa de angulis qa sunt coalterni. Et angulus g. extrinsecus equalis angulo .b. intrinseco sibi opposito per scd'am partem eiusdẽ theorematis. Quare tot⁹ angulus extrinsecus. c. equalis est duobus intrinsecis sibi oppositis q sunt. a. & b q̃d fuit ꝓbandũ. Scd'm. omis triangul⁹ habet tres angulos ęquales duobus rectis. ut sit triangulus. a b c. produco lineã. b. c. usq; ad. d causat̃ angul⁹ extrinsecus. e. & qa anguli. c. & e. duob⁹ rectis sunt ęquales: per theorema primũ de angulis: & angulus extrinsecus e. ęqualis est ãgulis intrĩsecis sibi sc; a & b per ꝑcedẽs theorema. erunt itaq; tres anguli sc; a. b. c. ęquales duobus rectis: q̃d fuit probandũ. Tertium oĩs triãguli duo qlibet anguli/duob⁹ rectis sunt mĩores ꝓbat̃ qa tres duob⁹ rectis sunt eq̃les. igit̃ si unũ demas: remanẽtes erunt mĩores. vel sic. sit triãgulus. a. b. c. cuius latus. b. c. ꝓtrahat̃ in d. fit ãgulus extrinsecus. e. q maior est angulo a vel. b. ex theoremate priore ꝑcedẽti: & angulus extrinsec⁹ e cũ angulo intrinseco. c. est ęq̃lis duobus rectis/ex primo theoremate de angulo. igit̃ anguli intrinseci b. & c. sunt duobus rectis mĩores: siĩter anguli intrinseci. a. & c. Idẽ probat̃ eodem modo de angulis. a. & b. si protrahat̃ linea. b. a. in. f. Quartũ aequales sunt sibi cuncti triãguli qui super eandẽ basim: atq; inter duas lineas aeq̃ distantes sunt constituti. ut triangulus. a b. c. & d b. c. ꝯstituti sunt super basim b c. inter lineas ęque distãtes/q̃ sunt. a. e. & b. f. Pat; qa tales trianguli dimidia sunt quadrati super eandem basim constituti. Quintum. In omni triangulo duum ęqualiũ laterũ uterq; angulorũ/qui sunt ad basim est minor recto: & unus alteri est aequalis. ut sit triangulus a b. c. cuius latera. a. b & a. c. sunt ęqualia. erit. b. c. basis & angulus. b. minor recto: & angulus. c. minor recto: & angulus. b. aequalis angulo. c. Ex quo sequitur ꝙ si alicuius trianguli duo anguli aequales fuerint: duo latera aequos angulos respicientia: erunt aequalia: ut in dicto triangulo latera. a. b. & a. c. respicientia aequos angulos b & c. sunt aequalia. Sextũ Omnis trianguli duo quęlibet latera simul iũcta: reliquo sunt longiora: ut sit triangulus. a. b c. erunt latera a. b. & a. c. siml' iuncta longiora latere. b. c ✻ Septimũ Oĩs trianguli longius latus/angulo maiori oppositum est: ut in dato triangulo: angulus maior est a. cui opponitur lat⁹. b. c. quod maius est lateri. a. b. vel. a. c. Octauum. In omni triangulo rectangulo: quadratum quod a latere rectangulo opposito in semetipso ducto describitur: ęquum est duobus quadratis/quae ex duobus reliquis lateribus describuntur. ut sit triangulus rectangulus. a. b. c. cuius angulus. a. sit rectus/erit quadratum lateris. b. c. aequale duobus quadratis laterũ. a. b. & a. c.


Secũdum


Tertium


Quartũ

Quintũ



















Et q̃d dictũ est de quadratis habet etiã veritatẽ de aliis superfi ciębus ex trianguli lateribus descriptis/ in lineatõe & creatio ne similibus ut triangulus oxigõius constitutus ex latere b c ęq̃lis est duobus triangulis oxigonijs cõstitutis ex laterib9 a b & a c. DI. Quantũ autẽ põt lat9 ampligonij q̃d obtuso an gulo subtendit respectu alioꝝ lateꝝ? MA. tanto ãplius po test quantũ est q̃d continet bis sub uno eoꝝ: atq; ea linea quæ sibi directe iuncta ad obtusũ angulũ a ppendiculari extra dæp hẽdit. ut sit triangulus ampligõius a b c cui9 angul9 a est ob tusus. ducat itaq; a puncto c linea ppẽdicularis ad lineã a b: q̃ necessario cadet extra triãgulũ. ꝓtrahã igit lineã a b & tanget hãc ꝑpendicularẽ in puncto l. Erit itaq; q̃dratũ lateris b c tanto maius duobus q̃dratis lateꝝ a b & a c quantũ est id q̃d fit ex b a in a d bis. DI Quantũ ve ro potest latus oxigonij angulo acuto subtenso respe ctu alioꝝ duoꝝ lateꝝ? MA. tanto minus potest ip sis quantũ est q̃d bis cõtinet sub uno eoꝝ lateꝝ: cui sci licet ꝑpẽdicularis substat & ea parte sui q̃ perpẽdicula ri & angulo acuto interiacet. ut sit triãgulus oxigoni us a b c cuius angulus c sit acut9: duco ꝑpendicularẽ ab angu lo a ad lineã b c in puncto d erit itaq; quadratũ lateris a b tan to minus quadratis lateꝝ a c & b c quantũ est id quod fit ex b c in d c bis. Et quod iã dictũ est de latere subtẽso angulo acuto in oxigonio: habet etiã veritatẽ de latere subtẽso angulo acuto in ampligonio vl' orthogonio. Nonũ. Si ab aliq̃ angulo trãguli linea recta ad basim ducta/ illũ angulũ per ęq̃lia secet/ duę ptes basis reliq̃s eiusdẽ trianguli ꝓ portõales sunt. ut sit triãgulus a b c & angulũ a di uidat ꝑ æq̃lia linea ꝑpẽdicularis a d ducta ad basĩ b c. erũt ꝑtes basis scz b d & d c ꝓportiõales lateri bus a b & a c. q̃d facile patet in numeris: patebitq; infra in praxi Decimũ. si ab orthogõij angulo re cto ad basim linea ꝑpẽdicularis ducat erit ipsa ꝑpẽ dicularis inter duas sectões ipsius basis ꝓportiõa lis: & utrũq; latus inter totã basim atq; sibi conter minalẽ basis portionẽ. ut sit triãgulus a b c. a cui9 angulo a recto ducat linea a d ꝑpẽdicularis ad ba sim b c erit linea a d ꝓportõal' parti basis b d & d c & sicut tota basis ad latus a c vl' a b. sic latus a c ad partẽ basis d c & latus a b ad partẽ basis b d. & hæc q̃q; infra manifesta erit. Vndecimũ. oĩm duoꝝ tri angoloꝝ q̃ꝝ anguli unius ãgulis alterius sunt ęq̃ les/ latera ęq̃s angulos respiciẽtia sũt ꝓportõabilia ut sint triãguli a d e & a b c q̃ꝝ angulus d est æqua lis ãgulo b & ãgulus a ãgulo e & ãgulus f ãgulo c


Nonum


Decimũ


Vndecimum













Ob id latera a d & d e sunt proportionalia lateribus. a b & b c
Nam sicut se habet latus d e ad latus a d. sic se habet latus a b.
ad latus b c. Ex hoc theoremate mira cōcludi possunt proba-
tum est ptim supra theoremate primo de supficie. Latius aūt
infra in praxi deducitur.

De quadrangulo. Capi. xviij. MAG.



Primum


E quadrangulo hæc ponant theoremata. Primū omīs
parallelogrami spacij ea quidem quæ dyameter secat p
mediū parallelograma circa eandem dyametrum con-
sistere dicunt: ut sit spaciū parallelogrami a b c d cuius dyame
ter sit a d. quē diuidant duę lineę e f. & g h. ductę ęquedistāter
lateribus oppositi dicti parallelogrami/secantes se sup dyame
trū in puncto k. & erit totū hoc spaciū diuisum in q̄ttuor rec-
tangula: quorū duo q̄ dyameter secat p mediū/videlicet. a h e
k. & k f g d. circa dyametrū cōsistunt: reliq̄ duo sc3 h b k f & e
k c g supplemēta dicunt: & sunt semp sibiinuicē ęqualia: quæ
ambo sumpta cum uno parallelogramorū circa dyametrū con
sistentium constituunt gnomonē: cui si addat aliud parallelo-
gramum circa eandem consistens dyametrū totum parallelo-
gramū reintegratum est. Vnde patet dictū Aristotelis in p̄di
camentis. Parallelogramū addito gnonome crescit sed nō al-
teratur.



Aristotel.

Secundū

Scd'm duobus quadratis assignatis tertium datum
ęquale constituere facile est probabile. sint em̄ quadrata duo
data a b c d & e f g h protrahat latus a c in directū versus. l. do
nec c l ęquale sit uni laterum quadrati e f g h & a puncto l du/
catur linea recta ad punctū d. Et fit triangulus rectangulus c
d l. cuius latus d l oppositū angulo recto c. ergo quadratū de
scriptum a latere d l ęquūlerit duobus quadratis dæscriptis a
lateribus c d & c l p nonum theorema de triangulo. & rursus
ex linea d l circa quadratum a b c d describat gnomo/qui erit
quadrato e f g h ęqualis. quod sic patet. nam totum quadratū
d l includit duo quadrata a b c d & e f g h. ut probatū est. igit
dempto ab eo quadrato a b c d qui remanet gnomo ęquus est
reliquo quadrato e f g h.





Tertium

Tertium omnes superficies ęquedis
tantium laterum super unam basim: atq3 in eisdem alterius li-
neis constitutę sunt ęquales. ut sint lineę alternę ęquedistātes
a b & c d. Inter quas constituam duas superficies ęquedistan-
tium laterum sc3 a f c e & g c h e super eandem basim
c e & erunt ęquales.

Quartū


Quartum si parallelogramum
& triāgulus in eadem basi & in eisdem alternis line-
is fuerint constituta: parallelogramum triangulo
duplum est. ut sint alternę lineę ęquedistantes a b &
& c d. inter quas constituatur parallelogramū a e c f






sup̱ basim c f quod diuidat̄ in duo per diametrū a f. sit triangulus a c f sup eadē basi c f ad quē parallelogramū a e c f duplū est: qa cōtinet ip̄m & ei æquale; sc; a e f. & dictū parallelogramū erit siṁr duplū ad triangulum c b f in eadē basi cōstituto: qa triāgul9 c b f æq̄lis est triangulo a c f. ex theoremate quinto de triangulo. Quintū. Si fuerit linea in duas quantascūq; ptes diuisa: quadratū quod fit ex ductu totius lineę in alterā eius pte3/ ęquale est q̄draris q̄ ex ductu eiusdem partis in se ipsam/ & alterius in alterā fit. ut sit linea a b diuisa in a c & c b: erit quadratū d a e b constitutū ex linea a b & a c ęquale q̄drato cōstituto ex a c q̄d est d f a c & q̄drato f c e b. quod fit ex ductu lineę a c in c b. Quod facile claret in numeris. ut sit tota linea a b ut. 7. pars a c. 3. & pars c b. 4. erit q̄dratum ex b c & a c. 21. quia ter septem sunt viginti unū. & q̄dratum a c. 9. nam ter tria sunt nouem. & quadratum ex a c & c b. duodecim: eo q̧ ter quattuor faciunt duodecim. hęc autē duo quadrata simul iuncta. 9. scilicet & 12. faciūt. 21. ęquale quadrato priori. Et non solum hoc theorema in numeris/ sed & plura alia demōstrari possunt: quæ breuitatis causa silentio transire libuit.

Quintū



Sextum. Si fuerit linea in duas ptes diuisa/ quadratum quod ex ductu totius in seipsum fit/ æquum est his quæ ex ductu utriusq; partis in se ipsam & alterius in alterā bis fiūt ut sit linea a b. 8. diuisa in c & habeat linea a c. 6. & linea c b. 2. erit quadratum ex tota linea a b. 64. & quadratum lineę a c. 36 & quadratum c b. 4. & quadratum a c in c b. 12. & rursus quadratum a c in c b. 12. quę ultima quattuor simul iuncta/ faciūt. 64 quibus æquatur quadratum primū: quod fit f g a b. ex q̄ concluditur q̧ parallelogramū duo totius per quę transit diameter sunt ambo quadrata. Valet hoc theorema pro intellectu theorematis septimi de triangulo.

Sextum





De Circulo theoremata. Capitulum decimūnonum. MAG.

EC irculo hæc ponuntur theoremata. Primum. Circulos quorū diametri ęquales fuerunt/ æquales esse necesse est. ut sunt circuli a & b. Secundum. Circuli propositi facile est centrum reperire. DIS. Quo ingenio? MAG. Isto. Sit circulus datus a b c. cuius centrū quæritur: duc in circulo ubi placuerit lineam a c/ applicantem extremitates suas circumferentię ex utraq; parte: quam diuide per duo ęqualia in puncto d. a quo duc lineam perpendicularem ad lineam a c. cuius extremitates applicentur circumferētię ex utraq; parte; quā rursus diuide per æqualia in puncto f.

Primum

Secūdum





qui & centrum circuli est quæsitum. Vel aliter sic. In circumferentia circuli data signa tria puncta: cũ quibus operare ut in quarto theoremate de puncto dictũ est.

Tertium


Tertium. Circulorum se secantium centra sunt diuersa: nec alter alterum plus quam in duob[9] locis secare potest. ut patet in circulis a b c & d e f. quorum primi centrũ est k secundi est l & intersecant se in punctis m n.


Quartũ

Quartum. Circulus intrinsecus circulũ contingens/ non idem centrum cũ eo quem contingit necessario habebit. ut patet in circulis a b c & d e f quorum primi centrũ est o secundi e.

Quintũ

Quintum. Si circulus circulum contingat/siue intrinsecus siue extrinsecus/ in uno tantum loco contingere necesse est patet primum in circulis iam proxime datis. secundũ videbis in circulis a & b. qui se contingunt in puncto e. Circulus autẽ circulũ contingit que tangendo non intersecat. Vnum vero circulum sex æquales possunt cõtingere. & sphere duodecim unam æqualem contingere possunt.







Sextum

Sextum. Angulus a linea recta & circulo quem contingit contentus/oĩm acutorum est acutissimus. Is vero qui continetur a diametro & circũferentia/omniũ acutorum est amplissimus. patet in circulo dicto. a. quẽ contingit linea e f erit angulus o acutissim[9]: & angul[9] p oĩm acutorum maxim[9]. & quanto circulus maior fuerit/tãto angul[9] contingẽtie minor est. & quanto circulus mĩor fuerit/tãto angulus cõtingẽtie est maior. supplemẽtum hui[9] est sup in ultimo theoremate de angulo. DI. Quã lineã circulũ cõtingere dicis? MA. Que cũ circulũ cõtingit in utraque parte ẽrecta circulum nõ secat.

Septimũ

Septimũ. si intra circulũ angulus supra centrũ cõsist/ at alius vero sup circũferentiã consistẽs eandẽ basim hẽat: qui supra centrum est/ad reliquũ duplus est. ut patet in angul'a b quorum angulus a duplus est ad angulũ b & habẽt basim cõmunẽ. d e.



Octauum

Octauũ. Angulus rectiline[9] semicirculi sup arcum cõsistens/ rectus est: in portiõe vero semicirculo minore/maior: in portione autẽ maiore/recto minor est. ut patet de angulis a b c quorũ angul[9] a est rectus. ãgulus b recto minor & angul[9] c recto maior.





Nonum


Nonũ. oĩm duorum circulorum est proportõ unius ad alterum sicut quadrati diametri uni[9] ad quadratũ diametri alteri[9]. ut patet in circulis a & b qui sunt in proportõe dupla.


Decimũ

Decimũ. Arcum datũ hoc pacto cõtingit p æqualia diuidere. sit arcus diuidendus a b c cui[9] chorda est b c pone pedẽ circini ĩmobilẽ ĩ puncto b, extẽde aliũ usque ad arcum









sup quem portoem describas/arcu datu intersecante quo fa cto: pone pede circini imobile in c & alia portioem dicta in tersecante describas: & punctus intersectiois erit: in quo ar cus datus est p equalia diuisus. Vndecimu Omnis triangu li equilateri: quod a latere uno quadratu describit: triplum est quadrato dimidij dyametri circuli: a quo triangulus ip se circumscribitur. ut sit circulus a b c & triangulus inscrip tus similiter a b c. Dico q quadratum lateris b c triplu; est ad quadratum d e

Vndeci mum

De figurarum inscriptoe theoremata. Ca.xx.D.


Vm plura de angulis lineis aut supficiebus dare pos ses theoremata? MAG. possem /sed ea oia ponere non tam necessariu esset ad intentioem nostra q labo riosum. Na ea tm tradere placuit qb' ad praxi imediatius uti coueniet: ad qua etia figurarum inscriptio deseruiet. Ob id d' ea quoq theoremata qda ponenda sunt. DIS. attn primum edicito: q supficies alteri inscribit? MAG. Que latera eius cui inscribit uno qq angulorum suorum intrinsece cotingit. Cir cuscribit vero figura figure cui' latera: eius cui circuscribitur omes angulos cotingit. ut patet in triangulis a b c & d e f. quorum prim' circuscribit scdo & scdus inscribit primo. DI. Nuc si q alias theoremata dicas? MA. Primu est tale. Intra datu; triangulu pot circulus inscribi. DI. Quo mo? MA. Illo sit triangulus a b c cui' latus a b diuidas in duo eqlia in pucto e. a quo ducas linea recta in angulu c. rursus diuidas lat' a c in duo eqlia in pucto f. a quo linea recta ducta in angulu b seca bit linea e c in pucto d qui erit centrum circuli inscribedi. Scd'm dato trigono orthogonio/hoc pacto otingit circulu circuscri bere. Sit trigon' a b c. cui' angul' rectus a erit b c latus logi' qd diuidas in duo eqlia in puncto d qui erit centrum circuli cir cuscribedi. Tertiu dato trigono oxigono circulu circuscribere possum' hoc mo. sit triangulus a b c. cui' latus a b diuidat in pucto e. a quo ducat linea recta in angulu c. Et rursus diuidat latus a c in pucto f a quo ducta linea recta in angulu b secabit linea e c in pucto d q est cetrum circuli circuscribedi: & erit qdra tu cui'libet lateris trigoi iscripti triplu ad qdratu dyaetri di midie circuli circuscripti. qd facile pbat ex theoreatib' de tri gono. Quartu. dato trigono ampligonio circulu circuscribe re possum' hoc pacto sit trigonus. a b c cui' angulus. a. obtu sus erit latus b c logius: quod diuidat in duo equalia in pun cto. h. per quem & angulum a. ducatur linea. a h f. dupla aut maior linee. a. h. Rursus diuidatur latus. a c. in duo equalia in puncto. e. a quo ducatur perpendicularis donec intersecet


Primum


Secudum


Tertium

Quartu









lineã.a.h.f.in puncto.g qui erit centꝝ circuli circũſcribendi.

Quintũ Quintuʒ.dato circulo / trigonũ orthogoniuʒ inſcribere erit diameter circuli dati/latus lõgius angulo recto oppoſituʒ: & medietas ſemicirculi angulus rect⁹. Dato vͦo circulo/ ſi trigonum ampligoniũ inſcribere placuerit: erit chorda portionis minoris/latus angulo obtuſo oppoſitũ: & medietas arc⁹/angulus obtuſus. Si autẽ dato circulo trigonus oxigoni⁹ inſcribend⁹ fuerit: diuidatᷓ circũferentia in tria ęq̃lia. & puncta diuiſiõis erũt anguli trigoni oxigonꝗ: a qbus latera ſunt ducenda exm̃a patent in ſecundo tertio & q̃rto theorematib⁹prædictis.

Sextum Sextũ.non mõ circulo trigon⁹ ſed q̃dratus põt inſcribi. DI Quo ingenio? MAG. Sit circulus a b c d & centꝝ e per q̃d ducã duos diametros ſe orthogonaliter interſecãtes q̃ꝝ extremitates erunt anguli quadrati: a quibus protractis lateribus emerget q̃dratũ q̃ſituʒ.

Septimũ Septimũ. Intra datũ q̃dratuʒ contingit circulũ inſcribere. DIS. Quo pacto? MAG. Sit quadratũ a b c d diuidatᷓ unumq̃dq; latus in duo ęq̃lia in punctis e f g h. a quib⁹ducantᷓ duę lineę interſecãtes ſe orthogonaliter in k q eſt centꝝ circuli q̃ſiti.


Octauum Octauũ. circa propoſitũ circulũ quadratuʒ deſcribere. ut ſit circulus dat⁹ a b c d cui⁹ centꝝ e p q̃d duco duos diametros interſecãtes ſe orthogonaliter: a q̃ꝝ extrẽitatibus duco lineas orthogõales ſeſe tangẽtes in pũctis f g h k q̃dratũ circa datũ circuluʒ cõſtituẽtes.


Nonum Nonũ. Circa datum quadratũ circulũ deſcribere. ſit quadratũ a b c d producaʒ in eo duos diametros interſecantas ſe in puncto e q erit centꝝ circuli circũſcripti.


Decimũ Decimũ. Intra datũ circuluʒ pentagõum ęquiangulũ deſcribere. ſit circulus cui⁹ centꝝ f diuidatᷓ ei⁹circũferentia in. 5. ęqualia in pũctis a b c d e q̃ lineis cõiuncta pẽtagonuʒ q̃ſitum cõſtituunt. Et ſi ab angulo a in angulum c & rurſus ab angulo b in e rectã lineã duxeris: q̃libet harꝝ alteraʒ diuidet ſʒm proportõem hñteʒ mediũ & duo extrẽa. & maior portio lateri penthagoni ęqualis erit.


Vndecimum Vndecimũ. Circa circulũ datũ pentagonum ęqangulũ deſcribere. ſit circulus cui⁹ centꝝ f cuius circũferẽtia diuidatur in. 5. ęq̃lia in punctis a b c d e tractis totidẽ a cẽtro ad hęc puncta lineis: ſup q̃s ſingulas produco orthogonales/ſeſe in punctis g h k l m contingẽtes: atq; pentagonũ quæſitum cõtinentes.


Duodecimum Duodecimuʒ. Intra pentagonũ datum circulum deſcribere. ſit pentagonus a b c d e cuius latus a b diuidatur in. 2 ęqua in puncto h. a quo ducatᷓ linea recta in angulũ d. Rurſus

















dimidatur latus b c in pũcto g a quo ducatur linea recta in pũctum e. hec intersecabit lineã h d in puncto f qui est centrũ circuli inscribendi. Et eo ingenio alias quascũq; mlt'iangulorũ figuras circulo/& rursus circulũ ipsis/& insup figuras angulares. angularib' inscribere aut circũscribere liquide dinosces.


Theoremata de corpore. Capi. xxi.

DIS. Ane qdem ut ais figuras planas/planis inscribere & circũscribere ex dictis intelligo figurarũ adiut' descriptõn: de corporib' vo an idem sit iudiciũ nec ne/nondũ accepi: quapropter & corporũ si q habes theoremata subiũgas. MAG. Corporũ theoremata varia & qdẽ ppulchra sunt: at vo in plano (quemadmodũ supficies) describi nõ possunt. difficillimũ est/intellectũ in mathematicis min' bñ usitatũ: eiusdẽ speculatõs posse prima fronte apprehẽdere. Tuis tamẽ semp acqescens petitionib' de regularib' saltẽ aliqua ponã theoremata. Primũ. tantũ regularia & non omnia loci sunt repletiua. DIS. Assentio minime. MAG. Quapropter? DIS. Quia omne corpus in loco est: & eũ in q est replet: & ab eodẽ circũscribit. MAG verũ quod argumẽtaris de repletõn phisica (de qua in nã lib') non aũt de repletione mathematica: circa quã hec nostra versatur disceptatio. DIS. Quid est replere locũ mathẽatice? MAG. Replere locũ mathematice dupliciter cõtingit: sc; secundũ supficiẽ & secundũ corpus. Replere aũt locũ secũdũ supficiẽ est totũ spaciũ circũstans aliquẽ punctũ in supficie plana supficiebus occupare. tale aũt spaciũ cum quattuor rectos valeat angulos (uti visumest in secũdo theoremate de angulo) ab his tm̃ supficiebus replet: quarũ aliqui anguli iũcti quattuor rectos valẽt. ut sunt trigonus tetragonus & hexagonus Vnde sex trianguli/Isopleuri: qttuor tetragõi: & tres hexagoni locũ replẽt. ut pat; in figuris. DIS. Quid est replere locũ s;m̃ corp'. MAG. est circa punctũ in corpe constitutũ/totũ spaciũ undiquaq; adimplere. ex q claret hoc corpus solũ locũ replere qd secundũ angulũ suum solidũ aliquoties sumptũ circa punctũ unũ/totũ spaciũ undiquaq; occupabit. ut est videre in cubis: quorũ octo angulariter iũcti locũ replent corpaliter. DIS. Quid de aliis regularib' corpibus? MAG. Cetera corpa regularia locũ nõ replent: Pyramide dempto: de q non pua inter mathematicę pfessores disceptatio fuit: & adhuc sub iudice lis est. Nã qdã pyramides duodecim/ alij viginti: non nulli aũt vigintiqttuor locũ replere/ demõstrare conati sunt. At vo q mathematicę dogmata rimant subtili'/astruere nitũtur pyramidẽ reglarẽ: qtiensciũq; mltiplicatũ loci ɔtinẽtiã loca lẽ nõ posse replere. De his tñ ad pñs me (qa prima traditur' sũ.


Primum

qd sit replere locum mathematice


Sex ysopleuri



Quattuor tetragoni




Tres hexagoni



rudimēta) admonuisse magis q̄ demōstrasse sufficiat. ad reliq̄ transeamus.


De inscriptione mutua regulariū corpor: & de inscriptione omnium regularium uni & eidem sphere. Capitulum. ultimum. MAG.

Secundū — Ecūdū de corpib⁹ theorema est q̄ Corpa regularia a se inuicē & a sphera sūt circūscriptibilia. DIS. que pn̄t inscribi pyramidi? MA. Tm̄ octocedrō & rurs⁹ ipi octocedrō pyramis & cub⁹ pn̄t inscribi. Cubo v̄o inscribitur octocedrō/ipi aūt Icocedrō/oīa p̄ter octocedrō inscribuntur. Quod qdē facili⁹ dep̄hendes / si latera corpm ex arte poteris fabricare. hoc pacto. Si dyāeter sphere cui inscribēda sunt corpora regl'aria. a. b. q̄ diuidat in duo eq̄lia in. d. & rurs⁹. a. b in tria eq̄lia in. c. itaq̄. a. c sit dupla ad. c. b. Et posito pede circini in. d. lineet semicircl⁹ cuius. a. b. sit dyameter siue chorda: Et ducant linee p̄pēdicl'ares a pūctis. d. & c. ad circūferētiā q̄ sunt d. f. & c. e. secundū doctrinā q̄rti theorematis de linea. p̄ducat linea recta ab. a. ad. e. q̄ erit latus pyramidis: silr ducat linea recta ab. f. ad. b. q̄ erit lat⁹ octocedrō: sic quoq̄ linea recta ducta ab. e. ad. b. erit lat⁹ cubi: q̄ si diuidat secundū p̄portiōe habentē mediū & duo extrema: s̄m theorema octauū de linea in pūcto p maior portio sc̄ p b erit lat⁹ duodecedrō. Rurs⁹ diuidatur d. b in duo æq̄lia in m a q̄ p̄ducat linea p̄pēdicularis q̄ sit. m. n. & a puncto n. ducat linea recte ad b que erit latus icocedrō. ut patz in descriptione hic depicta.



Hor vero corpor fabricatio exēplari potius q̄ oculis subest: quā intellectuali libuit d'mōstratōe demonstrare. queadmodū iā vidisti eadē ex papyro cōiuncta.


Tertium — Tertiū. Omniū duar spherar est p̄portio unius ad alterā tanq̄ sue dyametri ad dyametru alterius p̄portio triplicata. Hoc claret in spheris a b & c d. Spherar igit quor dyametrorum proportio est dupla / erit p̄portō octupla.



Quartū — Quartū. Omnis colūna siue sit laterata siue rotūda/ tripla est ad suā pyrāidē. uñ si colūna habet eris libras. 30. pyrāis sua habebit tm̄ libras decē.

Quintū — Quintū. Aequa corpa sunt atq̄ similia/quor termināles supficies nūero ac quātitate æq̄les sunt atq̄ siles. ut sunt duo cubi bipedales.

Sextum — Sextū. corpora sil'ia sūt q̄ silib⁹ supficieb⁹ & nūero æq̄libus cōtinent. Vñ q̄rūcūq̄ corpm rotundor/q̄rū axes suar basiū dyametris sunt p̄portionales: sunt similia. ut axes pyramidis a dupla est ad dyametr sue basis e. Similiter axis pyramidis b dupla est ad dyametr sue basis f igit pyramis a similis est pyramidi b.



Finis theorice/seq̄tur Geometrie praxis:


Libri Sexti. Tracta. ij. in praxim Geometrię tractatus secũdus. Ca. primũ. DIS.

Ex dictis nõdũ intelligo quo nã pacto aut ingenio terrã spaciũue terrę metiri possim q̃d tñ geometrię nomẽ visum est insinuare. MAG. Verũ dicis: nam tibi in prioribus geometrię generaliora principia/paucasq; eiusdem theorias proposui. Iam vero quia te vigilantissimũ/eiusq; pcupidum sentio: de metiendi modo pauca subiungere ęnitar. In primis autem quid mensura: & quæ eius partes p̃mittam.

De mensura & partibus eius. Ca. ij. DIS.

Quid est mensura? MAG. Est cõpluriũ & interse ęqliũ interuallorũ longitudo finita. DIS. partes mensurę quæ sunt? MAG. Hę. miliariũ stadium: actus: pes/semipes/palmus/digitus uncia. Antiquiores nanq; orbẽ in ptes/ptes in puĩcias/puĩcias ĩ regiões/regiões in loca: & loca ĩ territoria: territoria ĩ agros/agros ĩ cẽturias: cẽturias ĩ iugera: iugera in climata: climata in act⁹. act⁹ in pticas &c diuiserunt. Vias vero latini per miliaria: Gręci per stadia: Galli p Leucas: Aegyptij p signes. Persi per asangas metiebãt. DI. Miliarium quid est? MAG. Spaciũ continens in longum quinq; milia pedum: quæ faciũt mille passus: a quibus miliarium dicitur. DIS. Stadiũ quãtũ cõtinet? MAG. octauã ptem miliarij. sc; pedes 625. qui faciũt passus. 125 Leuca vo finiẽ passibus mille quingentis. DIS. Actus quantum habet? MAG. Act⁹ triplex est. scilicet minimus. & continet in latitudine pedes. 4. in longitudine vo. 120. Actus duplicatus & continet in longitudie 240 in latitudine vo octo. Nõnulli vero actum duplicatum iugerum facere/quod in longitudine. 240. in latitudine vo. 120. dicunt continere. Hæc iugeri in climata requirit diuisio. continet enim clima: ut aiunt: ex oĩ parte pedes. 60 itaq; ex uno iugero octo fiunt climata DIS. Pertica quantũ continet? MA. Pertica id est radius/virga est oblonga decẽ continẽs pedes: a quib⁹ decempeda dicta est. Pertica vo dicitur quasi portica a portando. DIS. Passus quantũ habet? MAG. Pedes quinq;. Gradus pedes duos. Cubitus pedẽ unum: & dimidiũ. Cubitus vo magnus habet. 9. pedes. Talibus cubitis intelligũt nõnulli mensuratã archam Noe. Pes vo. 4. habet palmos. Sẽipes duos cõtinet palmos Pes aũt pes triplex sc; porrectus cõtractus & quadrat⁹ Porrectus est pedalis mensura in longũ protensa. Con

Mensura
Miliariũ
Stadium
Leuca
Actus minimus
actus duplicatus
pertica
Passus
Gradus
Cubitus
Pes
Semipes
pes. porrectus



tractus est pedalis mensura in longũ & latũ cõsiderata. Quadratus vero est mensura pedalis in longum latũ & ꝓfundum extensa. DIS. palmus q̃ntum habet? MAG. Digitos q̃tuor. palmus autẽ maior quẽ ꝓprie geometricũ vocant / cõtinet longitudinẽ quę est a radice indicis usq; ad mediũ unguis eiusdem digiti. Vncia autẽ digitos tres habet. DIS. Digitus autẽ quantũ cõtinet? MAG. quattuor ordei grana ꝑ latum disposita. Posuerũt autẽ antiquiores non modo hęc quę dixi integra: verũ & harum minutias, ut post digitum staterẽ: quadrantẽ dragmã / scrupulũ / obulum semiobulũ / siliquã punctum minutũ & momentũ. Et has minutias varijs consignabant characteribus. His breuitatis cã (q̃m paruꝫ aut nihil ad rem faciũt) obmissis mensuras dictas ad praxim applicabim⁹

Palmus geometricus.

De tribus modis mensurandi in genere Capitulum tertium. MAGISTER


Omnis geometricę cõsideratõis quãtitas est linea superficies aut corp⁹: ob id quarũcunq; rerũ metiendarũ / quãtitatis mensurã in ratione lineę: superficiei aut corpis indagabimus. mensurã autem quę scd'm lineã fit: eã ipam voco quæ in longum latũ & ꝓfundum metit: de qua ea geometriæ pars est: quã altimetrã vocant: q̃ in sursum & deorsum, & illa quã planimetrã dicunt: quę in ante & retro / dextrorsum & sinistrorsum mensurat. quę autẽ s̃m supficiẽ fit mensura illa est: qua nõ supficierũ longitudo & latitudo (q̃m hęc ꝑ p̃cedentẽ depręhendit̃) sed quanta totius supficiei sit area lineis suis clausa inquiritur. Mensuram vero quã scd'm corpus fieri diximus hanc intelligas: qua cuiusq; corpis soliditas siue crassitudo depręhenditur. De his per ordinem dicturus: de mensura lineali exordiar.


altimetra
plãimetra

De mensuratione linearum. Ca. iiij. DIS.


Linearũ mẽsuratio quo fit ingenio? MAG. Etsi linearũ quãtitates ꝑdictas in scd'o capitulo mensuras dep̃hendere possis: eas tñ nõ ad q̃scũq; res applicare facile est: ob id instrumentũ aliud multo certi⁹ ex ea Euclidis ꝓpositiõe fabricauim⁹. Oĩm duorũ triangulorũ quorũ anguli uni⁹ angulis alteri⁹ sunt ęquales: latera ęquos angulos respicientia sunt ꝓportionabilia. Fiat igit̃ q̃dratũ rectangulũ scꝫ a b c d super angulos, a b duas pone pinulas ꝑforatas. ut ꝑ ipas terminũ rei mẽsurãdę possis cõspicere. Fac & regulã in q̃titate dyametri p̃dicti q̃drati aut lõgiorẽ q̃ vocet̃ d e. Ipamq; in pũcto d clauo subtili q̃drato infigas: sup hanc etiã pinulas duas pforatas pone: q̃ sint f e. stabũt autẽ dictę pinulę in eadẽ linea sicut & pinnulę quadrati. & paratum est instrumentum in forma

Euclides










ista. cui si libū q̄drātis in. 90 grad⁹ diuisū īscripseris generale erit instrumētū fere ad oīa ea q̄ vel per q̄drantē vel astrolabiū inuestigari possunt utilissimū & cōmodissimū/ratiōe triangulorꝫ q̄s regula facit cum lateribus quadrati: latera q̄drati in gradus vel alias p̄tes ad placitū utētis diuidi possunt. Si per hoc instrumentū lineę cuiuscūꝗ quātitatē ingrere volueris: angulū. a. ad lineę principiū ponas: per cuius foramē & b lineę terminū cōspicias. & in hoc situ instrumentū tuū figas. dehinc per pīnulas regulę sc꞉ f e eundē lineæ terminū perspicias/ ipsaꝫ regulā sursuꝫ aut deorsū voluēdo/donec terminū lineę priorē videre possis: & punctū intersectōis lineę regulę & lateris c b aīaduertas: q̄ vocet̄ c tunc eē̄ habebis triāgulos duos scilicet d a b (& intelligo hic b in termino lineę conspiciēdę) & d c g quorꝫ anguli unius: angulis alteri⁹ sunt ęquales. ut oculis licet videre. Erunt igit̄ latera ęquos angulos respiciētia videlicet c g & a b ꝓportiōabilia. Sicut enim se habet c g ad totā a b siue c d ita se habꝫ a b (ut b stat in t̄mio rei visæ) ad a d. Quotiēs igit̄ tota c b vel c d cōtinet c g toti ēns a b continet a d. ex primo theoremate de supficiebus & ul




timo de triangulis. Per hoc igit̄ instrumentū altitudinē turris: profunditatē putei aut vallis: lōgitudinē aut latitudinē cāpi: & insup oēm lineā rectā potes metiri. Insup altitudinē & latitudinē turris/valuę aut fenestræ alteriusue rei alio inuestigare si placet valebis ingenio. DIS. Quali? MAG. baculō quē Iacob dicūt. DIS. Qualis is est baculus? MAG. Accipiat̄ baculus cuiusuis lōgitudinis: quē in partes ęq̄les diuidas: circa sectiōes rimas aut foramina fabrices. dehinc baculuꝫ paruū mēsurę uni⁹ ptis diuisiōis p̄dictę facias: & patus est baculus. Per quē si altitudinē rei cōsiderare placuerit/pone baculū puū in foramē unius diuisiōis ut placuerit: & baculū verte

baculus Iacob


ũt scȝ extrẽitates baculi ꝑui impositi sursũ & deorsũ tẽdant. quo facto: accedas aut recedas / donec ꝑ has extrẽitates rei cõspiciendę / suꝑiorẽ & inferiorẽ terminos videas. & signa locũ stationis tuæ. Dehinc baculũ ꝑuum de foramine priore extrahas & in proximũ retro (si accedere volueris) aut ante (si retrocedere intendas) pone: & iterꝫ accedẽdo & retrocedẽdo ꝑ extremitates baculi parui / terminos rei visę cõspicias: locũqꝫ stationis illius signes. q̄ntũ em̄ est intˀ istã & priorẽ statõnẽ tãta est altitudo rei visæ. Sic siˀi mõ latitudinem inuestigabis si baculũ ita vertas ut extrẽitates baculi ꝑui dextrorsũ & sinistrorsum ꝑtendantˀ. Sũt & pˀa alia ingenia & istrumẽta ꝑ q̄ ea q̄ dicta sˀt iuestigantˀ. deqbus breuitatis itm̄ causa supersedendũ est stilũ ad alia vertamus.






De mensuratõn circumferentię circuli: insup & eiusdem dyametri. Capitulũ quintũ. DIS.


Possum ne per instrumenta dicta circuli periferiam metiri? MAG. Non: sed tantũ lineam rectam. DIS Quo igit̃ ingenio ipsa venit metienda? MAG. tali. Dyameter circuli cuius periferię quantitatẽ si scire placuerit/ tripletur: & triplato addatur septima pars dyametri: & circũferentię emerget longitudo. Cõtinet enim circumferentia dyametrum ter & septimam eius partẽ hinc est: ꝙ si circumferẽtię vicesimã secundam partẽ abstuleris/remanẽtis tertia pars dyametrum indicabit. exemplũ sit dyameter pedum.14.tripletur & erunt.42. his addat̃ pars septima dyametri scilicet.2. & erũt .44. circumferentię quantitas. a qua si rursus vicesimã secundam partem scilicet.2. abstuleris relinquuntur.42. quarũ pars tertia scilicet.14. dyameter erit. & hęc de primo scilicet linearũ mensuratione sufficiant.



De mensuratione supficierꝫ. & primo circularis & semicircularis. Capitulum sextũ. DIS.

Mensuram linearum intellexi sane: ad superficies nũc stilum verte queso. MAG. Faciam ac lubens: & de circulo omnium superficierũ prima & regularissima exordium sumamus. Cuius si aream embadum siue podismum/ quę omnia in ꝓposito idem significant scilicet continentiam: scire volueris: multiplica medietatem circumferentiæ in medietatem dyametri: & productum dabit aream. ut gratia exempli. sit circulus cuius circũferentia.44. & dyameter.14. erit area .154. aut ducatur dyameter in se: productũ multiplicet̃ per. xi: producti decimaquarta pars erit area. patet igitur si dyameter uni⁹ circuli ad dyametrũ alteri⁹ dupla fuerit: erit area q̃drupla ut hic * DIS Sed semicirculi area q̃liter deprehẽdit̃? MA taliter. ml'tiplicet̃ basis p semidyametrũ: ꝓductũ rursus p undecim ducat̃: ꝓducti decimaq̃rta pars areã dabit. ut sit semicirculus cuius basis.28. semidyameter.14. erit area.308. q̃d facile ꝓbabit̃ si area toti⁹ circuli p modũ dictum queratur. de hoc satis: ad reliqua propero.






De inuentione areę triangulorꝫ: primo de ysopleuro. Capitulum septimũ DIS.


De triangl'o igit̃ nũc dicas: quẽ insupiorib⁹ inter supficies sc̃m locũ obtinere volebas. MA. Ita factitare institui: & tñ oĩa simul dicere nõ licet. In primis de Isopleuro: secũdo de isochele: & demũ ordine tertio de scaleno dicere ꝓpono. DIS. Isopleuri igitur quo pacto inueniẽda est

area? MAG. Illo. qm̄ ęqua habet latera: mľtiplicet̃ lat⁹ unū p aliud & ꝓducto tertiū latus addat̃: & eius q̄d ꝓuenit medietas aream ostendit. ut sit Isopleur⁹ cuius q̄dlibet latus. 28. habeat: erit area. 406. p quā si latera cognoscere placuerit / ipām p octo mľtiplica: ꝓducto unitatē adde / totius latus accipe a q̄ unū deme: remanētis medietas quesitum ostendit.




De isochele & eius area. Capi. viij. MAG

SI vero isocheľ areā inq̄rere volueris Primo cathecum eius tľi ingenio q̄ras: mľtiplica basis medietate in se / & ꝗua rursus mľtiplica unū latus in se siue in aliud (qm̄ ęq̄lia sunt) & a ꝓducto id q̄d prius ꝗuandū tradidi / subtrahas remanētis latus q̄dratū cathecū dat: q si p basis medietatē mľtiplicatus fuerit / areā isochelis oñdit. ut sit isocheles cuius basis sit. 14. q̄dlibet latus. 25. erit cathecus. 24. & area. 168.




De scaleno & eius speciebus. Ca. ix. DIS.

SCaleni area qua via deprehēdit̃ MAG. Scalen⁹ tres habet species: ut ex dictis liquet. Sed harū areę nō una via sunt inuestigandę: aliter em̄ ampligonij & oxigonij q̄ orthogonij area q̄rit̃. DI. qualr̄ inq̄rēda est area Ampligonij & oxigonij? MA. taliter. mľtiplicet̃ basis medietas p cathecū & ꝓductū dabit areā. Ad inueniēdum aūt cathecum oport; pri⁹ p̄cisurā uľ eiecturā minorē eo q̄ sequit̃ modū inuenire. Multiplicet̃ min⁹ lat⁹ in se / & siľr basis ī se ducat̃ / & sumę ꝓductę addāt̃ siľ. Rursus mľtiplicet̃ lat⁹ mediū inter mai⁹ & minus in se / & ꝓductum a sum̄a dicta abstrahat̃: remanentis medietas accipiat̃: a qua pars una scd'm basis denominatōem ablata eiecturā siue p̄cisuram ostendet. Qua habita cathecū sic quæras. multiplicet̃ minus per se ut prius: & a producto / id quod ex ductu p̄cisurę in se euenit / auferat̃: remanentis latus quadratū cathecus est. Exemplū de ampligonio. sit ampligonius cuius minus latus sit. 15. mediū latus sit. 20. basis sit. 25. erit p̄cisura. 9. & cathec⁹. 12. & area. 150. Exemplum sumas de oxigonio tale. sit oxigonius cuius latus minus sit. 13. mediū lat⁹. 15. basis vero. 14. erit pręcisura. 5. cathe⁹. 12 area vo. 84.




oxigonius



De orthogonio & eius area. Ca. x. MAG:

ORthogonij vero areā si inuestigare libuerit / videat̃ cathecus / qui si fuerit par: medietas eius in se ducatur. & producto si unū addas / habebis hipotenusam. si vero unū a ꝓducto auferas basim cōstitues: medietas vero basis p cathecū ducta: aream pandit. Exemplū sit orthogonius cuius cathec⁹ sit. 8. erit hipotenusa. 17. basis. 15. area vero. 64 Si autem cathecus impar fuerit totus in se ducat̃: a producto si unū auferas / fit basis. si unum producto addas hipotenusa ꝓdiet:




rurſuſq; baſis medietas per cathecum ducta areã oſtendet. Exẽplum huius eſt tale ſit orthogonius/cui⁹ cathecus ſit.3. hipotenuſa erit.10.baſis octo.& area.24. DIS. Si ſane intelligo baſis hipotenuſa/& area p cathecũ inueniunt̃ Pono q̃ cathecus ignotus ſit:p q̃d mediũ repit̃? MAG. Per tale multiplicet̃ hipotenuſa in ſe / & a ꝓducto id quod ex ductu baſis in ſe ꝓueniet ſubtrahe: & remanẽtis latus q̃dratũ cathecus erit.

Orthogonius




De podiſmo dyametri circuli orthogonio inſcripti. Capi.undecimum MAG.



Ontingit nõnũq̃ orthogonio circulũ oĩa ei⁹ latera tãgentẽ inſcribi:cui⁹ ſi dyametꝝ/pter ea q̃ in ſupiorib⁹ de circulo dicta ſunt/podiſmare volueris:cathecũ baſi adiungas:a ꝓducto hipotenuſam ſubtrahas:& q̃d remanet dyametrũ circl̃i manifeſtat DI. Exẽplũ hui⁹ſubijcias. MA. ſit orthogõi⁹ cui⁹cathec⁹ſit.8 baſis.15.hipotẽuſa.17.diãeter erit.6


De quadrangulis ſuperficiebus:& primo de tetragono equilaltero. Capitulum.xij. DIS.




Rigonorꝝ podiſmal̃e ſpeculatõe3(ni fallar)ſane intellexi: nũc de tetragonis metiẽdis ſi qd habes in mediũ ferãs: MA. Tetragonorꝝ prim⁹ eſt eq̃later⁹:cui⁹ ſi areã habere volueris latitudinẽ p lõgitudinẽ ducas: &ꝓductũ areã dat DIS. Exẽplũ da. MA. ſit tetragon⁹ cuius q̃dlibet lat⁹ pedes octo habeat area.64.cõtinebit. Dyametꝝ autẽ ei⁹ ſi habere volueris:ml̃tiplica unũ latus in ſe & ꝓductũ dupla/duplati radix q̃drata erit dyameter. Erit itaq; dyameter dicti q̃drati pedũ.14. minutorꝝ.15.ſcd'arꝝ.30. In omi nãq; opatõe cũ radix ſurda ſit.ita q̃ i integris pcĩſe haberi nõ poſſit/reſiduũ in minutijs phiſicalibus querendum eſt. Inſenſibilis autem differẽtie exceſſus tandem negligi poſſunt.

De quadrato circulo equali. Ca.xiij. MAG.


Icut aũt circuli q̃draturã in ſupiorib⁹ demõſtratõe intellectuali ex phõrꝝ dictis oñdi: ſic & ĩpam in praxi p̃ſenti manifeſtare eſſet poſſibile. DI. quõ? MA. ſi aree circl̃i dati radicem accipias / latus quadrati circuli equale reperies quod facile probabitur. nam area quadrati illius aree circuli equale erit, ut ſit circul⁹cui⁹ diamet̃.7.erit radix aree 6. pedũ m̃.12.ſecũda.7.tertia.25.&c. Sic cõſil̃iter circulũ quadrato equalẽ poteris fabricare. Ml̃tiplicet̃ latus q̃drati p ſe: ꝓductũ rurſus ml̃tiplicet̃ p.14. ꝓductũ illius dimidiatũ p.11.denõinatiõis: radix erit dyameter circuli equal̃ quadrato p̃dicto. Sic mõ conſil̃ exceſſum quadrati ſupra circulum ſibi inſcriptũ ſi ſcire placuerit/aream circuli ab area quadrati inſcribentis ſubtrahe






& q̃d relinquit̃ excessus erit. Sic & excessum circuli q̃dratũ in scribẽtis repies si ab area circuli q̃ttuor q̃ttuordecimę subtra hant / residuũ erit area / quadrati circulo inscripti.

De tetragono altera pte lõgiore. C. a. 14. MA




Etragoni altera p̃te lõgioris & rectanguli embadũ habere si placuerit / latitudinẽ in lõgitudinẽ ducas & productũ embadũ oñdet. DI Exẽplũ hui⁹ apponas. MA Sit tetragon⁹ cui⁹ latitudo sit. 4. Lõgitudo ṽo. 8. embadũ erit. 21. DIS. Dyameter illi⁹ q̃li rõe dephendit̃? MA. tali mĺtiplica lõgitudinẽ p̃ se & sĩr lõgitudinẽ in se ducas: sumas ambas addas. & toti⁹ p̃ducti latus q̃dratũ areã dabit. ut sit tetragonus cuius latitudo. 60. lõgitudo. 80. erit dyameter. 100.




De Rombo. Capitulum. 15. DIS.

Ombi ṽo area q̃li mõ dephendit̃. MA. tali. q̃ sequit̃ medietatẽ dyametri uni⁹ p̃ totã aliã dyametrũ mĺtiplica: & q̃d p̃uenit area ẽ. ut sit Rombus cui⁹ q̃dlibet lat⁹ hẽat pedes. 10. dyameter lõgior. 16. dyamet̃ breuior. 12. eritq̃ area. 96




De Romboide. Capitulũ. 16. MAG

Odismũ ṽo Romboidis tali inuestigabis ingenio: reduc duo latera lõgiora in unũ p̃ducti medietatẽ sũa. rursus latera breuiora siĺ iungas: & illi⁹ q̃q; p̃ducti medietatẽ sumas. harũ medietates unã p̃ aliã multiplica: & q̃d p̃uenit areã dabit. DIS. Exẽplũ subiũgas. MA. sit Romboides cui⁹ latus primũ sit octo. scd̃m. 6. tertiũ. 4. q̃rtũ. 2. erit area. 21




De trapeziis. Capitulum. 17. MAG

Eliquorũ q̃drãgulorũ q̃s in supiorib⁹ trapezia. i. mẽsulas noĩauim⁹ areã ita repies: ṽticẽ basi iũgas / p̃ducti medietatẽ sumas. hãc p̃ cathecũ mĺtiplica: & p̃ductũ dabit areã DI. Exẽplũ addas. MA. sit trapesiũ cuius ṽtex. 15. basis. 45 cathecus. 30. erit area. 900. Et hæc de q̃drãgulis dicta sint: restat ut de pẽtagoniis cęterisq; poligoniis disseramus.




De Pentagoni area. Cap. 18. DIS





n tagous qua rõne metit̃? MA. Pentagoni ęqlateri areã si habere cupis / multiplica unũ latus in se & p̃ductũ triplica: a triplato unũ latus detrahe. remanẽtis medietas pandit areã quęsitã. DIS. Hoc per exm̃ p̃ba. MA sit pẽtagõus cui⁹ q̃dlibet latus sit. 7. erit area 70


De Hexagono. Capitulum. 19. DIS.




Exagoni aũt areã tali inuestigabis via. Nã si hexagõus ęqlaterus sit unũ latus ĩ se mĺtiplica: p̃ductũ q̃druplica: a q̃druplato unũ lat⁹ hexagõi bis subtrahe remanẽtis medietas oñdit q̃situ DIS. Huius exemplum adde MA. Sit hexagõus cuius omne latus sit octo; erit area. 120.









De heptagono. Ca. vicesimũ MAG.

Eptagoni vero summã areę si inquiris/ lat⁹ unum in se multiplica/productum quintupla: a producto unũ lat⁹ ter subtrahe: remanẽtis medietas dabit areã. DI. Exẽplũ adijcias. MA. sit heptagon⁹ cui⁹ q̃dlibet lat⁹ sit. 6. erit area. 81.

De octogono. Capitulum. xxi. MAG.

Ctogoni autem areã facile deprẹhendes. si latus unũ in se duxeris: productumq́ per. 6. multiplicaueris: & ab illo ꝓducto unum latus quater abstuleris: nam in remanẽtis medietate aream videbis. Cuius exemplum sumas tale. sit octogonus cuius q̃dlibet latus sit octo erit area. 176.

De Ennagono. Capitulum. xxij. MAG.

Onsimiliter quoq́ & nonagoni aream reperies si lat⁹ unum in se produxeris: productũq́ ꝑ septẽ multipli- caueris. a producto hui⁹ latus unum quinqes subtraxeris tũc em̃ remanentis medietas aream pandit quęsitam. DIS. hu- iusq́ exemplum subijcias. MAG. sit nonagon⁹ cui⁹ quod- libet latus sit. 6. erit area. 111.

De decagono. Capitulum. xxiij MAG.

Ic & decagoni pariformi via areã reperies si latus unũ per se multiplicabis: ꝓductum ꝑ octo duxeris: a ꝓdu- cto illo latus unũ sexies subtraxeris/remanẽtis medietas q̃si- tum pandit. DIS. & huius exemplũ ponas. MAG. sit de- cagonus cui⁹ latera singula. 10. sint insignita: erit area. 370.

De reliquis poligonijs. Cap. xxiiij. MAG.

Dem de cæteris poligonijs si fœceris / absque errore singulorũ areas inuestigabis: hac seruata lege/ ut nu meroꝝ ordinem naturalẽ custodias in multiplicãda uni⁹ late ris suma & in hac q̃ excrescit augmẽtãda. laterali q̃q́ subducẽ da: cũ em̃ hᶜ fœceris/sp remanẽtis medietas areã dabit. DI. Q uis est is ordo naturalis? MA. ut si in pentagono sumã uni⁹lateris in se ducti ꝑ ternariũ aucta ẽ: sic ĩ hexagono ꝑ q̃ter nariũ: in heptagono ꝑ q̃nariũ. &c. sic seq̃ns ꝑ senariũ reliq̃ per septenariũ augẽda est. pariformiter & sequentiũ poligonioꝝ ꝑ sequentes augẽdę sunt nũeros. Sic & in lateris subtractõe si in pentagono latus semel subducit: in hexagono bis ita in se- quẽtib⁹ in nũero ascẽdẽdũ ẽ ordine naturali. DI. capio sane

De podismo sphericę supficiei. Ca. xxv. MAG


E supficieꝝ planaꝝ ac rectaꝝ podismis satis dictũ sit: ad curuas trãseam⁹. Et primũ de area sphericę superfi- ciei/quã q̃dam circuli maurituram nominant exordi amur. DIS. Q ua via deprẹhendi põt? MA. tali

Accipias circulũ ęqualis dyametri cũ sphera cui⁹ superficiem podismare voluimus. hui⁹ circuli dyametrũ in eiusdem periferiã ducas: & q̃d ꝑducit̃ erit area superficiei sphere q̃sitę siue circuli mauritura quę semꝑ quadruplex est ad areã circuli ut sit circulus cui⁹ dyameter sit. 14. erit ei⁹ periferia. 44. & area. 154. eritq; area supficiei sphere ęqualis dyametri. 616.




De podismo supficiei mõtuosę. Ca. xxvi. MA.


I autẽ montuosę superficiei areã habere placuerit / verticis circuitum considera: & similiter pedis & ascensus quo facto iungant̃ circuitus pedis & verticis / ꝑducti medietatem accipe: quã ꝑ ascensum multiplica & ꝑductũ ostẽdit quęsitũ. DIS. Exemplũ subiũgas. MAG. sit mõs cuius verticis circuitus sit 300 pedũ. circuitus pedis sit. 1000 pedum: ascẽsus vero sit. 800. pedũ. erit area tota. 520000. pedũ.



DIS. Quid autẽ si mons in circuitu verticis medietatis & pedis multũ discrepauerit: ita ut quasi pyramidaliter ascẽdat?

MAG. Hoc pacto aream eius accipias. Collige numerũ circuitus pedis medij & verticis in summã unã: cuius tertiã partem ꝑ ascensum multiplica / & patebit quęsita area. ut si circuitus pedis sit pedum. 2500. circuitus medius. 1600. circuitus verticis. 100. ascensus vero. 2000. erit area. 2800000. pedũ. Si aũt mons in ascensu similiter & in circuitib⁹ inęqualis fuerit. alia via eius indaganda est area DIS. Qua? MAG. Illa iunge circuitũ pedis circuitui verticis. ꝑducti: accipias medietatem: sic ascensus colligas: collecti medietatem sumas: hãc per priorẽ medietatem multiplica: & ꝑductum aream dabit. DIS. Eexemplũ huius addas. MAG. sit mons cuius verticis circuitus sit. 200. circuitus pedis. 1400. ascẽsus longior. 850. ascensus breuior. 750. erit area. 640000.





De diuisione supficierũ quarũcunq; in actus vel iugera. Capi. xxvij. MAG.


Vperficies itaq; notas / si per actus aut iugera aliasue mensuras partiri volueris longitudinem & latitudinẽ mensurę tuę in se multiplica: & habebis mensurę / cui⁹ latera multiplicasti / pedes siue areã: per hanc pedes superficiei diuidendę diuide & numerus quotiens dabit quęsitum. erũt itaq; iugera primi montis. 18. & restant pedes mille & sexcenti: secũdi montis iugera erũt. 24. restantibus pedibus. 88000. Iugera montis tertij erunt 22. restantibus. 6400. pedibus. Hec de mensura superficierum: ad corpora transeamus.

De crassitudine siue soliditate spherae.

Capitulũ vicesimũ octauum. MA

Ensura quã scd'm corp9 fieri diximus: corporum soliditates & crassitudines inquirit: ut quot sc3 pedes quadratos corporis magnitudo contineat. Huius ut aliq̃lem cognitionem accipias / de quibusda3 corporibus praxim subijciam. & primo de sphera. Spherę igitur soliditatem si inquirere volueris / dyametrum eius cubes (id est semel in se ducas quadrate: & productum rursus per dyametrum multiplica) hoc vero cubum spherę crassitudinem excedit: quē excessum si abieceris: spherę soliditas relinquetur. Excessus autē tali patebit via. diuide cubum per. 21. productum in. 10. ducas: & habebis excessum quęsitum. vel dyametrum cubes: productu3 per. 11. ducas / totiusq3 summę. 21. pars dat spherę soliditatē. sic etiam excessus per. xi. ductus dabit idem. DIS. Exemplum addas. MAG. Sit sphera cuius dyameter sit. 7. erit cubus. 343. excessus. 163. & * crassitudo vero spherae. 179. &

Cubare quid sit



1 * 3


2 3

3

De soliditate cubi. Ca. xxix. DIS.

Vbici autem corporis quo ingenio soliditatē inquiris? MAG. tali. cubetur latus unum: & habetur propositum. DIS. Exemplum adiungas. MAG. sit cubus cuius omne latus sit. 7. erit crassitudo. 343.

Crassitudo cubi huius. 343.



De columnar⁊ spissitudine. Ca. xxx. DIS.

Corporis colũnaris qua via grossicies inquirenda est? MAG. tali. Inquiras aream latitudinis / hanc in lõgitudinem ducas & habebis quęsitum. ut sit corp9 quadrãgulum latitudinis. 4. & longitudinis. 12. erit eius crassitudo. 192. Et hoc pacto quantitas putei vel etiam vasis pleni reperitur. Ex quo etiam facile concluditur: si dolij aut columne dyameter fuerit duplex ad dyametrum alterius / eiusdem lõgitudinis area corpis dyametri maioris erit quadruplex ad areã corporis dyametri minoris. Si vero corpus minus in duplo sit longius / erit maius ad minus duplum. Si autem min9 in quadruplo longius fuerit erunt illa duo corpora areę ęqualis DIS. Si aut̃ superficies latitudinis in una corporis extremitate maior fuerit q3 in alia: quã recipiã superficiem? MA. nullam. Sed oportet ex ambabus inuestigare tertiam hoc pacto. Subtrahe minorem a maiore & habebis earundem differentiam cuius medietate3 a superficie maiore subtrahe: residuum adde superficiei minori: & producti totius medietas dabit latitudinis superficiem: quam in lõgitudinem ducas & apparebit corporis soliditas. DIS. Exemplũ adducas. MA. Sit superficies latitudinis maior. 36. & minor. 16. erit differentia. 20. harum medietas scilicet. x. subtracta a. 36. reliquuntur.



26.hęc superficiei minori scʒ.16.addita.42.reddunt. Harũ medietas scʒ.21.quęsituʒ/corporis scʒ superficiem latitudinis: qa si ducas.21.in.72.tunc.1512.emergunt. Per hoc ingenium cuius columnę/siue rotundę aut angularis grossiciem inquiras similiter & vasorum continentiã reperies.si ex superficie unius extremitatis & pręcise ex media superficiem cõmunẽ quęsieris: si saltem vas in medio maius q̃ in extremitatibus fuerit. Et habita area dolij/si eidem quadratum in capacitate ęquale fabricare libuerit / latera quadrati scd'm quantitatẽ radicis arez dolij in longum & latum accipiantur.



De mensuratione corporum pyramidalium. Capitu.xxxi. DIS.

Rassitudo pyramidalis corpis quo ingenio inquiris? MAG.si crassitudinẽ pyramidis cuiuscunq; a superficie multiangula ęqualium laterum inquiris. Sumatᷣ area superficiei a qua surgit pyramis: hæc inuenta dupletur: producto addatur latus unum eiųsdẽ superficiei: summa multiplicetur per numerų unitate tantum unum latus. superficiei transcendẽtem: productum diuidatur per senarium: & numerus quotiens pyramidis dabit crassitudinem. DIS. Exemplum adijcias. MAG. Sit pyramis consurgens a superficie isopleuri/cuius quodlibet latus est.28.erit area eius.406.erit crassitudo pyramidis.2660. ita pariformiter operandum erit in pyramidibus quadrilateris: pentagonijs & alijs



Finis Geometrię practicę. seqtur Astronõia.


Ptolemeus
Astronomia

Liber septimus de principijs Astronomię. De ęnūeratōe & ordine dicendorꝫ. Tract. I. Ca. I. DIS.

On pfūctorie (quę accepi) Arithmeticæ Musicę & Geometrię principia his dieb⁹ reuolui: plurimūq; harꝫ theorematib⁹ delectatus sum. Considerās aūt Astronomiā deesse: quā in quadruuij ptitiōe q̄rto loco cōmemorabas/necessariū duxi te p̄ci bus pulsatū iri: ne alijs q̄ mox instabunt p̄occupatus negocijs in cōpletum Quadruuij derelinqueres. Vbi enim vis numerorꝫ: ubi Musicæ mundanę (ut aiebas) cōcentus/ubi deniq; Geometricę demōstrationes quę non modo terrenorum/verumetiā cœlestium corporꝫ magnitudines dimetiuntur: si Astronomiā p̄termittas? Plurimū itaq; te obsecro: ut in ęnarrandis huius tam necessariæ disciplinę principijs hodiernum saltem diē absumas. MAG. Nec omnia istoc die in mediū ferrem/si vel sol staret ut quondam bellante inclyto iudeorum duce Iosue: aut decem gradibus retrocederet: ut Ezechia de lœtali egritudine conualescen te. Quis em̄ totius mundialis machinę unitatem/perfectōem figuram & ptium eiusdē tam cœlestium q̄ elementalium naturas paucis pstringeret? Quis orbiū motus aut syderū ortus & occasus: temporꝫ discretiones: dierꝫ & noctiū inęqualitates facile simul cōmemoraret? DIS. Quod ergo non una/decem aut tot quot suffecerint lucubratiōib⁹ tradas. Indefessum em̄ ego me auditorē exhibeo: rem ocyus aggredere. Et in primis de ratione nominis te absoluas.

Iosue.
Isaię

De definitiōe nomīs origine ac Astronomię primo inuentore Capitulum secundum MAG

Astronomia

Astronomia est certa lex & regula superiorꝫ corporū magnitudines & motus cōsiderans. Corpora autē superiora cœlos & astra intelligāus. DIS. Cur igitur potius astronomia ab astris & non a cœlis nomen accepit? MAG. hoc ideo factitatū arbitrare: quoniā astra sunt nobis cœlis notiora (quia visibilia) nosq; in noticiā cœlorum facile ducentia. a notioribus autem denominatōem fieri cōmunissimum est. Aut etiam quia doctissimi omnes spheras mūdi/astra nō nunq̄ solent appellare. uti videre est libro 2. de docta ignorantia Cardinalis Cusę. DIS. De nomīs origine/hac tua rōne psuasus/tecum sentio. Sed quisnā mortaliū primus hanc cognouerit: ędicito? MAG. Nōnulli gręcorꝫ Athlantē quendā primū Astronomię fuisse inuētorē volūt & ea de causa Poetæ istam opinionē insinuare volentes: Athlantem gigantē esse maximū/qui capite in uno polorꝫ & pedib⁹ in reliquo manu dextra in oriente ac sinistra in occidente cœlum sustineat. De hoc diuus Augustinus de ciui. dei li. 18. sic ait. Athlas frater Promethei magnus fuisse astrolog⁹ dicit. unū occasionē fabula inuenit ut cœlū portare cōfringeret: q̄uis mons ei⁹ noīe nūcupet: cuius altitudine potius cœli portatio in opinionē uulgi venisse videat. Alij pthoplastū Adam: alij

nychola⁹ de Cusa

Athlas repertor primus astronomię

Augusti⁹

m


Abraam cęteri aūt alios huius scientię inuentores cōiecturāt. Eā tamē a Ptholemeo non mediocriter illustratā & in eo libro cui Almagesti nomen est: cōscripta manifestū est. Moderno aūt tempore a doctissimis mathematicę disciplinę ꝓfessorib⁹ Georio purbachio & Ioanne de mōte regio egregie excultā cognouim⁹. de motibus vero corporꝫ superiorū/ alfonsus rex castellę tabulas edidit & in his nobis ꝑpetuā sui memoriā reliquit. Horū nos dogmata sequi phas est Eum aūt quē ꝓmisim⁹ ordinem seruare erit inutile. Primū itaqꝫ totius uniuersi (quod sphérā dicere possumus) cōtinentiā/unitatē & figuram demonstrabimus. De hic ipsum per partes diuisum in singulis explicabimus.

De definitione sphere & mundi cōtinentia & unitate. Capitulum tercium. DISCIPVLVS.

Sphera

Voniā mundialē machinā spherā dicis: doctrinę ratio expostulat ut spherā definias. MAG. Sphera est transitus circumferentię dimidij circuli/quotiēs fixa dyametro/quousqꝫ ad locū suum redeat unde circūducit. id est sphera est tale rotūdū & solidū quod ab arcu semicirculi circūducto describit. Vł Sphera est corpus solidū unica supficię contētū: in cui⁹ medio pūctus est: a quo oēs lineæ ductę ad circūferētiā ęqles sūt. Pūct⁹ aūt ille centrū sphere/ & linea ꝑ ipsū transiēs atqꝫ extrēitates circūferētię siue periferię applicans axis spheræ/& puncta huiusce linee terminātia poli mūdi dicunt. queadmodū in geometricis dictū est.

Euclides libro xi.





Sphera prima maxima

Prima aūt oīm spherarꝫ maxima/mundi machina tota dicit. Ipsa em̄ in se omnia cōtinet: nec quidquā extra ipām est quod formę mūdi sit susceptibile: sꝫ omne tale tū simplex tū etiā cōpositū in se cōplectit. ideo pfecta est & unica extra quā nlla alia reperitur. Quod facile quidē ꝓbabit si rerꝫ tam simpliciū quā elemētatorꝫ naturas aīaduertas. Omnia em̄ talia ī locis suis naturalib⁹ in sphera contentis sunt locata ut leuia sursum, grauia vero deorsum: & si extra ea fuerīt ad ipa naturalit mouent quod de lapide sursū ꝓiecto & cādela incēsa ac deorsum versa claret. nā lapis in aere nō qescit sed ad terram vers⁹ centrū tendit. Quapropter si aliquod horꝫ extra supremā spherā fuerit hoc contra eius naturā & violenter erit. & per cōsequēs ibi ꝑpetuo nō manebit. nullū em̄ violentū durabit in ꝑpetuū Vnde & Aristoteles asseruit, si extra hūc modū alius esset/ terra ipsi⁹ ad terrā hui⁹ moueret quod nō posset fieri/ nisi a centro versus circūferētiam ascenderet quod tamē est contra terrę & cuiuscūqꝫ grauis naturā. Sūt tamē (ut scripsit idē) extra coelū entia inalterabilia insenescibilia/ impassibilia/optimā vitā ducentia: ꝑ se sufficientissima: quā & toto euo ꝑficiūt a quibus omnib⁹ alijs datū est esse & viuere his quidem clarius/his vero ob-

Mundi perfectio

sic & ignis cādelæ deorsū versę sursum tēdit

Aristoteles

Mundi Vnitas

Idem primo coeli.


scurius. Sed hęc dicēs/nō de conuexa supficie supremę sphere/sed de cō-
cauo orbis Lunę intellexit. Vnde totū q̄d ambitu huiꝰ premit / spherā
gñabiliū & corruptibiliū dixit. totū vo superiꝰ/cōtinēs & cōtentū inge
nerabile & incorruptibile credidit. DIS. Vis ne aliud nomīe orbis/
aliudue nomīe sphere significare? MA. Volo eqdē. nā spherā unica
supficie dixerā cōtineri/cōuexa sc3. orbis vo duabus: conuexa & cōcaua
cōcludit. queadmodū ānulus.

De figura sphere siue machinę mūdi. C. iiij. DIS

X his te mundū unū ex omni materia formę mūdi susceptiua
cōpositū/atq; figura esse sphericū aut rotundū affirmare intel-
ligo. MAG. Sane intelligis. unitatē quidē pbauimꝰ conse-
quēs est ut & figurā ostēdamꝰ. DIS. Optime. MAG. Mūdi figurā
esse sphericā/ similitudo/ cōmoditas & necessitas cō cludūt. Sil'itudo qdē
Factus est em̄ mūdꝰ sensibilis ad sim̄l'itudinē & exemplar mūdi ītellect
ualis archetypi & ideæ mētis diuinę: in q̄ nec est principiū nec finis sicut
& in figura spherica. Vñ Boetiꝰ. Tu cūcta supno ducis ab exemplo pul-
chrū pulcherriꝰ ipē mūdū mēte gerēs/sil'iq; imagine formās. Cōsentiūt
Plato & Mercurius trimegistus. Cōmodū etiā fuerat
ut corpus q̄d in se cōtinet oīa/ oīm figurā haberet ca-
pacissimā. hęc aūt est figura spherica. ut in mathemati
cis dictū est. Necessitas aūt mox apparebit. nā si mūdꝰ
esset figurę planę aut angularis: sequerent̄ īpossibilia
& sensui cōtraria. impossibilia qdē. nā cū mūdus con-
tinue moueat̄ aliqua loca relinqrent̄ vacua & aliqua
sine locis corpa. q̄d patz facile in figura p̄ effigiata. Sē
sui etiā seqrent̄ cōtraria. videlicz q̄ Sol aut alia q̄uis
stella in una cœli pte nobis esset ppinquior q̄ in alia:
& in pte ppinquiori maior/in remotiore vo appare-
ret minor: cuius cōtrariū visus indicat. nec valet si de
sole in ortu existēte obijcias. nā is tūc qñq; maior appa
ret/ ppter vapoꝝ grossoꝝ interposicōz. queadmodū
denarius piectus in aquā. uti demōstratiōn sēsibili pa
tebit in pspectiua ubi id deducet̄.

Figura mū di pbatur spherica
Sil'itudin e
cōmodi-tate
necessita-te
Boetiꝰ de cōsola. li. 3. metro. 9





De machinę mūdi ptitiōn. C. v. MA.

T qdē hęc de mūdi unitate cōtinētiā & figu-
ra sufficiāt. Cōseqnt̄ ne tibi fastidiū lōgis s3monibus ingerā.
stilū ad eius pticōem vto. DIS. Quomodo igit mundū di
uidis? MAG. In ęthereū & elemētarē. Rurus ęthereus in cœ
los undecim ptit. q sunt Cœlū empyreū. Decimū q̄d primum mobile di
cunt. Nonū q̄d secūdū mobile. & Octauū q̄d cœlū stellatū siue firmamē
tū appellāt Sub q̄ cœli Planetaꝝ septē ponunt̄. Saturni sc3 Iouis. Martis
Solis. Veneris Mercurij & Lunę quāq; Egiptij plato quoq; & Aristote
les Solē lunę pximum collocēt. nōnulli vero situm planetaꝝ incertum

Mundi Diuisio



ASTRONOMIA
POLVS ARCTIC9
ATLAS
ORIES
OCCIDES
Celum Empireum
Primum mobile
Celum aqueum
Firmamentum
Saturni
Iouis
Martis
Solis
Veneris
Mercurii
Lune
POLVS ANTARTIC9

esse fatentur. Et antiqores fere oẽs supra octauã spherã nullã aliam esse arbitrati sunt. Mũdus ṽo elementaris in q̃ttuor spheras videlicʒ ignis: Aeris Aquę & Terrę scinditur: ut prętacta admonet descriptio.

De numeri cœlorꝝ demõstratione. Ca. vi.

DISX quibus undenariũ cœlorꝝ numerꝝ concludere potes. MAG: Pl̃alitatẽ spherarꝝ (ut aiũt) gñatiõm atqꝫ corruptiõm diuersitas arguit. nã idem inq̃tũ idẽ nõ est natũ nisi facere idẽ. iõ pleriqꝫ naturales septẽ cœlos Planetarꝝ. firmamẽtũ atqꝫ nonũ cœlũ ponunt. q̃d & ipsi primũ mobile appellãt De decimo ṽo cœlo mobili a moderniorib⁹ discrepãt: q alti⁹ speculãtes / ipm ponendũ & primũ mobile dicẽdũ esse / rationib⁹ affirmãt. Nã expiẽtia cognitũ est aiũt firmamentũ seu octauã spherã trib⁹ circũuolui motib⁹. quorꝝ prim⁹ est ab oriẽte occidẽtẽ versus: ad motũ primi mobil' sup polis mundi. & ꝯplet̃ in spatio nãlis diei. Secũdus est huic ꝯtrari⁹ ab occidẽte scʒ in ortũ scd'm successionẽ signorꝝ ad motũ nonę sphereę in. cc. annis gradu uno & .28. minutis fere & sic in .49000. ãnis tot⁹ pficit̃. & mot⁹ Augiũ & stellarꝝ fixarꝝ dicit̃: q̃ scʒ motu stellę fixę q̃ sũt in firmamẽto variant̃ de signo in signum respectu Zodiaci primi mobil'. vñ pleiades stellę fixę q̃ iuxta figuratõʒ sunt in capite tauri in firmamento / respectu zodiaci sup̃ioris sunt in .22. gradu tauri. & de aliĳs. Terti⁹ motus trepidatõis. q̃ scʒ octaua sphera mouet̃ sup duobus circul' p̃uis: quorꝝ poli sunt capita Librę & arietis nonę sphereę. Et semidyameter illorꝝ circulorꝝ est gradus quattuor / minuta .18. & secunda .43. & ille motus accessus & recessus nominat̃ in .7. millib⁹ quoqꝫ annis cõplet̃. & solus octauę spherę ꝓprius est: q̃a unius corporis nãlis tm̃ est unus motus scd'm naturã. ratione illius motus stellę fixę nõ semper ęque distant a polis ĩmobilib⁹ primę spherę. Sic nec ecliptica firmamenti semper est sub ecliptica ĩmobili: imo freq̃ẽter est extra eam. nec stellę fixę semper in temporibus ęqualibus ęque distant a capitibus arietis & libræ eiusdẽ primi mobil' / sed videt̃ moueri nunc ṽsus orientẽ nũc ṽsus occidentem: nunc tardius nunc veloci⁹. Ptole. nãqꝫ motas reperit in centum annis uno gradu. aliĳ sequaces & posteriores inuenerunt motas in 66. annis uno gradu. Sensibili demonstratione patent hęc in corpore sphe rico pro motu octauę spheræ ordinato. Omnis autem motus conueniens alicui pręter naturam (ut motus primus & secundus octauę spheræ) cõuenit alteri secundum naturam & non inferiori: quia illa in superiora nõ influunt: igit̃ superiori. Sic fit ut motus secundus qui octauæ spheræ est preter naturã / sit nonę sʒm naturã: & motus primus / qui octauæ & nonæ spheris est preter naturã: decię siue p̃rio mobili sit secũdum naturã. Hi igit̃ motus oẽs / cum nõdum a veterioribus essent cogniti ad noticiã / aliĳ nec quidẽ nonæ / aliĳ vero decimæ spherarꝝ non dæuenere. cũ hi cœli / q̃a stellis carẽt visu nõ possunt deprehẽdi. nec ratiões p̃missę ꝯcludũt demõstratiẽ. fieri em̃ potest ut mot⁹ diurnus toti cœlesti machinę sit cõis; motus vero renisiõis octauę spherę sit ꝓprius ab alio

motus firmamenti triplex

motus augium

Ptholemeus

tamē causatus motore. pariformiter opponi posset de motu trepidationis. DIS. Relictis igitur istis naturas cœlorum explana.

De naturis & influētijs oīm cœlorꝶ. Ca. vij. MAG.

dinem mouetur secundum successionem signorum: & in decem & nouem mensibus solaribus fere semel reuoluitur. In latitudinem vero mouetur motu duplici. uno quidem: ut epicicli dictorum: quo una epicicli medietas versus austrum: reliqua vero versus Aquilonem a deferente declinet. Ideo hic motus inclinationis siue declinationis dicitur: quia dyamiter augis veræ & oppositi epicicli a superficie deferentis declinat/& eam secat. Hæc declinatio maxima est circa nodos: ubi deferens & æquans se intersecant: & nulla in auge vel opposito æquantis. Vnde centro epicicli ab auge æquantis recedente usque ad oppositum eius: aux epicicli versus aquilonem declinare incipit: & oppositum augis epicicli versus meridiem. Rursum centro epicicli ab opposito augis æquantis recedente/aux epicicli versus meridiem: & oppositum eius versus austrum declinare incipit: donec centrum epicicli ad augem æquantis venerit. oppositum fit in Mercurio. Ex his patet: cum deuiatio deferentis est maxima/epicicli declinatio est nulla: & econtrario. Reliquo vero motu (qui reflexionis dicitur) super axe per epicicli augem: & oppositum transeunte reflectitur. ita ut pars epicicli dextra versus austrum/sinistra autem versus aquilonem a superficie deferentis moueatur. Dexteram dico quæ post augem epicicli est secundum signorum successionem. Reflectio hæc nulla est centro epicicli existente circa dictos intersectionis nodos deferentis & æquantis. ipso vero recedente ab ea intersectione quæ caput dicitur versus augem: pars sinistra siue orientalis in venere ad aquilonem: in Mercurio ad austrum reflectitur. recedente autem centro epicicli a cauda versus oppositum augis æquantis dicta medietas in venere ad austrum: & in Mercurio ad aquilonem reflectitur DIS. Ex dictis colligo quadruplicem epicicli motum. primus: quo mouetur in longitudinem ab occidente versus orientem/portans in parte superiore Planetam directe ab occidente ad orientem secundum signorum successionem scilicet de Ariete in taurum: de tauro in gemini & sic de aliis. In inferiore autem parte retrograde ipsum planetam ab oriente versus occidentem contra successionem signorum deferens. Secundus: quo ad deuiationem deferentis in latitudinem nunc ab ecliptica/nunc ad eam declinat. Tertius: quo per se a superficie plana deferentis planetam versus eclipticam/aut ad eadem inclinat. Quartus quo pars orientalis nunc ad austrum/ nunc aquilonem reflectitur. MAG. Hic epilogus te & diligenter auscultasse & non parum in theoreumatibus astronomiæ profecisse iudicat: Lucide equidem epicicli motum non omnibus intelligibilem explanasti. Axes dictorum motuum enumera. DIS. Axis primi motus/polos suos versus austrum & aquilonem protendit & axi eclipticæ quandoque æque distabit: tunc scilicet cum declinatio est nulla: cum vero declinat epiciclus ab ecliptica/hic axis in una parte ab axi eclipticæ eleuatur & in altera ad eam descendit. Motus deuiationis proprium axem non habet: quia fit ad deuiationem deferentis. Axis autem inclinationis siue declinationis axim motus longitudinis orthogonaliter secat: & longitudines medias epicicli transit. Ideo poli eius orientem & occidentem ver-

motus inclinationis

motus reflexionis.

motus epicicli quadruplex

Primus

Secundus

Tertius

Quartus

Axes motuum epicicli

sus ptēdītur. & semp dū centrū epicicli extra intersectiões æquantis & deferētis fuerit hic axis supficiei ecliptice eq̄ distabit. Axis vero reflexionis orthogonaliter p intersectõem duorū dictorū axiū trāsit. & polos suos versus augē & oppositum augis epicicli ptendit. Patet itaq̧ quomodo hi tres axes in cētro se intersecant: quēadmodū tres lineę per longum latū & pfundum corporis transeuntes: p quas differētias positionis designamus. Apparet etiā axem reflexionis sup axi declinatõis inclinari: & axē declinatiõis sup axi reflectiõis reflecti. Insup & hos ambos si in epiciclo fixi essent: sup axe lõgitudinis circulariter rotari. Verūtñ quadripartitus hic epicicli motus / tantū in venere & mercurio reperit: nā in Saturno Ioue & Marte epiciclus duas tm̄modo habet: latitudinē unā / q̄ per ecentricū ab ecliptica distat: alterā qua superficies plana epicicli a superficie plana deferētis qñq̧ declinat. In Luna aūt dūtaxat latitudo prima q̄ est per deferentē inuenit, nā superficies plana epicicli ipi⁹ a deferente nusq̄ declinat. Et ad saluādos hm̃oi mot⁹ / qdā paruos circlos epiciclum includētes imaginantur ad quorum mot⁹ hę varietates cõtingūt.

motus veneris

Venus (quę & φωσφορος) omnia zodiaci signa fere ad motum solis p currit. Et ē una de. 37. partibus terrę.



De cœlo secundo quod est Mercurij. Capi. xxxiij. MAG.

QVod subest cœlū scdm Mercurij est: in superficie cõcaua cœli tertij cõtinet / & in orbes quinq̧ & epiciclū partit: habet em̄ duos orbes inæq̄lis spissitudis: quorū superficies cõuexa supmi: & cõcaua infimi mūdo cõcētricę sunt: supficies vo cõcaua supmi / & cõuexa infimi mundo sunt ecētricę: sibiipis tñ cõcētricę & harū centrū (q̄d etiā cētrū parui circuli noĩamus) a cētro eq̄ntis tm̄ / q̄ntū centrū ęquātis a centro mūdi distat. Et vocant hi duo orbes augē ęquantis deferentes. Mouent aūt sup polis zodiaci ad motū octauę sphęrę. Inter hos extremos sunt alij duo orbes similiter inęqualis spissitudinis: quorū superficies cõuexa superioris & cõcaua inferioris idē centrū cū centro pprio p̄dictorū orbium habēt: id ē cētrū pui circli. S; supficies cõcaua supioris & cõuexa iferioris idē centrū hñt cū orbe q̄nto inter ipos incluso: q deferēs mercurij dicit. hi duo

orbes (q̊s ad drīam dictoꝶ nigros fieri volumꝰ) vocāt augē ecētrici deferētes. & mouēt sup cētro pui circli ꝯtra successionē signoꝶ sup axe: qn̄ cꝫ axe zodiaci eq̄distāti & cētꝶ pui circli trāseūte eadē velocitate / q̄ linea medij motꝰ solꝭ sꝫm successionē signoꝶ voluit. hoꝶ orbiū motu fit / ut centꝶ ecētrici siue deferētis epiciclū / circūferentiā q̄ndā pui circli describat: & hᶜ circūferentia p cētꝶ ęq̄ntis ibit: & cētꝶ ꝓpriū extremoꝶ orbiū includit: q̊ & ꝓ suo utit. Orbis aūt epiciclū deferēs mouet su p cētꝶ ęq̄ntis ī lōgitudinē sꝫm successiōeꝫ signoꝶ eadēvelocitate cū linea medij motus solis: ut de venere dictū est. In latitudinem vero mouet quemadmodum veneris deferens: hoc dempto / cꝫ medietas eius in qua epiciclus est semper versus austrum ab ecliptica declinat: cuius oppositum in vene-



re reperit. DIS.epiciclus ei⁹ quō mouet̄? MAG.ut epicicl⁹ veneris In q̄ttuor tm̄ mensib⁹ Solaribus fere unā reuolutō₃ in lōgitudinē super centro suo pficit. Q uedā alia latent in motib⁹ Mercurij/q̄ hic relatū iri locus nō est. Planeta ṽo Mercuri⁹ oīa signa ȝodiaci fere ad motū solis pagrat. Est aūt Mercuri⁹ (q̄ & Stilbō) una pars de.32. mille ptib⁹ terræ

mot⁹ mercurij.

De cœlo primo quod est lunę. Ca.xxxiiij. DIS

Estat ut cœli primi q̄admodū ceterorꝶ ꝯfiguratō₃ & motū ostēdas. MAG Cœlū primū q̄ lunę est (eo q̄ p̄ter lunā in ip̄o nulla stella sit) totū in sup̄ficie cœli secūdi cōcaua ꝯtinet̄. & in orbes 4. & epiciclū diuidit̄. hēt nāq₃ in primis tres orbes sicut sol in figuratiōe dispositos. ultra hos hēt unū orbē mūdo ꝯcētricū/p̄dictos tres ambiētē q̄ deferēs caput dracōis dicit̄. insup & epicicl₃ hēt p̄fūditati medij primorꝶ triū orbiū īmersū: i q̄ corp⁹ lunę figit̄ & mouet̄. ut h' subiecta manifestat d̄scriptō DI. p̄spicua atq₃ clara est h' orbiū lunę distinctio. nūc mot⁹ ip



soꝝ pandas. MAG. Orbes duo augē ecentrici deferentes mouentur sup centro mundi & axe ꝓprio/axem zodiaci in centro mūdi intersecan te/cui⁹ poli a polis zodiaci qnq; gradibus inuariabiliter declinant. Est autē is motus ꝯtra successionē signoꝝ/ultra motū diurnū in die naturali gradib⁹.xi.& minutis.xij.fere. Orbis vero epicyclū deferēs mouetur sꝫm successionē signoꝝ singulariter sup centro mundi: ita ut tali motu centꝝ epicycli gradibus.xiij.&.xi.minutis fere quotidie moueat̄. Axis autē huius motus p suū ꝓpriū centꝝ scꝫ deferētis trāsiens/axi augē deferentiū equedistāter moueť. sic centꝝ & poli eius circa centꝝ & polos augē deferentiū circūferētias describunt cōtra successionē signoꝝ. et poli eius a polis augē deferentiū describūt sꝫm ecentricitatis qūtitatē. Aux vero hui⁹ orbis non semp est sub ecliptica: sed aut versus austꝝ aut aqlonē declinat: queadmodū in alijs dictū est. Nec superficies deferētis ab ecliptica sup dyametro mundi semp equaliter secat̄. Orbis vero quart⁹ hos tres ambiens moueť sup axe zodiaci circa centꝝ mūdi cōtra successionē signoꝝ omni die naturali tribus minutis fere: secū tali motu totū cœlum lunę ex dictis tribus orbibus cōstitutū quos ambit: circūducēs Illo mtou fit ut poli augē deferentiū circa polos eclipticę circūferentias describant. Epiciclus vero lunę moueť circa centꝝ suū corpus lunare sibi infixū in supiore pte cōtra successionē. In īferiori ꝟo sꝫm successionē signoꝝ deferens: nōnulli ꝟo Sapientū ultra hoc corpus lunare circa cētrum ꝓpriū moueri dixerunt. Et ex eo motu maculā in luna apparentē nunc sursum nūc deorsum apparere arbitrant̄. DIS. Lucide q̄d volebā dissertasti, omīa eq̄dē in p̄missa orbiū descriptiōe oculis subijciuntur Restat tñ ut quid per caput caudāue draconis accipiendum sit edicas.

motus orbiū Lunę

mot⁹ epicicli Lunę

MAG. Deferens epicyclū lunę/ab ecliptica declinans ipam eclipticā in duas intersecat ptes. Duæ itaq; fiunt intersectiones: quaꝝ una caput/altera vero cauda draconis appellatur: eo ꝙ istac intersectione quasi draconis figura eleuatis scꝫ cauda & capite ventre depresso videatur. ut hęc ostendit cōfiguratio. DIS. Plane. Sed cum similes sint intersectiones utreq; q̄ caput potius quā cauda appellāda sit ꝑspicuū non est. MAG intersectionū ista in qua cum centꝝ epicicli fuerit ꝟsus aqlonē ire incipit caput: opposita vero/cauda appellāda est Mouentur autem virtute orbis exterioris in cœlo lunæ ultra motum diurnum versus occidentem trib⁹ minutis fere. ut dictum est. & ita totum zodiacum in.21 annis fere perambulant. Luna vero zodiacum in.28 diebus pene totum percurrit. Et cōtinet luna unam de trib⁹ partibus terræ Q uidā tñ planetas nō aduersum mundū moueri sed celeritate mundi quā sequi non poterunt preteriri inaniter contendunt. Dictos orbes omnes motibus suis symphonias causare dulcissimas: Ambrosius in hexaēeron libro.2. ca.ij. &

Caput & cauda draconis

motus lunę q̄ntitas eiusdem



opinio de concentu mundi.

Aristoteles in li. de coelo & mūdo negāt. q͂a non audimus. Aliorū autem p̄rimi nō mō concentū orbiū astruunt/ sed ex proportiōib⁹ ipsorū oēm musicę vim venant. Vnde inter Firmamentū & Saturnū tria semitonia inter Saturnū & Iouē semitoniū: inter Iouē & Martē semitonium: inter Martē & Solē tonum: inter Solē & Venerē tria semitonia: inter Venerē & Mercuriū semitoniū: inter Mercuriū & Lunā semitoniu: & a luna ad orbē terræ tonū cōstituunt. sic a terra ad Firmamentū septē tonos colligunt: qui est uniuersitatis numerus. Sic & hoīem q est microcosmus q̄ttuor elemēta cū trib⁹ animę viribus p̄ficiunt. Et pro cōfirmatōe suę positōis q̄ntū ad cōcentu Dn̄m in testē adducunt dicentē ad Iob. Cōcentū coeli dormire quis faciet? Quod autē nobis nō audit: eo esse aiunt: q͂a extra aerē nostrū fiat. sed fortasse sonus p̄ter aerē nō fit: aerē autē elementarē aut aliū inter orbes cęlestes esse/ phisica ratio nō admittit: nisi de eo dicatur sicut de aquis supercoelestibus. ut sup ra visum est.

Aristote




De macula Lunę & eius illuminatione. Capitulum. 35. DIS.


Vnari corpi inesse maculā paulo an̄ cōmemorabas: hanc un̄ cōtraxerit: aut quare nunc lumīe augeatur/ nunc deficiat ædicito.

MAG. Quod in sup̄ioribus de stellarū natura disseruimus/ nō modo de stellis fixis/ verū etiā de oībus planetis (Sole dempto: qui per se est lucidus) intelligendū est. Corpus itaq; lunare cū inæqualis sit densitatis & raritatis/ solares radij in ipso inęqualiter incorporant. Eapropter partes densiores/ lucidiores: rariores vero obscuriores fieri necesse est. DIS. Obscuriores itaq; partes per maculam lunę intelligis?

MAG. Scite. Quod autē de augmento & defectu luminis lunę quærebas: ex accessu & recessu a Sole accidit. unde cū in eodē gradu Soli cōiuncta fuerit/ medietas eius superior versus Solē respiciens illuminatur nobis vō mīe apparet. cū autē a sole recedere incipit: sp̄ magis ac magis in p̄tibus a nobis visibilib⁹ illuminat: donec ad gradū solis oppositū p̄ueniat: tūc em̄ plena luīe & tota a nobis illūinata videt (nisi eclipset) a q̄ rursus recedēs in luīe quo ad aspectū nostrū minuit donec eidē rursus cōiugat. sc̄m hoc diuersa sortit noīa Dicit. n. Conoides. i. cornicularis. Dicotomos. i. dimidia. Amphikyrtos. i. gibberosa. verū tn̄ cū corpus Sol' multo mai⁹ sit corpe Lunę/ sol lunā plus q̄ p medietate illūinat, ut patet ex. 22. p̄rię p̄spec. Luminosū aūt æquale umbroso/ p̄cise medietatē ūbrosi illūinat: sicut luminosū minus ūbrosi p̄tē minorē irradiat. Rursū fit ut Luna q̄nto Soli p̄pinqor/ tāto magis illuminat. Vmbra q̄ causat lūinoso maior opacū min⁹ illustrāte dicit Conoides. q̄ autē ab opaco maiore lūinoso/ miore ipm ir-







irradiāte/dicit Calathoides. Et q̄le aūt lūīosu₃ sup ęquū opacū cū inciderit. fit umbra chilyndroides. DI. Hui⁹ etiā si in prōpto ē cām addas. q̄re luna a Solis ꝯiūctōe recedēs q̄nq̄ citi⁹ nōnūq̄ ꝟo tardia nobis appeat.

MAG. Huius astroꝝ periti triplicē volunt esse cām. Primā dicūt esse obliq̄tatē zodiaci & horizōtis. Nā si sit cōiunctō sub ecliptica in medietate/q̄ est a fine sagittarij ad finē geminoꝝ: tūc cū₃ sol occidendo in horizonte fuerit/p̄res gradus erūt in circulo reuolutōis lunę a luna ad horizontē q̄ꝫ de zodiaco a luna ad solē. Ideo in climatibus septentriōalibus citius videri poterit q̄ꝫ si in alia medietate esset. Scd'a cā est latitudo Lunæ ab ecliptica. si em̄ post cōiunctōem in latitudinē septentrionalē mouebit: iterꝫ citius a nobis videri poterit q̄ꝫ si in latitudinē meridionale₃ moueret. Tertia est volūtas motus lunę. cū scilicet in sup̄iore epicicli parte fuerit. Cū igit̄ om̄s dictę causę cōcurrerint/ luna vetus & noua in eodē die apparebit. Si ꝟo duę tm̄ inueniant: in scd'a die post cōiunctōem videbit. Si una tm̄/in tertia die apparebit. & si oīm oppositū ꝓueniat/in 4. die videbit. DIS. Obsecro ne graueris lunę eclipsationē/ cuius paulo ante memineras paucis dilucidare.

De Eclipsibus luminaribus. Capi. xxxvi. MAG.

Eclipsis (uti in ꝓposito sermo de ea est) priuatōem luminis astri significat: q̄ in diuersis diuerse cōtingit. Vn̄ eclipsis in stellis fixis (ut sup̄ dixim⁹) ꝑpt̄ p̄sentiā maioris luminis scz solaris accidit. Nōnunq̄ ꝟo ꝑpter diametralē corpis Solaris aut Lunaris interpositionē inter visū nr̄m & astrꝫ fixum siue etiā erraticū ꝓuenit: p̄ter hoc q̄ terra nobis sp coeli medietatē occultat. In luna ꝟo (de q̄ ad p̄sens) eclipsis ꝑpter diametralē terrę interpositōem inter solē & lunā/cōtingit. tunc enim umbra terrę pyramidalis/ lunæ spherā transiens/ usq̄ ad coelū Mercurij (ut aiunt) pertingit: & corpus lunare in se totum aut particulariter claudens lumīe solis priuat & obfuscat. Accidit aūt hoc cū luna in opposito solis est. & nec tunc semp. q̄m sole semp sub ecliptica ambulāte/luna nō nunq̄ ꝟsus aq̄lonem aut austꝝ declinat. & deferens lunę deferentē solis in duabus ptib⁹ oppositis (ut sup̄ visu₃ est) intersecat. ob id nisi ambo hęc luminaria in his intersectionibus aut ꝓpe fuerint terra nō diametraliter interponit: & umbra eius corpus lunare nō includit: nec lumē Sol ꝟsus ip̄m proijci ꝓhibet. DIS. Quid causę est cū omi nocte terra diametraliter inter Solē & q̄sdā ex stellis fixis interponat: ob id tū huiusce modi stellæ mīe eclipsant? MA. Causa ex dictis patet. q̄a umbra terrę ad stellas fixas nō ptingit: & ut multis placet spherā Mercurij nō trāsit: illud autē ꝓpter solis magnitudinē/orbiū spissitudinē eorundē q̄ꝫ lōgam a terra distantiā & terrę puitatē cōtingit. DIS. Hanc orbiū a se inuice₃ & terra distantiā silētio haud transeas. MAG. Distātia a superficie terrę ad sup̄ficiē concauā orbis lunæ (ut q̄dā scripserūt) est miliarium. 107412. Distantia vero a terra ad superficiem conuexam orbis lunæ & concauam Mercurij est miliariorū. 208542. Ad conuexam Mercurij


Eclipsis.

Eclipsis Lunę.

Orbiū & terra distātia

& cõcauã veneris .542750. Ad cõuexam veneris & cõcauã Solis 3640000. Ad cõuexam Solis & cõcauã Martis.3965000. Ad cõuexã Martis & cõcauã Iouis.28847000. Ad cõuexã Iouis & cõcauã Saturni.46816250. Ad cõuexã Saturni & cõcauã firmamenti.65357500. Et est quãtitas dimidij dyametri circuli singulorũ. Dyameter tota est 130715000. Circũferẽtia est.410818571. Cõtinet aũt miliare cubitos.3000. Ex his orbiũ spissitudo facile colligit: & q̃d de q̃ntitate stellarum in superioribus dictũ est credibilius redditur. Continet em̃ Sol terram centies sexagies sexies & tres eius octauas. Terra autem continet lunam trigesies nonies & insuper fere quartam eius Sol autem maior est luna sexies millies/sexcenties quadragies quater. & insuper eius continet medietatem: uti videre est in quinto Almagesti Ptholemei. Distantia autem Planetarum a terra non semp est eadẽ: propter ecentricitatẽ deferentis & epicyclorũ q̃titates. Propior est igit planeta terræ ĩ inferiori pte epicycli circa oppositũ augis: & remotior in superiore parte epicicli & augem deferentis. Sed

Miliare



hęc ad pręsens sufficiant: nec ego iam dicta verificaui/sed ab aliis posita recitaui: ceteris de eadem re opinionibus ptermissis. DIS. hęc simul & iocunda sunt & miranda: ex quibus Creatoris mira & inexhausta relucet & sapienia & potentia. Sed ne his diutius imorari negligamus alia ad reliqua tuum vertas sermonem. & eclipsis Solaris possibilitatē ostendas. MAG. Solaris eclipsis causatur propter dyametralē Lunę inter Solem & visum nostrum interpositōe ẽ. Quod nō nisi in nouilunio potest cōtingere: nec tamē in omni. Sed cum in vl circa caudam aut caput fuerint cōiuncta: & cū precise in cauda vel capite cōiungunt, potest contingere eclipsis Solis uniuersalis: sed non in omni terra: pter aspectus diuersitatē. Vñ Augustinus libro tertio de ciuitate Dei. de eclipsi Solis facta dum Dominus crucifixus est ait Quā Solis obscuritatē non ex canonico syderum cursu accidisse/satis ostendit/q tunc erat Pascha Iudeorum. nam plena luna paschę solennitas agitur. Regularis autē Solis defectio/non nisi in Lunę fine contingit. Aliud vero quod eandē eclipsim contra naturam accidisse arguit: est quia fuit uniuersalis in tota terra.

Eclipsis Solis:

Augusti9 li. 3. c. 5.

De significatione terminorum tabularum Astronomicarum. Capitulum. xxxvij. MAG.


Peculationibus Astronomię quorundam terminorum in tabulis motuum occurrentium rationes annectere operepreciũ est ne in his demum te erroris caligo inuoluat. Sunt autem hi termini (ut rem breuius ędicam) Aux: oppositum Augis: Equatio & c̃ iis. Hi autem aliter in Sole: aliter in Luna: & aliter in reliquis accipiuntur Planetis. DIS. Inprimis igit ipsos ut in Sole accipiũtur edicas. MA. Aux in Sole dupliciter accipi solet. In prima scilicet significatione & secunda. Aux Solis in prima significatione est punctus circũferentię ecentrici/maxime a centro mundi remotus: qui etiam longitudo longior dicitur. Punctus vero oppositus/oppositum Augis siue longitudo propior nominatur. Linea autem per hęc duo puncta & centrum mundi & centrum deferentis extensa/linea Augis vocatur. Ex his longitudinē mediam facile intelliges. Est enim pūctus inter augem & oppositũ augis in deferente determinatus/per lineam a centro mundi exientem quę cum Augis linea rectos angulos facit. Sed aux Solis in secunda significatione est arcus zodiaci ab ariete secundum successionē signorũ usq ad lineam augis cōputatus. Linea aũt medij motus/est linea a centro mundi ad zodiacum extēsa/lineę a centro ecentrici ad centrũ Solare ptractæ ęq̃ distans. Medius autem motus Solis est arcus zodiaci ab ariete secundũ successionem signorum usq ad hanc lineam computatus. Sed linea veri motus Solis/est linea a centro mundi per centrum corporis Solaris ad zodiacũ extensa. & vus Solis mot9: est arcus zodiaci ab ariete & c. usq ad hāc lineā supputatus. Arcus vo zodiaci inter has duaa lineas veri scilicet & medij motus Solis ęquatio dicitur. Arcus aũt inter lineam augis & lineam medij motus Solis Argumentũ nominat, & hęc singula in

Aux. Sol.

Oppositũ augis.

Linea augis.

subiecta oculis videre poteris descriptione. Trāseamus ad terminos lunares DIS. Transi.



De terminis tabularibus Lunę. Ca. xxxviij.

MAG. Vx in luna tā in prima q̄ȝ secunda significaōn: siľr linea augis & lōgitudines medię accipiunť queadmodū in Sole. Epiciclus tñ lunę spēales hēt auges. DIS. q̄ sūt istę? MAG. Aux media epicicli est pūctus circūferētię epicicli quē ondit linea a puncto diametraliť opposito centro ęcētrici in circľo paruo p̄ centrū epicicli ducta. Sȝ aux epicicli vera/est pūctus eiusdē circūferētię: quē linea a centro mūdi p̄ centrū epicicli ducta indicat. linea aūt medij motus lunæ/ est linea a centro mūdi per centrū epicicli ad zodiacū ptracta. Sed linea veri motus lunę /est quæ a centro mundi p̄ centrū corporis lunæ ad zodiacum extenditur. Medius



Aux media epicicli est punctus a
Aux vera epicicli/est punctus b
Argumentū medium lunę/est ar cus a d in epiciclo.


Argumentū verū lunæ/est arcus b d in epiciclo.
Aequatio centri / est arcus e inter a & b

Successio signorum/est ab ariete versus augē lunæ iterum rediens in arietem

& verus: motus eius sumunt̃ sicut in Sole. Arcus autem inter lineas medij & veri motus interiacens ęquatio argumẽti lunę est. Argumentũ vero Lunę duplex est: medium scilicet & verum. Argumentũ lunę mediũ est arcus epicicli ab auge epicicli media secundũ motum centri corporis lunaris usq; ad idẽ centrũ lunare. Sed argumentũ lunę verꝫ ab auge epicicli vera usq; ad centrũ lunaris corporis calculat̃. Centrum aũt lunę est distantia lineę medij motus lunę/ab auge ecentrici secundũ successionem computata. Et hęc distantia longitudo duplex/siue duplex intersticium quandoq; appellatur. Arcus autem epicicli inter argumentum mediũ & verũ interiacẽs ęq̃tio centri dicit̃. Distãtia ṽo lineę medij mot⁹ Lunæ a linea medij motus Solis secundũ successioneꝫ signorꝫ media vocat̃ eorum ęlongatio. Prędicta omnia hęc pretacta ostendit configuratio. Medius autem motus capitis draconis est arcus zodiaci ab initio arietis cõtra successionem signorum ad lineam ęgredientem de centro mundi p̱ caput. Arcus autem ab ariete ad hanc lineam secundum successionem est motus verus. similiter dicendum est de cauda. videamus reliqua. DI. dum in motu est calamus/auscultare magis quam inquirere licet.

De terminis tabularibus in reliquis planetis. Capitulum. tricesimum nonum. MAG.

Vx ecentrici: oppositum augis: linea Augis: & longitudines medię in reliquis Planetis eodem modo sumuntur. Epiciclus vero Augem habet specialẽ. DIS Quæ est ista? MAG. Aux epicicli media: est punctus epicicli per lineã a centro ęquantis per centrũ epicicli ducta designatus. Sed aux epicicli vera: est punctus epicicli qui per lineam a centro mũdi p̱ centrum epicicli ductam ostendit̃. Linea autem medij motus epicicli: est linea quę a centro mundi ad ʒodiacũ ꝓtrahitur. Lineę a centro ęquantis p̱ centrũ epicicli ductę ęq̃ distans: Sed linea veri motus epicicli: est linea q̃ a centro mũdi per centrũ epicicli ad zodiacum ducit̃. Linea aũt. veri loci siue veri mot⁹ Planetę/ est q̃ a centro mundi p̱ centrũ corporis Planetę ducit̃. Medius itaq; & ver⁹ motus in his ab ariete usq; ad dictas lineas eodẽ modo cõputant̃ sicut in Sole. Sed centrum mediũ Planetæ est arc⁹ ʒodiaci a linea augis ad lineã medij motus cõputatus. Centrũ aũt verꝫ a linea augis ad lineã veri mot⁹ attẽdit̃ Arc⁹ ṽo int̃ lineã medij & ṽi mot⁹ epicicli ĩteriacẽs. ęq̃tio cẽtri dicit̃. sic sibĩ ęq̃tio in epiciclo est arc⁹ epicicli augẽ mediã & verã eiusdẽ interiacẽs. Argumẽtum aũt planetę mediũ est arcus epicicli ab auge ei⁹ media s̃m motũ ei⁹ ad centrũ corporis Planetę numerat⁹. Sed argumentũ verũ/ab auge vera ad Planetam computatur. Arcus ṽo inter lineas veri loci Planetæ: & veri loci epicicli interiacens / æquatio argumenti dicitur. Excessus q̃ linea a cẽtro mđi ĩ augẽ longior est/lineę a cẽtro mđi in oppositũ augis diuis⁹ in. 60. p̱tes/minuta ꝓportiõalia dat ꝓpiora. sic excess⁹ dctæ lineæ a cẽtro mđi in augẽ sup lineã a cẽtro mđi in lõgitudinẽ mediã dat minuta ꝓportõalia lõgiora. horꝫ exẽpla oĩm ĩ subiecta descriptõn apparebũt



Aux media epicicli/est punctus a.

Aux vera/est punctus b

Equatio epicicli/est arcus e

Argumentum medium/est arcus a d

Argumentum verum/est arcus b d.

DIS. Sane conspicio: sed unde moti fuere Sapientes tantā orbiū ponere diuersitatē? MAG. Ex eo: nam viderūt Planetas diuersis rotari motibus. Cū aūt unius corpis simplicis sit tantū unus motus: illam diuersitatē nō nisi p diuersos orbes possibilē esse argumētati sunt. Et rursus. qa signa sunt eiusdē longitudinis: & Planeta uno tempe non mouet velocius q̄ alio (qa mot⁹ coeli & oīm ptiū eius regularis est) citius tamen ptransit q̄nq̄ unū signū q̄ aliud. Hoc aūt saluari nō potuit sine orbiū ecētricitate. Cū em̄ Planeta in auge uel circa augē fuerit sub uno signo necessario lōgiorē arcū q̄ in opposito augis ptransibit. unde & Sol nō æquis tēporib⁹ eq̄les zodiaci quartas pagrat. q̄d patz. dies q̄bus percurrit q̄rtas/vernalē Estiualē/autūnalē & hiemalē nūando minus q̄ppe tempis absumit dum est in signis australib⁹ & circa oppositū augis q̄ in aliīs ppter deferētis ecētricitatē. Et amplius vident nōnunq̄ Planetę stare: aliq̄n versus orientē: & q̄nq̄ versus occidentē moueri. Quod sine epiciclo haud facile saluat. Ob has igit causas æcētricos & epiciclos & ex cōseq̄nti orbes ad hoꝝ motus necessarios posuere. Sunt tamen qui hęc omnia alia nituntur saluare via.

De partibus regionis elementaris et primo de Igne. Capitulum quadragesimum. DIS.

Iam credo te oēs Astronomię theorias mihi ī primis necessarias cōplesse. MAG. Ita est. sufficiunt em̄ hę pro introductōn incipiētis. Cū v̄o has plene ītellexeris/altiores latioresq̄ ī libris Ptolemei: Almagesti: theoricis Ioannis purbachij: Thebit: Albategni: Geberi/& aliīs ue de his scribētib⁹ inuenies. nūc ordo exigit ut d̄ cœlestib⁹ ad ptes mūdi elemētaris d̄scēdā⁹. imq̄ regio ignis supior occurrit. Ignis nāq̄ ī modū orbis cœlestis sub ꝯcauo orbis lunę ꝯtinet: & ad motū eius circūducit & rapit. Ex qua cā etiā caliditas ei⁹ augmētat. est aūt talis ignis substātia pura ex materia & forma sua ppria substātiali ꝯpoīta: calida & sicca: clara ac subtil: ut n̄ visū nrm̄ v̄sus astra respicientē phibeat.

De Aere & eius interstiçijs. Capi. xxxxi. MAG.

Sicut aūt ignis ī modū orbis sub cœlo lunę ꝯtinet: ita Aer sub cōcauo orbis ignis locat: q de sui natura substātia pura est & clara calida & huīda. calida q̄dē/ut cū igne sub q̄ locat ꝯcorder. humida v̄o/ut siccitati ignis resistat. hę tn̄ q̄litates in oīb⁹ aeris ptib⁹ nō sūt ęq̄les. DI. et unr̄ hęc puenit diuersitas? MA. ex accn̄ti. diuidit enim aer (q̄ntū ad pn̄tē attinet speculatōz) in tria iterstitia. Quoꝝ supmū ab igne circūrotat: & pl⁹ solito calefit & incēdit. & ī illo impssiones ignite (de q̄b⁹ in nālib⁹) g̃nerant. mediū plus frigidū est q̄m a sphera ignis remotū: n̄ radioꝝ sol reflexoꝝ receptiuū. turbidū/ atq̄ spirituū imd̄oꝝ habitacl'm ut hēt Aug⁹ li. 8. de ciui. dei. c. 22. & li. de agone Christiano. & in solutōn tertię. q. ad deo gratias p̄sbiteꝝ in q̄ ppter sui frigiditatem impssiones aq̄sę (ut grādo nix &c) g̃nerant. Sz iterstitiū infimū huīdū est & calidū: & caliditas ei⁹ p accn̄s augmētat ex reflexiōe scz radioꝝ in terrę supficie. In illo g̃nerant ros & pruina: & q̄dā impssiōs ignite. Hęc

Aer

supmus

medius

Augusti⁹

Infimus

aũt p nũc sufficiãt de aeris dispositõn. In Aquam descendamus.

De dispositione aquę. Capitulũ quadragesimũsecundũ. MAG.

Qua in primordiali reꝝ creatõn ad modũ nebulę tenuissimę to tã terrę circũdedit supficiẽ. & usqꝫ ad supiora ꝓgrediebat. Sꝫ iussu Creatoris firmamẽtũ aq̃s ab aq̃s diuisit: & q̃ sub firmamẽto relictę sũt / in locũ unũ scꝫ terrę ꝯcauitates ꝯgregant. ut terrę aĩantiũ in eiusdẽ superficie possent habitare. Ex tota itaqꝫ terrę & aquę substãtia unũ corp⁹ sphericũ est ꝯstitutũ cui⁹ Philosophi duplex cẽtrũ / grauitatis scꝫ & magnitudĩs assignabãt. Magnitudĩs qdẽ cẽtrũ axẽ toti⁹ sphęrę ex aqua & terra diuidit. & est mediũ mđi. Cẽtrũ ṽo grauitatis extra illud ꝯsistit videlicꝫ in dyametro terrę: q nccãrio maior est q̃ꝫ semidiamet sphęrę ex aq̃ & terra ꝯpositæ. qa si nõ: terra sꝫm nihil sui esset in medio mđi: quo ĩ nãli scientia & Astronomia absurdi⁹ dici vix poterit. Necessitas autem ponẽdi centroꝝ diuersitatẽ ex eo sumit: q terra aq̃s discoopta leuior est q̃ꝫ ps terræ aquis circũdata & madefacta. mox rursus exiccat & leuior fit: ideo cẽtrũ grauitatis ipi⁹ nõ idẽ esse potest cũ cẽtro magnitudĩs eiusdẽ. Sꝫ in diametro terræ magis ṽsus circũferẽtiã & ꝑtem hãc tendit q̃ aquis tegit. Aquæ etiã magis ad hanc prẽ tanq̃ꝫ cẽtro mđi magis ꝓxima ꝯgregant. ex illo ꝯcludit terrã esse in cõtinuo motu locali: quo ꝑtes remotiores cẽtro




grauitatis ei⁹ se aliis ęq̃ri nitunt. Toti⁹ tñ est supficies ꝯuexa: nᶜ aq̃ terrę supficiẽ supgredit / sꝫ in ꝯcauitate eã ꝑ mediũ q̃i diluit & circũdat: sacra attestãte scriptura. Abyss⁹ sicut vestimẽtũ amict⁹ ei⁹. & rursus. terminũ eis posuisti quẽ nõ trãsgredient neqꝫ ꝯuertent opire terrã. Hęc ex naturali sui dispositõn humida & frigida limpida & clara. sꝫ ex vaporib⁹ / variisqꝫ terrestreitatib⁹ (sicut & aer) reddit turbida. In ea sũt diuersa aĩantium gñа: his q̃ in terra repiunt mirabiliora: & maiora. vituli scꝫ canes / serpẽtes / pisces & sil'a. Diuidit aũt tota (nobis saltẽ cognita) ĩ maria plurima. scꝫ in Abyssũ siue mare Indicũ. mare mediterraneũ. mare Arabicũ & mare Hyrcanũ. insup & Pontũ & c. q̃ oĩa (cũ unius eiusdẽqꝫ sint ꝑtes elemẽti) a diṽsis terris / in q̃ꝝ ꝯstitutę sũt termĩs / alia & alia sortiunt nomina: q̃ in Cosmographia lati⁹ ꝯspici pñt eius tñ dispositõẽꝫ ĩfra in descriptõe t̃rę nõ oĩno silentio trãsibim⁹. DI. Rotũditatẽ aq̃ q̃so manifesti⁹ oñdas. videt em̃ hęc & sensui & rõni multũ extranea. MA. Quib⁹dã de ei⁹ rotũditate dubitãtibus tale a doctis obiicit argumẽtũ. Si in littore maris signũ aliq̃d ponit / nauisqꝫ in aq̃ ab eodẽ intm ꝯlõgat donec oculus circa malũ nauis signũ in littore videre nõ possit. adhuc oculus in sumitate eiusdẽ mali ẽx̃s videbit: cui⁹ tñ oppositũ de necessitate cõtingeret: si tumor aquę non resisteret. Nam linea a sumitate mali ad signũ in littore positũ protracta longior est q̃ꝫ linea a pede mali ad idẽ signũ ducta: & ita res (cęteris parib⁹) ꝑ eam minus visibilis est. o iiij

Aquæ

Genesis

Centrorũ diuersitas

Psalmista



Facilius tñ rotunditas aq̃ a figura suarum partiũ sumit. Aqua nãq; corp⁹ eiusdẽ nature in se tota & suis ptibus repitur. Partes vero utpote guttule omnes ad sphericitatem tendunt: & sic totum eiusdem figure esse manifeste concludunt. Terram pluſtrabimus.

De Figuratione & natura terre. Ca. xliij. MAG.

Terra

Terra unã cũ aqua (ut dictũ est) cõstituẽs spherã in supficie concaua aeris cõtinet: & tanq̃ centrum in medio mundi cõsistit. Frigida est & sicca de sui primordiali natura. Ea tñ q̃ nobis appet humiditatib⁹ exterioribus pmixta & impura est. Hec magnã cum aĩali habet cõueniẽtiã. Habet em̃ in se lapides & saxa magna & pua: queãdmodũ anĩal ossa. Pro viscerib⁹ & intestinis habet cõcauitates & cauernas multas: in qb⁹ ex vaporibus ibidẽ inclusis diuersa generant metalla: mineralia: & flumina q̃ sunt ut sanguis in aĩali. & quidẽ necessaria: ne sua siccitate redigat in puluerẽ. ubiq; igitur aquis est consperſa. In eius supficie arbores & gramina nascunt: sicut in aĩalibus ungues/crines ceterẽq; superfluitates expellunt. Est & in terra (ut aiunt) infernus q̃druplex. in quorum prio est carentia diuine visionis & pœna sensibilis. & hic est locus damnatorum: & est corpalis siſter ignis in eo indeficiens. Sup hunc alius infern⁹ est: in quo & si sit carentia diuine visionis & gratiæ: nõ tamen est ibi pœ

terræ cõparatio ad animal

Infernus q̃druplex

na sensibilis. Et est locus puerorum sine Baptismatis lauacro decedentium. Super hunc item tertius est quem purgatorium dicũt, in quo est poena sensibilis: sed non carentia gratię dei. Super quem quartus infernus est. In quo quidem carentia est diuinę visionis sed non gratiæ: nec ẽ ibi poena sensibilis. Et in isto fuere sancti patres ante Christi passionem Sunt tamen qui hæc quattuor pęnarũ loca aliter distinguunt. Augustinus autẽ libro scdo de ciuitate dei sic ait. Ignis ęternus cuiusmodi & in qua mundi vel rerũ parte futurus sit/ hoĩeȝ scire arbitror neminem: nisi forte cui diuinus reuelauerit spiritus. Hæc itaq; Theologię relinquẽtes unde digressi sumus reuertamur. DIS. Quõ terra ut dicis in medio mundi põt consistere nec cadit: cum ipam nullũ aliud elementorũ propter sui grauitatẽ possit sustinere? MAG. Terrã in medio mũdi subsistere ęquinoctia manifestant. Possibilitas autẽ ex eo patet. q; in medio eius punctus est: qui centrum terrę dicit: ad quẽ omnia grauia naturaliter tendũt & mouent. sursum vero cõtra naturã & violẽter deferunt: ut facile potes cernere in lapide sursum piecto. Ob id oẽs ptes terrę circulariter ad centrũ eius tendũt: & ab eo nõ nisi p violentiã recedunt. a quacunq; em̃ pte coeli mouerent sp tenderẽt ad centrũ. unde si terra totaliter esset pforata: lapis in foramẽ hoc piectus: terrã nõ totã trãsiret sed ĩ medio circa centrũ quiesceret. Si em̃ ultra centrũ moueret/ sursum tenderet & rursus nisi terra in medio cõsisteret: stellę eidem quãq; ppinquiores essent: & sic maiores apparerent: quod est cõtra omnẽ sapientũ experiẽtiã. Ipsa igitur sup cẽtro suo in medio mundi ĩmobiliter ɔsistit. Quod Dauid spiritu pphetico cognoscens exclamauit. Qui fundasti terrã super stabilitatem suã nõ inclinabit in seculum seculi. Eadem ratiõe intelligitur id quod dicit super nihilũ fundata. DIS. Si dicta tua Dauidicis Canticis pbare volueris/ repugnantiã ut videt reperies Nã alibi dicit de orbe terræ. Sup maria fundauit eum/ & super flumina pparauit eum.

MAG. Hoc nõ quo ad totã terrę moleȝ accipienduȝ: sed quo ad quasdam partes intelligendũ est. Multi em̃ mõtes maribus ac flumĩbus reperiunt eminẽtiores. aut sicut villas ac ciuitates dicimus sup Rhenum Danubiũ aliudue flumen cõstitutas. nõ q; in flumĩe sed circa flumẽ sint locatę. Omẽs nanq; (ut supra diximus) aq in terminis terrę sunt inclusę Eodem testante Psalmista. congregans sicut in utre aquas maris: ponẽs in thesauros abyssos &c.

Augustin⁹

terra medium mũdi

Psalmista

Idem

De terrę rotunditate. Capitu. xliiij. DIS.

T quo mõ terrę rotunditatẽ accipe possum⁹: cũ innũeri mõtes cõuallesq; in ipa reperiant? MA. Terræ rotunditatẽ varie pbare possum⁹. Primo qdẽ phisice sic. Omẽ pductiuũ rotundorũ/ est rotũdũ/ cum generatio naturaᵱ assĩet effectũ causę qñtũ põt. omia aũt terræ nascentia ad rotũditatẽ tendunt/ pfecte aũt rotunda nõ sunt. qa nõ a sola terra sed aliis causis fiunt. Scdo mathematice. Omẽ corp⁹ una superficie cõtentũ est rotundum: terra est hmõi igitur terra est rotunda. mior

pbat terra rotũda phisice

mathematice

huius syllogismi astronomice inuestigari poterit:& sic probari. Tertio rotunditas terræ satis clare ex stellarum situ patet. Nobis nanq; stellę ursæ circa polũ arcticũ existẽtes semp apparent.hę vero quę circa polũ australe sunt/a nobis nunq̃ videntur:nisi versus austrũ progrediemur.in tantum ut mediũ attingãus:Similiter existẽtibus in oriente/ sol citius occidit & oritur q̃ existentibus in occasu.quod eclipsibus depræhẽsum est. Vna enim & eadem eclipsis numero / quæ nobis in prima noctis hora apparuit orientalib⁹in tertia hora noctis visa est. Sic terrę rotunditas a septẽtrione in austrũ/& rursus ab ortu in occasum probat. Quod vero de mõtibus & cõuallibus obijcis:facillime ꝓpulsabit:si terrę magnitudinẽ aĩaduertes. Habent enĩ se montes magni & valles ꝓfundi ad terrã totam queadmodũ rimę paruę in globo magno.Cui⁹ certissimũ argumentũ sumit in eclipsi lunari:nisi enĩ sphera ex aqua & terra aggregata tota esset rotunda/umbra eius nequaq̃ lunam ad ptes arcuales obfuscaret:sed iuxta terrę cõfiguratiõem & montiũ gibbositates valliũq; decliuitates cernerent. DIS.Experimẽtali huic argumentationi nõ possũ nõ assentire.videris autem de terrę quãtitate cõtraria dicere.In supiori bus nempe terrã quasi punctũ esse in medio mundi:Hic ob mirã ipsius molem/mõtes maximos nõ reputari affirmas. MAG.Terram respectu totius mũdi aut firmamẽti ut punctũ reputandã/ad mõtes autem & valles compatã spaciosam & amplã existimandã dixi:non in se cõsideratam puam & magnã astruxi. DIS.Potest ne quantitas terre humano ingenio inuestigari? MAG.Etiam. DIS.Quo? MAG.Sumpto astrolabio aut quadrante p ambo foramina stellę alicuius tibi notæ altitudinẽ/p pendiculum in limbo considera.& ad q̃uis mundi plagã pge donec eadem stella uno gradu altior aut deprępsior videatur:habebis itaq; quantum spacij in supficie terrę uni gradui in cœlo correspondeat quod in miliaria siue stadia ptitũ & in grad⁹ cœli q sunt.360 muliplicatũ terræ ambitũ dabit.Vnde cũ iuxta Ptholemei traditiõem in Cosmographia gradui uni in cœli in supficie terrę correspondeant stadia.500. manifestum est:quia totus terræ ambitus habet stadia.180000. hæc faciunt miliaria italica. 21600 uni miliari in diuisione stadijs octo cedẽtib⁹ cũ una tertia.q; si miliaria gradib⁹ cœli diuiseris/gradui uno miliaria sexaginta ꝓuenient.Hæc rursus per quattuor diuisa:fiunt miliaria alemanica quindecim:q̃ in supficie terrę gradui uni in cœlo correspõdere cõprehensa sunt. Quare ambitus terræ habet miliaria aleimanica.5400. Dyameter.1718.& ✱ unius miliaris:Semidyameter miliaria.858.& duas ptes:quarum vigintiduę unũ miliare cõstituunt.Si aũt ut in quibusdã codicibus reperitur gradui uni.700.stadia correspondérent esset ambitus terræ stadiorum ducentorum quinquaginta duorum milium quod voluit Erathostenes & dyameter stadiorum octoginta miliũ.& cẽtũ octoginta unius & semissis & tertiæ unius stadiorum.

terræ q̃ntitas inuestigat hũano ingenio

Ambitus terræ

4 ✱ / 22

De partibus terrę habitabilibus iuxta diuisio

nem eius in zonas quinque. Et si sub equinoctiali sit cōueniens habitatio. Et paradisus qualis aut in qua parte terre sit. Ca. xlv. DIS.

X latitudine terrae pscripta multitudinē inhabitantiū īnumerabilē cōiecto: qnqdem qui in uno regno sunt/ vix numerari aut numerati distincte concipi possunt. MAG. Attende spaciū quod mari & flumi bus alluit: quod paludib9 nemoribus & inuijs montibus occupat/ quod aut bestiarū īmanitate non habitat: Solis nimia vel vicinitate exuritur vel distantia perpetuis algorib9 cōstringit: & maxima ps multitudinis pte imaginate auferet. Vnde cū tota terra in quinque ptes quas zonas vocant partiat/ duae tantū ex his habitabiles perhibentur.

DIS. Quae. MAG. Vna quae a tropico Cancri versus septētrionē usque ad circulū arcticū ptendit. Altera q a tropico Capricorni versus meridiē usque ad circulū antarcticū porrigit: Quod autē inter tropicos sub equinoctiali terrae est torridā zonā vocant: ob vicinitatē Solis nimio calore nō habitabilē: qd autē terre inter circulos arcticū & antarcticū cōphendit: zonas frigidas noiant: nimio frigore nō habitabiles. non quia nulli9 hoīs in his terrae ptib9 habitatio esse possit: sed si qua est: ad modū pua est/ ob caloris modicitatē: quo tn hūanū genus pcipue indiget.

zona torrida *Frigida*

DIS. Optima igitur in zona torrida habitatio est ubi calor abundat MAG. Nō caloris abundantia sed tēperātia hoīm habitatōem laudabilē reddit: q sub equinoctiali esse hoc medio argumentat. Nā cū ibi semp tantus sit dies qnta est nox. & ecōuerso: noctis frigiditatē diei calor tempat: & calorē diei noctis succedētis frigiditas mitigat. Vn & paradisus terrestris ad orientē plantatā scriptura cōmemorat. Oriens autē verus ab equinoctiali cōputat. Paradisū aūt nō mō esse hoīm habitatōem cōuenientē sed locū amoenissimū Magister sen. li. 2. di 17. testat. & diu9 Aug9 li. 13 de ciui. dei. c. 21 idē affirmat. DIS. Habitatōem esse hominibus cōuenientē sub equinoctiali: dierū & noctiū aequalitas/ satis pbabiliter arguit Paradisi aūt amoenitas & oīmoda aeris tranqllitas ex eo potius eē ɔuincit. qa sup regionē aeris turbulētā ad globū lunae usque porrigit. MA. Si lunae globū ɔtiugit nō in aere: sed in sphera ignis accolarū Paradisi ē habitatō. Et rursus si Paradisus tm a terra cōsurgit ut lunarē circulū ɔtingat/ notabiliter sphericā excedit terrae figurā. un in umbra terrae & lunari eclipsi eius vestigiū notari posset: qd nōdū cōprobatum est Magis itaque visū est Guilhelmo Parisieñ. li. de uniuerso q paradisus terrestris in terrae supficie aliquo sita sit. & Damascen9. li. 2. dicit. q Paradisus sit locus in oriēte posit9 omī terra altior. Quātū vero absit ab agro Damasceno un primus hō formatus & in Paradisū trāslatus fuit aut demum quot longitudinis latitudinisve gradus in descriptōe orbis contingat: & per quos anfractus & subterraneos meatus/ quattuor inde profluāt praecipua flumina: Ganges scilicet Tigris Eufrates & Nilus: multū exercere solet eos qui Cosmographiam sacris litteris coaptant.

Sub eqnoctiali ē habitatio terrae ɔueniēs *Paradisi locus.* *Gene. 2.* *Petrus lōbardus* *Augusti.* *Guilhel. parisien.* *Gene. 2.*

DIS. fortasse sicut Deus aditũ eius romphea ignea & angelica custodia mortalibus ꝓhibuit Ita & localem situm incognitũ esse voluit. Legitur tamẽ in historia de Machario Romano quomodo in eremo ad distantiã viginti miliariũ tantũ a Paradiso habitauit ad orientẽ: quẽ tres monachi lõga pegrinatiõe diuino nutu repererũt. ex quorꝫ dictis ibidẽ descriptis aucupari ꝓpemodũ possꝫ locꝰ paradisi MA. Ceteris/hac supputatiõe dimissa/maior nobis cura sit ita viuere ut illuc angelico conductu tandẽ ꝑduci mereamur: vlʼ potiꝰ illo trãscẽso ad celeste pueniamꝰ.

Genesis.3 historia. Macharij

De distinctione climatũ. Et his q̃ accidũt habitantibus in qnqꝫ primis climatibus/quãtũ ad ęstates & hyemes & umbrarꝫ variatões. Cap.xlvi.

DI. Qvid per clima terrę in superioribus argumẽtationibus designare volebas? MAG. Terrę partes secundũ latitudinẽ ab austro septentrionẽ versus per sensibilẽ dierꝫ maximorꝫ variationẽ differentes. Nam primi climatis initiũ statuerũt cosmographi ubi dies maximus est horarꝫ duodecim & semis & quartę unius: & ęleuatio poli arctici supra orizontẽ graduũ similiter duodecim & semis & quartę unius Medium ṽo ubi dies maximus est horarꝫ.13.& ęleuatio poli graduũ sedecim. & nominant hoc dyameroes. quia parallelus ipsum designans per meroen ducit. Finis huius climatis est ubi dies maximus horarꝫ tredecim & quartę unius: & ęleuatio poli graduũ.xx & semis. Habitantes in hoc climate in temporꝫ & umbrarꝫ variatione cũ habitatoribus ęquinoctialis nõnihil ꝑticipãt. Hi nãqꝫ duo habent solstitia alta: cũ sol arietẽ vel libram subintrat: sic habẽt ęstates duas: unam circa festum Gregorij alteram circa Lamperti. Habẽt & duo solstitia ima / sole initia Cancri & Capricorni lustrante: qbus temporibus etiam duas habent hyemes: sed haud dubiũ nostra ęstate calidiores propter solis vicinitatẽ In estate umbra eorum mane iacitur ad occidentem: vespere ad orientem: in meridie vero nulla est/sole super capita eorum currente. Cum autem sol in Cancro est/umbra eorum versus austrum iacitur. In Capricorno ad septentrionem protenditur. Idem suo modo contingit habitatoribus dicti climatis. cum sol circulum parallelum inter equinoctialem & tropicũ cancri per cenit ipsorũ describit. In fine illius climatis secundum initium sumit. Medium vero habet ubi dies maximus est horarum xiij & dimidie: & ęleuatio Poli graduum xxiiij & quartę unius. Finis aũt ubi dies horarum xiij & semis & quartę unius. & ęleuatio poli graduum xxvij & semis. Hoc dyasienes vocant: quia parallelus ipsius per sienen protenditur sicut & tropicus cancri. Hi estatem & hiemeꝫ nobiscum habent: sed calidiores: omni tempore umbra eorum sicut & nostra ad septentrionẽ iacitur: preterquam eo die quo sol tropicum cancri describit: tunc enim in meridie umbra eorum nulla est. In ortu solis umbra ad occasum vergit. occidente sole umbra in orientem proijcitur. In fine huius climatis tertium exoritur. ad medium puenit ubi dies horarum xiiij & ęleuatio

Clima. Primum. dyãeroes
clima sc̃m. dyasienes.
Clima tertium

poli graduũ xxx.ſemis & quartæ unius. Finit autem ubi dies eſt hora rum.xiiij. & q̃rtę uni⁹:& polus ęleuat gradib⁹.xxxiij & duabus terrijs Nominat autẽ Alexãdrios ab Alexandria ciuitate Aegypti:per quã parallelus climatis iſtius deſcribitur. habitatores in illo/tempora & umbras nobiſcum habent nunq̃ ſol ad zenith capitis eorum pertingit minus his qui hieroſolymã incolunt. Fabula eſt ergo q̄ a nonnullis dicit in terra ſancta aliquando ſolẽ ppendiculares radios in cauatã rupem dimittere. In fine tertij climatis quartum initiat: Et medium habet ubi dies eſt horarꝫ xiiij.&ſemis:& polus æleuatur gradibus.xxxvi.& duab⁹ quintis. Finit autem ubi dies eſt horarꝫ.xiiij.ſemis & quartæ unius. Et polus attollit gradib⁹.xxxix. Nomẽ illi dyarodes. q̃a p Rhodũ inſulã parallelus illius ducitur. In fine quarti principium quinti eſt. Mediũ vero ubi dies horarꝫ.xv.& altitudo poli graduum.xli.& tertiæ uni⁹ Terminat autẽ ubi dies maior eſt horarꝫ q̃ndecim & quartæ unius.& pol⁹ ſuſtollitur gradib⁹.43.& ſemis. nomẽ illi dyaromes. q̃a perallelus ipſi⁹ Romam ciuitatem ſummi ſacerdotis ſedem metitur.

Alexãdrios | clima q̃rtum | dyarodes | Clima q̃ntum | dyaromes

Aliorum climatũ diſtinctio. Inſuper qualiter dies cõtinue augmentetur habitantibus verſus polnm arcticum donec ſub ipſo polo unus dies anni medietatem habere conuincitur. Capitulum.xlvij.

Extum clima exoritur ubi quintum finitur. ad medium autem peruenit ubi dies horarum:xv.& ſemis.& altitudo poli graduum.45.& duarum quintarum. terminatur autem ubi dies eſt horarꝫ.xv.& ſemis & unius quartæ & polus extollitur gradib⁹.xlvij & quarta unius. Nomen illi dyaboriſthenes: eo q̄ parallelus ipſius boriſthenẽ ſeu Boriſcum inſignem Scithiæ amnem contingat/aut potius inſulam huius nominis paruam in Ponto. tranſit enim parallelus iſte per mare ponticum: unde nominari poſſet. Septimũ clima exoritur in fine ſexti:& ad medium peruenit ubi dies maximus eſt horarꝫ.xvi.& eleuatio poli.48 graduum & duarum tertiarꝫ. Et illud dyaripheos nominãt quia parallelus Ripheos montes cõtingat. Exquiſitius tamen intuẽtes orbis partitionẽ/clima ſextum a Ponto: ſeptimum a Boriſthene nominant:& ripheos montes octauo climati deputant. Finẽ huic climati antiquiores non ſtatuerunt: nec reſiduã terram verſus ſeptẽtrionem in climata alia diuiſerunt DIS. Poſſet ne ultra partiri? MA. Etiam. latitudo tamen ſemper magis magiſq; decreſceret: ad modicam quippe diſtantiam verſus polum dies ſenſibiliter augetur. quanto cm̃ polus mũdi amplius attollit/tanto Zodiacus oriʒonta obliquius interſecat maioreſq; arcus dierum ſupra hemiſperium noſtrũ relinquuntur/quã ſint arcus noctium ſub hemiſperio dimiſſi ſole ſigna ſeptrionalia percurrẽte. Contrarium equidem ęuenire ſolet/ſole in oppoſita medietate vagã

Clima ſextum | dyaboriſthenes | Clima ſeptimum | dyaripheos

te. Vnde habitãtes sub parallelo trãseunte per gradum qnquagesimũ scdm ab equinoctiali diem habent maiorẽ horarꝫ.xvi. & semis. Sub parallelo autem transeunte per gradum. 54. dies horarꝫ est xvij. Sub parallelo ducto per gradum. 56. dies est horarum xvij. & semis. Sub parallelo ducto per gradum 58. dies maior habet horas. xviij. Sub parallelo aũt cõtingente gradum. 61. dies est horarum xix Sub parallelo vero ducto per Tilen insulã & gradũ. 63. dies est horarũ. xx. Sub parallelo ducto p gradum. 64. dies est horarꝫ xxi. Et nõ dum cõpleto gradu. 65. dies efficietur horarꝫ xxij. In gradu. 66. dies est horarꝫ xxiij. Sub arctico autẽ circulo dies una cum sol a fine geminorꝫ initiũ Cancri aggredit̃ est horarꝫ xxiiij. & in opposita parte zodiaci dum sol fuerit/nox est eiusdem quantitatis: tunc eñ tropicus orizontem ubiq̧ sine intersectiõe cõtingit: & quasi circulariter supra orizontẽ sol vertit̃: in parte opposita totus sub orizonte circũrotatur. In parallelo autem transeunte gradu 3. 68. unius mensis est dies: cum sol a medio geminorꝫ ad cancri medium mouetur & unius mensis est nox dum sol in oppositis signis moratur In parallelo vero qui gradum. 70. attingit duorum mensium dies est/ sole currẽte a principio geminorum usq̧ ad finem cancri. & nox duorꝫ mensium erit sole opposita signa lustrante. In parallelo qui gradum. 72 transit dies una erit trium mensium sole a medio tauri ad medium leonis vagante: nox tanta erit sole exñte in parte opposita Crescẽt dies paulatim donec ad polum puenias: sub ipõ quippe medietas sphere mundi semp supra orizontẽ relinquit̃. altera iugiter occultat̃: & ęqnoctialis cũ orizonte cõcordat. Cũ igit̃ sol est in medietate supra orizontẽ: cõtinuus dies est dimidij anni. cũ autẽ in mediate mouet̃: q̃ sub orizõte relinquit̃ nox cõtinua est anni dimidij. verumtamẽ cum ibi sol ultra signũ unum sub orizonte nunq̧ demergit̃ radijs suis superiora semp aliqualiter illustrat. & sic quasi semp dies ibi est: nisi quantũ aeris grossicieş & nebulositas interturbat. variã umbrarum variatõem sub dictis parallelis tu facillime coniectabis: & quę dicta sunt/oculis in spherici corporis reuolutione videbis respice. DIR. Plane videbo.

Climatum latitudo & longitudo describitur: & Antipodes esse in oriente illis qui occidẽtem habitant probatur Capitu. quadragesimũoctauũ. MA.

Climatũ latitudo

Vnc si libet summatim climatum latitudinem ex graduum ratione subiungam. DIS. libet maxime. MAG. Primi climatis latitudo ab austro versus septentrionem est miliarium. 465. Secundi. 420. Tertij. 370. Quarti. 320. Quinti. 270. Sexti. 225. Septimi 185 si terminatum accipimus. Sunt autem hæc miliaria itala: sicut pręmissum est ubi de terræ magnitudine disseruimus: si gradui uni iuxta Ptholemei descriptõem stadia. 500. deputamus: nam aliud fiet si gradui



SEPTENTRIO
Boreas
Chorus
Subsolanus
ORIENS
Eurus
Euro Auster
Nothus vel Auster
MERIDIES
Circulus Arcticus
Tropicus Cancri
Tropicus Capricorni
Equinoctialis
EVROPA
ASIA
APHRICA
MARE INDICVM
Mare Indicum
Mare mediterraneum
Mare hircanum
Oceanus Occidentale
Arabia felix
Sinus persicus
Media
parthia
Taprobana
Sarmatia asiatica
Scithia extra Imaum montem
India extra gangem fluuium
India intra gangem fluuium
Sinus gangeticus
Ethiopia sub Aegypto
Ethiopia interior
Paludes nili
Mons Lune
Hic non terra sed mare est: in quo mire magnitudinis Insule/ sed Ptolemeo fuerunt incognite.

uni. 700. stadia assignentur: nec tamen is numerus çueniet quem in plerisq; codicibus inuenies: nec mirum cũ in supputatione numeroruȝ errorem facillime scriptores committere possint. DIS. Longitudo autem climatum/num & ipsa per graduum rationem inuestigari posset?

MAG. Posset plane, verumtamen non uniformiter in omnibus parallelis climatum gradui uni æqua miliarium quãtitas deputatur. nam & gradus in parallelis magis septentrionalibus: paulatim minores fiunt. cum etiam omnes circuli longitudinis mĩores sint ęquinoctiali qui solus terram medio cingit. Vnde in ęquinoctiali gradus longitudinis valet miliaria. 60. sicut & de gradibus latitudinis dictum est. In primo autem climate gradus longitudinis valet miliaria. 58. In secundo climate 56. in tertio. 53. In quarto. 49. In quito. 56. In sexto. 44 In septimo. 41. In parallelo autem per tilen ducto gradus unius miliaria continet. 28. & semis. Attendendum insuper est quia ultra descriptionem ptholemei terra tam ad ortum quã ad austrum amplius protenditur. Vnde qui in extrema orientali plaga degunt pedes aduersos habẽt his qui in ultima occidentis regione viuunt: talesq; Antipodes dici possunt. Hos tamen diuus Augustinus negat libro. xvi. de ciuitate dei c. ix. quia fortasse nõdum tanta longitudo haditabilis in onĩm noticiam venerat. Ad austrũ vero non tantũ porrigitur terra habitabilis (saltem cognita) quę Antipodes habere posset/illos qui magis septentrionales sunt: omnia hęc aperta demonstratione videri possunt in sphera solida. Nos interim alia percurramus.

Climatũ lõgitudo

Antipodes

De diuisione terrę habitabilis in Europam Asiam & Aphricam. Capitulũ. quadragesimumnonum. DIS.

E pigeat quæso ad maiorem dictorum intelligentiam terræ habitabilis marisq; configurationem in plano describere. MAG. Pars terrenę molis: quæ ad Domini imperium aquis cougregatis in locum unum apparuit arida a Cosmographis pręter diuisiões in zonas & climata supra memorata trifariam partitur. In Europam scilicet Aphricã & Asiam: quas partes aqua circumfluens & interlabens generali nomine Mare appellatur. Ab oris autem & terræ prouincijs alijs ve causis/ diuersa nomina accipit/ & sinus ipius diuersa maria dicũtur ut diuus Ambrosius testatur libro tertio hexaemeron ca. tertio. Europam ab Aphrica diuidit mare mediterraneum: quod ab occidentali Oceano circa Gades insulam & columnas herculeas non amplius decem milibus passuum patens: terras aperit atque intrat. ait Pomponius Mella. Aphricam ab Asia disterminat Nilus: qui a meridie in Aethyopiam diffunditur. & Aegyptum perlabens atque mirabili fœcunditate irrigãs oris nõ min⁹ septẽ mari infũdit. Asiã ab Europa diuidit Tanais fluui⁹ a septẽtrione in mediam fere paludẽ Meotidẽ defluens cũ põto reliquũ Asię ab europa sepat: patẽt hęc ĩ hic affixa mappę mdĩ dſcriptõe. D. g.

Gene. I.

Mare

Ambro:

Pompo: Mella

lucide. sed quid interpositis nominibus alijs designare prætendis?
MAG. Principaliores uniuscuiusq; terrę regiones seu prouincias.
DIS. Cōmodissima ad historiarum intellectum saniorem harū uidetur esse cognitio. MAG. Has ęnumerando magis q̄ describēdo percurrere libet breuitatis gratia. Nomina quoq; & regionū limites nō intendo hic limare & s̄m precisionem discutere: nā in talibus inuenies etiam claros Geographos digladiari. DIS. At primum describas Europam. in qua nos constitntos iādudum relatione multorum didici.

Satrapę Europę nominatim ęnumerantur Capitulum quinquagesimū. MAG.

Europa

Europa ab occidente clauditur mari Atlantico: a septentrione Oceano Britannico: ab oriente Tanai Meotide Palude & Pōto/ a meridie mari mediterraneo. In ea sunt regiones & populi plurimi ob aeris temperiē. Ab occasu versus ortū prouincię magis nominatę sunt Hispania/ q̄ Hiberia & Hesperia nōnunquā nominatur. Cuius partes sunt Betica siue regnum Granatæ: quod nostro ęuo rex Hispanię Ferdinandus Sarracenis decennali obsidione & bello abstulit: Christianitatiq; adiecit. Lusitania seu Portugalia. Tarraconensis seu Catilonia hę partes principales hispanię/ in qua & alia regna sunt. Inter quę regnum Galitię longe lateq; uulgatur ,ppter uniuersalem peregrinatōem ad sanctum ap̄l'm Iacobū Cōpostellanum. Regnū insuper Castellę & legionis Astronomis memorabile reddidit Alfonsus rex prudentissimus/ q tabulas motuum corpoꝝ cœlestiū miro ingenio compilauit. Hic iuri suo quod ex electione habuit ad Imperium intuitu pacis voluntarię cessit.

Hispania — Portugalia — Catilonia — Galicia — Castella — Alfonsus

Gallia

Hispaniā sequit̄ Gallia/ medio monte Pyrreneo. Partes Gallię sunt Aquitania Lugdunensis/ Narbonensis seu Delphinatus siue prouincia & Belgica ad Rheni fluenta usq; protensa. Partiales prouincias Gallię si distinguere voluerimus/ occurrunt ecce Francia: Normadia/ Britannia Turonia Picardia Flandria Brabantia Gelria Holandia: Seelandia Burgūdia Lotheringia Lucelburgia Heluetia siue Alsatia: quę tn̄ germanię potius est cōiungenda. Galliā aūt sequit̄ Germania magna ad Sarmatiam usq; extensa inter Rhenum fluuium ab occidente: mari a septentrione & Danubiū a parte meridionali. Partiales regiones Germanię sunt Franconia siue Francia orientalis. Vuestualia Frisia Saxonia Thuringia Hassia Marchia Brandenbnrgeñ. Misia Slesia/ Bohemia/ Morauia/ Cimbrica Chersonesus. quæ nunc Datia/ uulgo Dennmarck ad septentrionem. nam alia est Datia. quam Vualachiam nunc nomināt. de qua paulo infra. Post Cimbricam Chersonesus Norivegia Suetia in mari.

Germāia magna

Retia

Inter Danubium & Alpes reticas/ primam Reticam ponunt: quę & Sueuia. q̄uis ultra Danubiū ,ptēsa sit. Post hāc vindelicia seu Bauaria. cui⁹ sit̄r ps nō modica ultra Danubiū extēdit̄. Noricia cui nōnulli Stiriā & Charintiā ascribunt. Pannonia supior nunc Austria Pannonia inferior

quę & Vngaria a mari Hadriatico. Histria: Illyris: Liburnia quā dicūt Croatiam. Dalmatia quæ & Slauonia. Italia est ab Alpibus ad mare me diterraneum. In ea regiones non paucę: Lombardia. Tuscia. Ethruria. Campania. Marchia. Aprucia. Calabria. Apulia & sic de alijs Vngariam sequitur Misia/aut verius Mesia superior: quæ Seruia siue Rosciana/& partim Bosna dicitur. Mesia inferior quę continet Bosinenses & Valacos. Bassos. & nunc Bulguria. Datia quę & Vualachia. Thracia in qua Constantinopolis quondā ciuitas imperialis Grætię. Chersonesus. Epirus seu Romania. Dedania. Molossa. Chaonia. Pelopōnesus seu Morea. Achaia/ibi Corinthus. Arcadia ipsa est Siciona a Sicione rege: a quo regnum Siciono℞ quod inter quattuor cōputatur ab Augustīo libro de ciuitate dei. Macedonia. Thessalonica. Ellados seu Attica/ubi Athenis. Boetia/ubi Thebe ciuitates nōinatissimę. Grętia ecce ꝙ lata: hodie heu heu a spurcissimo inimico crucis Christi Turco ferme tota dæuastata. A Germania usqꝫ ad Scithiam Sarmatia est regio latissima: cuiꝰ partes ut aiunt Polonia: Massouia. Prussia. Lithuania. Samethia. Liuonia. Russia &c. Scithia & quę nominatę sunt Sarmatię regiones/ Barbaria dicebatur a feritate gentiū. Dimissa particulari hac℞ descriptione: ad Asiæ ꝓuincias transeundum est.

Italia

Grætia

Sarmatia

Asiæ regiones nominatim ponuntur. Capitulum qnqgesimū primū LI.

Sic regiones quę sunt ? MAG. Enumerando Asię prouincias nō omnes/sed magis apud nostros nominatos: ipsaꝫ ob latitudinem in duas partes diuisam intelligāus: septentrionalē scilicet & meridionalem. Primo septentrionalem/dehinc meridionalem describamus.

DIS. Ocyus/ne occiduus sol lucem ante cōplementū auferat. MA Tertia orbis pars ꝗuis Asia appelletur generali nomine: pars tamē eius minor Asia nominatur: habens prouincias & regiones multas præcipuis ecclesiis ornatas: quibus q̄ndam prçerat s. Ioānes euangelista: nūc autem nostris exigentibus demeritis ab inimicis crucis Christi dirutas ac fœdatas cognouimus. Hic ob spacii angustiam ꝓ nominibus regionuꝫ litteras posui. ibi est Pontus. hic est & Bithinia littera f signata. Galatia g. Paphligonia Pisidia h. Capadocia i. Caria a. Litia b. Pamphilia c. Lidia d. Circa hanc in mari est insula Meleta in actibꝰ Apso℞ Mitilene nominata (ꝗuis erronee) in qua mira operatus est Paulus apl̄us. Phrigia prouincia Asię minoris signatur per e. Circa hanc inuenies insulam Tenedos. Cilicia. Armenia minor. Armenia maior. Colchis/ūde Iason Medeę magia instructus aureū vellus abstulisse fabulatur: quia torrentes illius aurum deferunt: ꝙ lanosis pellibus accolę excipiunt. Taurus mōs a Pamphilia exoritur & ad Indos usqꝫ protenditur. A Tanai amne Scithia seu Sarmatia asiatica longo tractu versus ortum progreditur. Altera extra Imaum montem/altera intra Imaum continetur. Mare quod

declaratō mappulæ Asiæ minoris

ibidem conspicis/Caspium. Hircanũ & Scithiũ ab oĩbus nominari so-let: & a septentrionali oceano latenter quasi fluuius intrat. In hoc insula est Talge sine cultu semper fertilis. regiones hic multę sunt: videlicet hircania/Hiberia/Albania/Bactria/Margiana/Aria/Sogdiana/Sacharum regio: Serica, in qua ut aiũt sericum arboribus in modum lanuginis adheret. gens illa plena scribit iusticię & ɔmercij. Alterius medietatis Asię regiones sũt a mari rubro Arabia triplex: videlicet Arabia deserta Arabia petrea (ubi metropolis Petra, de qua Isaias. Emitte agnum Domine dominatorem terrę de Petra deserti ad montem filię Sion) & Arabia fœlix. unde thus venit & ob id thurifera dicitur. Syria similiter triplex est/Palestina Phœnicia & Syria curua. Omnẽ autem terram a Damasco usq; Gazam terram Canaan & terram promissionis sacrę historię vocitant (In qua prouintię singulares sunt Damascena. Galilea. Samaria. Iudea. Palestina & Idumea.) Mesopotamia. Caldea. ubi Babilon. Assyria: Susiana: Media: Persidis: Parthia: Carmania deserta: Carmania altera: Drangiana. Gedrosia. Arachosia. Paraponisus. India intra Gangẽ: India extra Gangem. Smarum regio. & in pelago indico Tabrobana insignis insula. regiones sitę ultra meridianũ ultimum a Ptolemeo descriptum ferme ad. 40. gradus. Similiter & particularem earum quę nominatim cõmemoratę sunt descriptionem quantum ad situm/fertilitatem/continentiam/accolarũ proprietates & mores ex Plinio Strabone Ptolemeo perquirere poteris. DIS. de Aphrica autem quid fiet? nũquid indiscussam eam & silentio transibis.

Isaias.

Aphricę regiones numerantur. Capitulum quinquagesimum secundum. MAG.

Phrica ab occidente mari atlantico a meridie Oceano Aethyopico/a septentrione mari mediterraneo & ab ortu Nilo finitur. eidem tamen quę ultra Nilum sunt ad mare rubeum regiones hic additę sunt. Ab occasu montem habet Atlantem: quem ob altitudinem cœlum sustentare dixere. Regio prima Mauritania Tingitana. Secunda Mauritania Cesariensis. Tertia Libya interior. Quarta est Numidia/quam & Mappaliam nonnulli dixerunt. Quinta Aphrica minor in qua illa magna Carthago stadiorũ. 3 co. olim Romani Imperij pertinax ęmula. Sexta est Cyreneica/quam & penthapolim vocant: a numero ciuitatum: quarum Cyrene una est/regioni nomen accomodãs. Septima Marmarica est. Octaua Libya. quo nomine etiam tota Aphrica appellatur. Nona Aethyopia interior. Decima Aegyptus inferior. in qua olim filij Israel sub pharaone post duram seruitutem mirabilia viderũt quę Dominus operabatur per Mosen in campo Thaneos. Est autẽ Tanis ciuitas Aegypti insignis/tũc regali presidentia decorata. In Aegypto sunt Alexandria/Damiata & Soldani sedes amplissima ciuitas Chayrus quam & Alkyr nominant. Supra hanc Aegyptum alia Aegyptus est Thebais scilicet monachorum & anachoritarum, olim celibi conuer-

satione decora. In hac Thebais ciuitas quam centũ portas totidemq́ꝫ aulas & principes hũisse astruunt/e quibus Sanctus Mauricius cum gloriosa legione venisse traditur. Supra hanc Aethiopia est & mediterraneæ gentes multę ac mirabiles. Troglodytę quę vescuntur serpentibus: striđent magis q̃ꝫ loquantur. Garamantes: quarum uxores cõmunes sunt Augiles: Blẽmes seu Blemmĳ capitibus carent. vultus habent in pectore. Satyri: qualem sanctus Anthonius vidit: ut legenda ædocet. Attlantes. Getuli: & alię multę: quarũ descriptiones pręmemorati Cosmographi prosequuntur. Insulas perpaucas in descriptiõe hac inuenies: quarũ nomina Gades quę Betice adiacet/Corsica/Sardinia & Sicilia circa Italiam/Corcyra in Adriatico mari: Euboea quę & Nigropont Boetię opposita est. Creta siue Candia: Rhodus & Cyprus. In septentrionali pelago sunt Hibernia: Anglia quę Albion & olim Britanna dicta est: cuius pars Schotia/Irladnia in ultimo mari: Orchades 30. numero & Scandia memorabilis. Hec circa terrę infimę partis elementalis mundi descriptionẽ commonuisse magis quam tractasse me cognoueris: ne aliquando perutilem Cosmographię scientiam abhorrescas: sine qua nec gentilium nec sacrarum litterarum historias plene intelliges. DIS. Introductione istac ędoctus cum vacauerit aliorum scripta diligentius lustrabo: interim quæ supersunt de Astronomia prosequantur. MAG. Singulas & cœlestis & elementalis regionis partes/sicq́ꝫ totius mundi habitudines ea qua potuĩ brevitate descripsim⁹: nec reliquũ videt q̃d necessario explicãdũ exposcas. DIS. Satis abunde de his tractatũ est: nihil autem de Astrorũ iudicĳs quibus nonnulli quotannis de temporũ varietate/annonę penurię/& abundantia/bellis & egritudinibus diuersis futura pronosticant. MAG. Hæc Astrologia nõ Astronomia ędocet: quæ ex motibus coniunctionibus aspectibus & influentĳs cœlestium corporum/inferiorum mutationes considerat. DIS. Ne graueris obsecro huius principia breui sermone explicare. MAG. Cõmodius hoc ab alio tractatu exordiemur. DIS. ut libet.

mirabilia Aphricæ

Epilog⁹.

Libri Septimi Tractatus secundus de Astrologia. Capitũlum primum. de partibus Astrologię. MAG.

Astrologiæ partes quinq́ꝫ numerantur. Prima quę introductoria est/circa principia versatur. Altera de magnis & annuis reuolutionibus tractat. Tertia genituras singulorꝫ diiudicat. Quarta interrogatiões cõsiderat. Quinta electiões explanat. Additã a quibusdã pars

ptes astrologiæ

sexta quę imaginum fabricã & operationẽ ędocet. DIS. Hoc seruato ordine singulas percurramus. MAG. Plane percurremꝰ. naꝫ pauca ad modũ de his dicere statui. DIS. Quam ob causam? MAG. Ne prę cellens ingenium tuum altioribus imbuendũ disciplinis/ præternecessa riis ac minus certis institutis prępediã. DIS. Fac q̃d noueris utilius


De principijs Astrologię. Cap. ij. MAG

Rincipiorꝫ quae introductoria pertractat quędam sunt circa Zodiaci partes & earundeꝫ naturas: quędã circa planetarꝫ qualitates nõnulla uero circa domorꝫ diuisiones & earundem significatiões: DIS Zodiacum in duodecim partes siue signa/ & unũquodq̨ ex his in trigĩta gradus longitudinis/ & duodecim latitudinis diuisum ex pręcedentibus liquet. MAG. Sicut circulorꝫ in sphera descriptorꝫ diuersitas tantũ est imaginaria: ita & diuisio Zodiaci non est ex natura aut primordiali creatione/ sed pro arbitrio & astrologorꝫ fictiõe: ut initia & terminos calculandi motus habeant. DIS Quare igitur Zodiacũ non in plura aut pauciora q̃ duodecim diuiserunt signa? aut quare signum unum in gradus triginta/ & rursus gradum in sexaginta tantũ partiuntur minuta? MAG. Quia numerus iste diuisionibus & calculationibus accomodatior est. ut testantur ipsi astrologi Hali/ Auenrodan in expositiõe Ptolomei. & Abraã Auenazra in libro rationũ astrolologicarꝫ. DIS Potuissent igitur si voluissent in plures paucioresue partes Zodiacum diuidere? Ma. Etiam Nam & Chaldei non signis/ sed imaginibus undecim tantũ utuntur: libram & scorpionẽ simul copulantes. DIS. memini hoc ultimũ dum coelestes imagines ænumerares cõmemoratum: sed earundem naturas ędicito. Ma. De signorum naturis astrologi & si multa nimis differant: nobis tamen satis erit pauca admodũ cõmemorasse magis q̃ tractasse. Aries signum primũ calidum est siccum igneum & cholericum: ex corporis compage caput sibi vendicans. Taurus vero secundum signum frigidũ & siccum terreum & melancholicũ colla respicit. Gemini tertium in ordine calidum & humidum aereũ & sanguineum. brachia intuetur. Cancer quartum signum frigidum & humidũ aqueum & flegmaticũ obtinet pectus/ pulmonẽ & stomachum. Leo quintum/ in qualitatibus cum ariete conuenit: cor & epar regit. Virgo cum tauro concordat sed intestina & fundum stomachi vendicat. Libra vero cum gemini congruit: sed renes & nates respicit. Scorpio cum cancro in qualitatibus congreditur: sed pudenda intuetur. Sagittarius rursum cũ ariete & leone coincidit: & coxas intendit. Capricornus cum tauro item & cum virgine cõcordat sed genua gubernat. Aquarius cum gemini & libra conuenit. sed cruribus & tibijs pręest. Pisces vero in qualitatibus a cãcro non deuiant: sed pedes vendicant. Et cum semper tria conueniãt quattuor triplicitates ex his fabricant. Primã videlicet arietis/ leonis & & sagittarij dicunt orientalem masculinam / diurnam & sapore amaram: Alteram tauri scilicet virginis & capricorni meridionalẽ foemineaꝫ no-

Zodiaci diuisio imaginaria/ nõ naturalis est

Signorũ natura

Aries
taurus
Gemini
Cancer
Leo
Virgo
Libra
Scorpio
Sagitta.
Capricor.
aquarius
Pisces


Aries. calidus & siccus:
igneus cho leric9
Gemini. calidũ &
humidum ae
reu
sang
uine
um.
Taurus. frigidus
& siccus: terre9
melancholic9
cor
Leo.
simil
arieti
Virgo simil
tauro
Sagittarius.
Leoni & ari
eti similis
Cancer fri
gidus &
humid9
aqueus
flegma
ticus.
Capricornus:
tauro & vir
gini similis
Libra. simil
gemini
Aquarius. ge
mini & li
bre similis.
Scorpio. si
mil cancro
Pisces. similes
cancro.

ctumā & sapore atrē noiant. Tertiā q̄ est Geminorꝫ Librę & Aquarij oc cidentalē masculinā & diurnā itē & sapore dulcē appellant. Quartā v̄o quē Cancer scorpio & pisces integrāt: septētrionalē fœmineā nocturnā & sapore salsam vocāt. Illis quoqꝫ trigonis dn̄atores ex planetis distribuentes: tm̄ inter se pugnāt/ut cuiuis magis credendū sit facile nō apareat. Amplius autem & signorum alia dicūt mobilia: q̄ sunt Aries Cācer Libra Capricornus: Alia fixa q̄ sunt taurus: Leo: scorpio: aquari⁹. Reliqua v̄o cōia sunt. Quędā insup rōnalia ut virgo Gemini: Libra. Aq̄rius & prima medietas sagittarij. Quędā p̄terea sterilia: q̄dā fœcunda. & cętera multa id genus figmenta: ad gradus usqꝫ deducta cū alios dicant grad⁹ masculīos/alios fęmīos: lucidos q̄sdā & alios tenebrosos fuosos vacuos/puteales & alzemena siue valitudīarios. Pręterea & singula signa internas facies diuidūt: in termīos aūt inęquales distinguūt/quorū dn̄ia planetis distribuūt & multiplices fortitudines ipis/ rōne taliū aduenire credūt: nā a triplicitate planetā fortitudines tres accipe autumāt a termīo duas: a facie unā: a domo vero qnqꝫ: & ab exaltatiōe quattuor Verum in ista graduū/facierū ac terminorꝫ assignatione inextricabilis apud Astrologos non infimos inuenitur diuersitas.

Signa mobilia. fixa cōmunia ratōnalia

De domibus exaltationibus: naturis & qualitatibus atqꝫ aspectibus planetarꝫ Capitulum tertium. DISCIPV.

dom⁹ planetarum

Omus planetarꝫ q̄ sunt? MA. Signa zodiaci. Nā Saturno p domicilijs assignāt Capricornū & Aquariū. Ioui sagittariū & pisces. Marti Arietē & scorpionē. Soli leonē tm̄. Veneri taurū & libram. Mercurio gemī & virginē. Lunę solū Cancrꝫ. DIS. Exaltatōes v̄o q̄ sunt? Ma. Saturnus exaltat̄ in gradu. 20 librę Iupiter in. 15. Cancri. Mars in. 28. Capricorni: Sol in. 19. arietis. Ven⁹ in. 26. pisciū. Mercuri⁹ in 15. virginis. Luna in quarto tauri. Casus oīm sunt ī locis oppositis. DIS. Plane. sed qd tradūt de planetarꝫ qualitate? MA. Saturnum frigidū & siccū colore nigrꝫ & sapore stipticū dicūt. Iouē v̄o humidum & calidū: colore cinericiū aut viridē: sapore dulcē. Martē siccū & calidū rubeū & amarꝫ. Solē calidū & siccū: in colore pegrinū & sapore acutum Venerē humidā & frigidā albā & unctuosam. Mercuriū variū: & planetę cui iungit̄ in q̄litatib⁹ primis se cōformantē: in colore mixtū & sapore acetosum dicūt. Lunā frigidā & humidā: croceā & salsam perhibent. Rursum ex his q̄dā graues & pōderosi nominant̄. ut saturnus, Iupiter: Mars. alij leues. ut venus. Mercurius. Luna. Sol aūt nec pōderosus nec leuis est. Quidā etiā fortunę sunt. ut Iupiter fortuna maior: Venus fortuna mīor. Alij infortunę sunt: ut Saturnus infortuna maior. Mars infortuna minor. Mercurius aūt cū bonis bonus cū malis malus. Sol bonus p aspectū: malus p cōiūctiōem. Luna q̄si nūcia p oēs currit: & ab ipis fortunata & infortunata reddit̄. ven⁹ & luna fœmīni sunt: reliq oēs masculini. Nocturni sunt Mars: Venus & luna, diurni sunt alij oēs. Non

exaltationes planetarum

naturę planetarum

n̄ulli amici dicunt̄: q̄dā inimici noiant̄: Nā amici Saturni / sunt Iupiter Sol Luna. inimici sunt Mars & venus. Iouis amici sunt omēs / dempto Marte. Martis amica sola venus est: cęteri inimici. Solis amici sunt Iupiter. Venus: inimici mars Mercurius & luna. Mercurij amici sunt Saturnus Iupiter venus / cæteri inimici. Lunę amici sunt Saturn⁹ Iupiter venus: alij inimici. Amici capiti draconis dicunt̄ esse Iupiter & venus: de quo⁊ natura est: & ideo fortuna. Amici caudę / sunt Saturnus & Mars quo⁊ naturā p̄ticipat: & ideo infortuna ē. Augent̄ aūt & minuunt̄ ista p̄ aspect⁹. DI. quō se aspicere dicunt̄ ? Ma. Cū in eodē signo & gradu sūt / cōiūcti dicunt̄: p̄ ɔtrariū sepati nominantur. Si autem per sextā p̄tem ʒodiaci. hoc est per duo signa distant / aspiciunt se aspectu sextili: qui ē amicitiæ imperfectę. Si autē per tertiam ʒodiaci partem distant id est per quattuor signa; trino aspectu se respiciunt / qui est amicitiæ perfe

planetę se inspiciūt

Figura aspectuum



ctę. Si vero per quartā ptem ;odiaci:id est per tria signa opponuntur/ quarto se aspectu intuentur qui est inimicitiæ impfectę. Si autem p sex signa distant/oppositi dicunt: qui aspectus est perfectę contrarietatis.

characteres aspectuum

DIS. Quattuor igitur aspectus sunt. scilicet Sextilis trinus quart⁹ & oppositio. MAG. sane. Nam coniunctio proprie aspectus dici nequit: & vim sortitur ut quidam tradunt per gradus. xij. ante & post. Figura aspectuum est quam hic cernis.

□ △ ✶ ☍

De quibusdā alijs accidētibus planetarū: q̄ & Astronomū ignorare nō oportet Capi. iiij. MAG.

Ręter hæc autem & planetis alia multa nomina attribuuntur & accidentia: quorū cognitio etiam Astronomiæ utilis est. DI. Eo magis explicanda sunt. MAG. Planetæ quandoq; dicuntur directi: quandoq; retrogradi: nunc etiam stationarij. DIS. De his in præcedenti tractatu dissertum esse memini. alia si quæ sunt ęnumera. MAG. Planetę dicuntur etiā quandoq; tardi cursu & minuti: cu; scilicet linea veri motus eorum tardius mouetur q̄ linea medij motus: aut contra successionem signorū incedit. veloces autem & aucti cursu dicuntur quādo s;m successiōem mouent. Aucti vero numero sunt: quādo ęquatio addit supra mediū motum. cum autē minuit: minuti numero vocant. Aucti vero lumine sunt: quando a sole recedunt vel sol ab eis. & minuti lumine vocantur / quando ad solem appropinquant. & cū ad gradum decimūquintū aut duodecimū veniunt/sub radijs sunt. & combusti nominant. Orientales sunt quando oriuntur ante solem. Occidētales vero cum occidunt post solem. Vnde & venus solem pręcedens in aurora Lucifer: sequens autem solem post occasum/ Hesperus dicit de qua Boetius libro primo de cōsolatu phīco metro quinto ait. Et q primę tempore noctis Agit algētes Hesperus ortus Solitas iterum mutet habenas Phœbi pallens Lucifer ortu. Dicuntur & orientes ortu matutino: cum de subradijs exeunt: & propter remotionem eorum a sole/mane ante ortum solis apparere incipiunt. Orientes vero ortu vespertino dicuntur: cum de subradijs exeunt/& propter remotionē eorū a sole vespere post solis occasum apparent. Occidentes autem occasu matutino sunt/cum radios solis ingredientes/mane occultari incipiunt. Et occidētes occasu vespertino cum radios solis intrātes & post solis occasum occultari incipiunt. Tres tamen superiores occasu matutino non occidūt nec ortu vespertino oriuntur. Meridionales etiam planetę appellant/cū in suo ęcentrico ab ecliptica versus meridiem declinant. Septentrionales autem cum versus septentrionem tendunt. Respectus autem planetarum quos in diuersis signis ad diuersas corporis partes habere dicunt/ in sequenti patent descriptione.

planetę dicunt tardi

veloces

aucti numero

aucti lūie

combusti

oriētales

Boetius

orientes matutinales

oriētes vespertini

occidētes matutinal

occidētes vespertini

Meridionales


septētrionales

Quas corporis partes planetę in diuersis signis respiciant. Capitulum quintum

	♄ saturnꝰ	♃ Jupiter	♂ Mars	☉ Sol	♀ Venus	☿ Mercuriꝰ	☾ Luna.
aries ♈	Pectus	vētrē	caput	femora	pedes	crura	genua
taurus ♉	ventrē	dorſuȝ.	collum	genua.	caput.	pedes	crura
gemini ♊	ventrē	verēda	pectus.	crura talos	collum	caput	femora
cancer ♋	virilia	femora	pectus.	pedes.	brachia hūeros	oculoȝ	caput.
Leo ♌	verēda.	femora genua.	ventreȝ	caput	cor.	guttur	collum
virgo ♍	pedes	genua	ventrē.	collum	ventrē	cor	hūeros
libra ♎	genua.	oculos	verēda	hūeros	caput	ventrē	cor
ſcorpio ♏	talos.	pedes	caput. brachia	cor	verēda	dorſuȝ.	ventrē.
ſagit. ♐	pedes	crura.	manus	ventrē.	femora	verēda.	dorſuȝ.
capricō. ♑	caput oculos	crura	dorſuȝ.	cor	verēda	femora	femora
aquariꝰ ♒	collum	pectus.	cor.	verēda.	genua.	femora	verēda
piſces ♓	hūeros	cor	ventrē.	femora	dorſuȝ.	crura.	femora

De diuisione cœli in domos duodecim: & nominibus earundē. Cap. sextū. MAG.

Otum iudicandi negociū/maxime ex Zodiaci in duodecim domicilia partitione dependere existimant: veruntamen nec in hac cōcordant. Sed prætermissis duobus partiendi modis/tertiū exempli causa pandā: qui talis est. ut intelligātur 6. circuli magni in sphera super polis mūdi utrinq; sese intersecantes/atq; p puncta ęqnoctialis diuisi in duodecim æq̄lia transeuntes. per hos em̄ sex circulos Zodiacus in duodecim sed non ęquales partit̄ domos: quarū una medietas sub orizonte/altera supra orizonta apparet & oppositę ęquales reperiunt̄. Quattuor ex his anguli vocātur: scilicet Prima q̄ est angulus oriētis. Septima opposita angulus occidentis. Decima est angulus diei seu medij cœli. Quarta est angulus noctis sub orizonte. In his ut aiunt Planetę sunt fortiores. Post has/quattuor domos Succedentes nominat: in quibus Planetę sunt debiliores q̄ in angulis. & sunt domus Secunda. Octaua. Vndecima & Quinta. Reliquæ quattuor Cadentes nominantur: cæteris debiliores. Ex his & constellationibus in illis repertis per cęteras Astrologię partes varia ac mira prædicere conantur.



domus

Anguli

Succedentes


Cadentes

Si de monstratione/experientia aut alia quauis via Astrologię principia cognita sint. Ca. vij. DIS.

Riusquam has partes aggrediamur: ædicito quo nam modo Astrologi tantam partium eiusdem cœli diuersitatē inuestigare potuerūt? aut quid firmitatis habet quod etiā in gradibus quantum ad qualitates/facies/terminos/exaltationes/ & casus ponunt & planetis attribuūt? MAG. Astronomię principia de quibus in pręcedenti tractatu actum est: ex geometria/numerorū concurrente ratione indagari potuere. DIS. nō de illis (quoniā quātitatē concernūt) quęstionem moueo: sed de diuersitate q̄litatum & influentiarū cœli & ptium eius & Planetarū dominio. & fortitudinis incremento in illis. MAG. Ab effectibus (ut aiūt) in multorū cognitionē deuenere p crebras & diutinas obseruatiōs. Vnde & nōnulli ab exordio mūdi primis hominibus intantū vitā ,plongatā a deo cœli autumāt/ut Astronomiā Astrologiā & ceteras artes/quę longa experientia acquirunt̄ inuestigare possēt. Alij primo parēti Adam & patriarchis nōnullā astrologię ptem reuelatam aiūt. Vnde & magister in historijs Abraā Aegyptios Astrologiā docuisse testatur. quod haud abnuo quantū ad temporū varietates. sicut scriptum est, ut sint illis in signa & tempora. Nō aūt q̄tū ad diuinationē, q̄

principia Astrologię sunt nobis cognita

Diuisio domorũ cœli



deus semini Abrahę specialiter interdixit. ut patebit infra. DIS. Interim dictis assentio. sed cur longa obseruãtia & expimẽtis plimis Astrologię principia hauriri nequerint / nõ apparet q̃d possit couenient opponi. MAG. Si expimẽtis q̃ tradũt pricipia didicissẽt / utiq; nõ semel sed freq̃nter easdẽ ↄstellatõs ĩtegre obsuassẽt. sȝ obstat q̃d & ipi ye affirmãt eandẽ ↄstellationẽ totalẽ nũq; / vel saltẽ post annoȝ mlta milia rediturã; n̄ sufficit pticulares ↄstellatõs sepi⁹ obsuasse: qppe cũ nlla stellaȝ seorsũ ĩfluat: sȝ siml cũ oib⁹ etiã astrologis nũq; visis vel cognitis: certo dicere neq̃ũt. cur magis uni q̃ alteri expimẽtal effect⁹ veniat ascribẽd⁹: nisi forte Soli & Lunę syderib⁹ etiã omĩ vidẽti notis. qb⁹ tñ in efficiẽtia freq̃nt p̃ponũt sydera mĩora aut a nobis remotissima. Multũ p̃terea opatõȝ cęlestiũ variat / ĩpedit aut minuit ĩ supiorib⁹ alia ↄstellatio: & ĩ inferiorib⁹ materię ĩdispositio. Sȝ esto hauriri possit ↄstellatõm q̃s ĩ iudicijs attẽdũt efficiẽtia: sȝ nõdũ est inuẽta sufficiẽterq; obsuata. ipatȝ legẽti astronomorum de motu stellaȝ firmamenti & etiam erraticaȝ dubia. antiquiores quippe supra firmamentũ nullũ aliud cœlũ cognouerũt: q̃ tamẽ iuniores Astrologi etiam in praxi utuntur. Chaldei & Aegyptij non infimã

In Astrologia stellis fixis unum tantum motum attribuunt: scilicet diurnum. Ptholemeus addidit secundũ q est ab occidẽte in oriẽtẽ. Thebit tertium inuenisse dicitur qui est versus meridiem & aquilonem. In tẽpore vero multum discordant: ut partim dictum est in superiorib9. nec mirum si de fixis trepidãt: qui etiam in motu Solis & Lunę inter se pugnant: ut & quantitas anni solaris adhuc apud Astronomos quo ad p̃cisionẽ sit incerta: & in maxima Solis declinatione quantum differãt superfluũ est hic recensere. Cõstat autem si Astrologus in gradu uno tantum fefellerit in captanda hora: in diuisione domorum duodecim similiter deficiet. mutabit eñ gradus signum. & in directionibus etiam variat annum. mutabuntur etiam aspectus & situs stellarum. DIS. Fallax igitur sequatur astrologorum experimentum necesse est. Sed & planetæ qua conuentione inter se regendi ac dominãdi tempora/horas/atq; momenta in diuersis partibus cœli: etiam ut ais climatum terrę partiti sint/vehementer hęsito: & te super hæc audire cupio: interim alia q̃ quęstionem augent silebo. MAG Hæc & pene innũera alia sunt quæ fidem Astrologiæ minuunt hisqui omniũ causas (ut ęquum est) ꝓfundius rimantur: & in astrologiæ libris nõ nisi persuasiones quasdam legunt. Nos autem qui ipsam defendẽdam non suscepimus: reliquas ei9 partes velocius percurrere debemus. DIS. ut libet.

Proleme9

Thebit

De secunda parte Astrologię. Et qualem influentiam cœlestium corporum in inferiora Theologi cum Philosophis concedunt: voluntatem omnino excipientes. Capi. viij. MAG.

Ecunda (ut premissum est) Astrologiæ pars de reuolutionibus est hæc ꝯiũctiones & ecclipses ꝯsiderat & ex his aliJs insup ꝯstellationib9 & dispositiõe ãnonæ bellorũ egritudinũ & mutatiõe tpm atq; innouatõe legũ futura p̃nũciat DI. Tu ne huiuscemodi futura ꝯtingẽtia cœlestium consideratione preuidenda credis? MAG Multiplicem virtutem & operationem cœlestibus a Conditore omniũ concretam nemo sapiens dubitat. perpaucas vero ex his oĩb9 in hominum noticiam deuenisse: & omnes Deo soli notas esse: regius Propheta indicat dicẽs. Qui numerat multitudinem stellarum & omibus eis nomina vocat. Nomina vero a proprietatibus rebus imponi constat: quas solus nouit perfecte qui eas condidit: unde cõsequenter exclamat. Magnus Domin9 noster & magna virtus eius & sapientiæ eius non est numerus. Hęc de pticulari noticia intelligenda sunt: quoniam generalem influxum cœlestium qui fit per motum lumen & calorẽ in terrena: etiam Philosophi (dono dei) cognouerunt. Vnde Aristoteles dicebat hunc mundum Elemẽtarẽ latioĩb9 supiorũ cõtiguũ esse: ut inde virtus ei9 guberneẽ & alio loco. Latio inqt solis sub obliquo circulo (zodiacum denotans) generatio

Psal. 146.

1. methau rorum

de genera

Augusti⁹ nes adducit. Nec diuus Augustinus Philosophus acutissimus & theologorum pręcipuus ab Aristotelis sentētia in hac re dissentit: libro tertio de trinitate. c. 4. asserens corpora crassiora & inferiora per subtiliora & potentiora ordine quodam regi. Et libro quinto de ciuitate dei. c. 6. inter disputandum cum mathematicis ait. Non usquequaque absurde dici potest ad solos corporum differētias afflatus quosdam valere sydereos: sicut in solaribus accessibus & decessibus videmus/etiam ipsius anni tēpora variari: & lunaribus incrementis atque decrementis augeri & minui quædam genera rerum: sicut echinos & conchas & mirabiles ęstus oceani, nō autem & animi voluntates positionibus syderum subdi. DIS. Aperte Augustinus inferiora superiorū influentijs subijcit. Cur ergo a nōnullis astrologis aduersari dicitur? MAG. Hic diuus pater (quēadmodum & cæteri viri Philosophię & veritatis cultores) Astrologiæ nō ademit quod raro naturalis admittit / & sacrarum litterarum tenor incōmutabilis non reprobat. Nec tamen dicit corporum differentias necessario esse a cœlesti influxu: sed hoc posse cōcedi in quibusdā. Nam ut eodem loco ait. sexus diuersitas nō ab influxu cœlesti est: cum simul concipi possint gemini diuersi sexus. quid autem tam ad corpus pertinens quam corporis sexus? Sequuntur hunc Bonauentura Alexander de Ales. Schottus & theologorum numerosa turba omnes generalem cœlestium in inferiora influxum confirmantes. Inferiora inquā corpora non humanas mentes seu voluntates/ quēadmodum in sententia Augustini hæc excipiuntur. non enim possunt: ut idem s. pater testatur libro. xij. super Geñ. corporalia in spiritum agere: limitant cæteri de per se & īmediate. Nam cum intellectus (inquiunt) mediantibus speciebus a sensibus receptis ī opus suum prodeat: & sensitiua potentia corporeis organis utatur: de per accidens & a remoto concedi possit / īmutatis corporibus intellectum in sua operatione impediri, ut videre est in lunaticis & freneticis. Vnde & scriptura dicit. Corpus quod corrumpitur aggrauat animam: & terrena inhabitatio deprimit sensum multa cogitantem. Voluntas autē existens domina omnium actuum suorum/organo corporeo nō alligatur sicut nec intellectus: magis tamen libera est: nullius improbitatem patitur: nec cœlestium influxui subditur. Et ideo actus a volūtate pcedētes ab Astrologis puideri aut diiudicari minime possunt.

Idem

theologi qd tribuant astrologiæ

Sapi. 9.

3. Ethico.

Ex quinque causis Astrologi frequenter errant in iudicijs suis. Et quō in uniuersali de fertilitate & sterilitate terrę de pestilentia bellis & mutatione regnorum aliquid pronosticare pñt. Ca. ix. DIS.

Vm iuxta pręmissam beati Augustini sententiam in elementa & elementata afflatus syderum agat: unde fit quod Astrologi nonnunquā de illis quoque in iudicijs suis & fallunt & falluntur?

prima ratio MAG. Quãq̃ huius rei causa multiplex assignari possit: hęc tñ inter precipuas cõnumeranda est: q raro huius artis scioli iudicia sua inter p̃scriptos limites coartãt sed inanis gloriæ cupidi/phylateria sua dilatãt nimium: & ex stellis auguriari gestiunt: quod efficere nõ possunt. Secunda Frequenter etiam ad particulares localesq̃ mutationes descendunt: singularum frugum species denotant: terrarum & incolarũ euentus prosequũtur seiunctim: non attendẽtes/ non obstante generali influxu superiorũ &(ut Augustinus habet libro quinto de ciuitate. c. 7.) electo ad seminandum agrum die/tam multa grana in terram simul veniunt: simĺ germinant: & exorta segete simul herbescunt pubescunt flauescunt. & tamẽ inde spicas ceteras cośuas /atq̃ ut ita dixerim congerminales: alias rubigo interimit/alias aues depopulantur/alias homines euellũt: pari iudicio de reliquis rebus iudicandum est. Tertia Sunt enim causæ cęlestes fere innumerę: ex quibus ut p̃missum est tractatu p̃cedenti/ex stellis fixis pauciores cognitę sunt. quorum tamẽ actio quantũ possit Astrologorum traditiones canunt. Quarta Adde q de principijs & modo iudicãdi pręcipui auctores artis huius diuersa senserunt. Quinta Accedit q plurimi nostro euo in praxi illa magistri nominari delectantur q nondum loqui ceperunt/ne dixerim didicerunt. Viri autem Phię gnari facile non ęnunciant: quod ex certis causis & demonstrationibus veritatis æuidentiam non habet. Verumtamen si anni quattuor partes a qualitatibus suis multum exorbitare contigerit: facillime sequetur aeris intemperies: sicq̃ frugum detrimentum aut excessiuo frigore vel calore urenti: humore suffocante: aut siccitate consumente humidum radicale. Amplius turbatis elementis: imaturis frugibus/& aere infecto aut putrefacto/quo ad respirandũ sedulo utimur/ægritudines euenturas temere nemo iudicabit. Deniq̃ ex aere infecto & alimentis incõuenientibus / spiritũ animalem turbulentum generari/ phisica ratio suadet. Hinc ægritudines acutæ: & cerebro multæ obueniunt turbationes: quibus in uulgo dominantibus/ad unius filij Belial dolosam persuasionem: insultus fieri haud erit difficile Si enim princeps vi legis occurrere nititur/mox a superba ceruice onus seruitutis & sceptrum exactionis excutere moliuntur. Hinc sectę/ contẽtiones partialitates / seditiones bella & cætera huiusmodi oriuntur multa. Et quãuis (ut Ptolemeus ait) vir sapiens dominetur astris. sensualitati scilicet & inclinationibus obuiando: stultorum tamen (ut Salomon non minus docte scripsit) infinitus est numerus. Vnde mirum non est si his & similibus solerter pẽsiculatis/nõ tã astrologi q̃ Philosophi: Medici & longa experientia ædocti agricolæ & nautæ: quotidie de futuris multa vera prædicunt: etiam sine astrologicis regulis/de morbis: de annona: deq̃ tempestatibus. Sed de illis hactenus. Tertiam astrologię p̃tem nunc aggrediamur: laboriosum quippe hoc erit: quoniã fere innumeri codices sunt de hac parte: & e regione viri eruditissimi & sanctitatis titulo præfulgidi parum illi tribuendum astruunt.

Augustinus

Auicenna

ptolemeus

Salomon

De tertia parte Astrologię de natiuitatibus: quid ex domibus quattuor primis Astrologi prænosticent. Capitulum decimum.

DISCIPVLVS

Quid hęc pars futuri pręsagit? MAG. Mortem & vitam & ferme omnes nascentium euentus quales futuri sint. ut patet legenti significationes duodecim domorum in quas cœlum hora natiuitatis diuidūt. Vt autem breuiter me de hac parte absoluam: ex multis pauca secundū domorum ordinem in libris astrologorum expræssa annotabo. DIS. Probe. MAG. Ex habitudine primæ domus planetarum & stellarum in ea existentium & partium natura ac varijs affectibus, mira de anima nati prædicūt. videlicet si liberalis: si legum amator: si mitis aut bellicosus: si diuinarum scientiarum indagatorum alteriusue studij aut operationis amator. & quantus qualisue in corporis habitudine futurus sit natus. Ex secūda domo de prosperitate & infortunio diuitiarum nati futura vident. si ea vel ex hereditate mercatura aut quouis alio ingenio aut labore habi[...]rus sit. & amplius si sua sponte acqsitas dilapidabit: aut violentia quslibet siue infortunio amittat. Ex tertia domo de fratribus nati: de pericia legum & obseruantia earundem & ibi per partem quā absconditam nominant astrologi: de arcanis conscientiæ nascentis erga Deum & erga homines iudicant. Nā ut ait Abraam Auenozra in expositione huius domus Si Iupiter fortis in natiuitate partem illam quocunq modo respexerit, & deū diliget (scilicet natus) & a deo diligetur &c. DIS. Hoc ne verum credis? MAG. Minime. nam dicit scriptura: nescit homo an odio vel amore dignus sit. & conscientiæ arcana soli deo patent. DIS. Insania ergo ista nō tam cōfutanda q ut heretica execranda est. MAG. duas fortunas inter planetas nominant. Venerem scilicet & Iouem. Venus ut aiunt dat fœlicitatem vitæ presentis. Iupiter autem largitur fœlicitatem vitæ futuræ.

DIS. Et quid de Christo sentiunt qui ait in Euangelio. Ego vitā ęternam do eis. sed perge in narratione. MAG. Maternus quidem nō infimę auctoritatis apud astrologos scribit, q saturnus in leone constitutus: facit longæuos quorum anima post mortem ad cœlos transibit.

DIS. Cur ergo Christus dicit. Si vis ingredi ad vitam ęternam serua mandata, & non potius attende si habueris saturnum in leone?

MAG. Albumasar impietatem impieti accumulās ait. Qui deo supplicauerit hora qua luna cum Capite draconis Ioui coniungitur, impetrat quidquid petierit. DIs. ha ha he stultitiam sacrilegiam. Cur igitur astrologi non obseruant talem horam: ut semel impetrarent de cætero in iudicijs suis neminem fallere: & ut tantas diuicias reciperēt ne amplius p inopia alijs sua mēdacia venalia facerēt. Sed pge ad domorum explanatōem. Ma. ex domo qrta de esse patris nati disserit qlis aut qnta ei

Marginalia: significationes domorum cęli primę | Secundæ domus | tertiæ domus | Abraam auenozra | maternus astrolog. | Albumasar | quartę domus

vita sit: & de aliis quę breuitatis causa transeo tanquã fabulosa.

Quę Astrologi pręnosticent ex aliis domibus natiuitatum Cap. undecimũ.

DIS. Ex quinta autem domo quid? MAG. Si nascens filios generabit: & qualiter ad eos efficiet. Et hoc quidem Arabes: Ptholomeus autem a decima filios diiudicat. Mallius ab ascẽdente. Ex sexta de infirmitatib⁹ nati in toto corpe & singulis ptibus: & quãdo & q̃ntum ægrotabit futura annunciat. Ex septima si amator erit fœminarũ & inominatę libidinis sectator. Si uxorem habebit unã aut plures vetulas aut iuuenculas: & quando eas ducet: at usi pacifice cum illis habitabit. Ex octaua autem domo scietur (aiunt) qua morte an aqua/igne/gladio suspendio aut quouis alio modo interiturus sit natus. Ex nona si natus peregrinabit: & quantũ in terra vel aqua: & quã fortunã in his sentiet: similiter si firmiter aut negligenter fidem suam tenebit. Ex decĩa de statu matris: queadmodũ ex quarta de statu patris nati iudicium fit. Plurimi tñ statũ patris a decima inuestigandũ putant. Insuper si natus honorẽ ptãtem/aut famã bonam habiturus sit venat. Ex undecima de amacitia nati. & ad quas psonas erit: simil'r & de vestimentis futura dicunt. Ex duodecima domo figurę cœli in natiuitatibus alicuius calculatę/inimicitię capti[u]itates/si quas forte aut unde habiturus sit natus p̃nosci habent. Seruos similiter Aegyptii ab ista domo diiudicãt. Arabes autem illud a se[x]ta faciundum existimant. & alia ferme innumera. Minima etiam & vilia hominũ accidentia hęc pars Astrologię de nascẽte futura iudicat ex domino natiuitatis horę: almutes/alcochoden/hylech & varium ptium proiectiõe/ex habitudine planetarum & stellarum fixarum/& earundem & similiter domorum variis aspectibus & directione: quę latius ꝓsequi non est nostrũ: sed alia celeirus percurrere.

Marginalia: quintę domus; sextę domus; septimę; octauæ; nonæ; decimæ; undecimę; duodeciæ; Ptolemę⁹; Mallius.

De Laude quattuor doctorũ ecclesię: & quid de hac parte Astrologię senserint. Capitulũ duodecimũ

DIS: Riis qui sint viri eruditissimi & sanctitate prętulgidi huic parti Astrologię parum tribuentes/ut pręmiseras pauloante edicito: simulq; eorundem sententias de hac re pręstringito paucis.

MAG. Hi sunt Doctores pręcipui catholici: quattuor columnę ecclesię sanctus Gregorius papa. s. Hieronymus presbyter Cardinalis. sanct⁹ Ambrosius pręsul Mediolanensis. sanctus Augustinus ante conuersionem suam rhetor maximus & philosophorꝝ acutissimus: post susceptum vero baptisma Episcopus Hypponeñ. per totum mũdum celebris doctor & falsitatis inimicus. Hi sunt (ut testatur pontifex romanus in capi. unico de reli. & vene. sanct. libro sexto.) quorum perlucida ac salutaria documenta/romanam illustrarunt ecclesiam: decorarunt virtutibus & moribus informarunt. Per ipsos preterea quasi luminosas

Marginalia: doct. eccl'. Gregori⁹; Hierony.; Ambrosi.; Augusti⁹; Bonifaci⁹ octauus.

ardentes lucernas/super candelabrum in domo domini positas / errorũ tenebris profugatis: totius corpus ecclesiæ tanq̃ sydus irradiat matutinum. DIS. Eia propera: & quid de astrologia hac tenendũ scripserint hi sancti patres quos ecclesia tam studiose cõmendat in mediũ ferre graueris minime. MAG. Diuus papa Gregorius in homelia Epiphanię accepta occasione ab apparitione stellę quam Magi viderunt in oriente nato Domino: contra mathematicos orationem texens: opponit de duobus geminis Iacob & Esau simul natis dicens. Certe cum Iacob de utero egrediens prioris fratris plantã manu teneret/ prior perfecte nequaquã egredi potuit/nisi & subsequens inchoasset: & tamen, cum uno tempore eodemq̃ momento utrunq̃ mater fuderit/nõ una utriusq̃ vitæ ęqualitas fuit. Sed ad hęc solent mathematici respondere (inquit) quia virtus constellationis in ictu pungentis est. Quibus e diuerso nos dicimus quia magna est mora natiuitatis/si igitur in ictu puncti constellatio permutatur: necesse iam erit ut tot dicant fata quot sunt membra nascentium. hęc Gregorius. qui & post multa alia quæ astrologis obijcit (ad q̃ profecto rationabiliter respondere nequeunt) concludit dicens. Hæc de stella breuiter diximus: ne mathematicorũ stulticiã indiscussã prꝫterisse videamur. Quod si nec ista permouẽt: attende q̃d eodẽ loco Priscillianistarum heresim dicit esse de genituris opinionem astrologorũ. DIS. Summũ pontificem audiuimus: audiamus & Cardinalem. MAG. diuus Hieronymus presbyter Cardinalis sacrę scripturę interprꝫs prꝫcipuus in cõmentarijs super prophetã Sophoniam c. primo de astrologis dum exortus esset sermo ait. Hi sunt qui æleuantur aduersus scientiam dei: & omne quod geritur in seculo (fictã sibi scientiam pollicentes) referunt ad ortus stellarũ & occubitus & mathematicorũ sequunt̃ errores. Idem super Isaia c. q̃dragesimo septimo de astrologis loquens: dicit. Hi sunt qui vulgo appellantur mathematici: & ex astrorũ cursu lapsuq̃ syderum res humanas regi arbitrant̃. & cum salutem alijs promittebant/ sua ignorabant supplicia. Idem in c. Sed & illud. 26. q. 2. Requirere stellarum cursus & euentus ex his futurorũ rimari obprobriũ Aegypti vocat & idololatrię comparat. DIS. Sufficiũt ad prꝫsens diui Cardinalis dicta episcopũ accedamus Mediolanensem. MAG. Hic est s. pater Ambrosius grandiloquus: qui in quarto libro Hexaemeron c. q̃rto de astrologis longũ sermonem contexens/inter alia. Nõnulli (inquit) natiuitatum temptarunt exprimere qualitates qualis sit unusquisq̃ q natus sit: cum hoc non solum vanum sed etiam inutile sit quęrentibus: impossibile pollicentibus. Et post probationẽ suę sententiæ ait. Redẽpti sunt Apostoli & congregati ex peccatoribus: non utiq̃ natiuitatis suæ hora sed Christi eos sanctificauit aduentus: & hora dominicæ passionis redemit a morte. Latro damnatus capite ille cum Domino crucifixus/ non beneficio natiuitatis suæ: sed fidei confessione ad paradisi æterna transiuit. Ionam in mare non vis natiuitatis/sed dissimilatio diuinæ præceptionis prꝫcipitauit. & offensa Petrũ de carcere iminente morte perimen

Gregori9

Hierony.

Ambro.

Lucę. 23.

Io. 1. & 2.

dum/angelus Christi non stellarum series liberauit. Paulum cecitas cõuertit ad graciam: & percussum a vipera turbatumque naufragio/ non remedia natiuitatis/sed deuotionis merita seruauerunt. Quid de illis dicimus qui eorum precibus cum fuissent mortui resurrexerũt: utrum illos sua natiuitas an apostolica gratia suscitauit? Et idem totum negociũ hoc (scilicet iudicandi) plenum ait esse vanitate: & tele araneæ comparat.

Actuũ.12. 9.&.28.

DIS. Durus est hic. diuum Augustinum quẽ Philosophũ fuisse acutissimum dicis auscultemus.

De opinionibus Philosophorũ de Fato & constellatione natiuitatu: quas Augustinus libro quinto de ciuitate dei recitat & improbat. Capitulum tredecimum. MAG.

Augustinus.

Anctus Augustinus disputator copiosus omnem questionẽ quã tractat/radicitus medullitusque perquirit: ut latentem vel veritatem vel falsitatem fideliter detegat. Vnde cũ libro quinto de ciuitate contra Astrologos disputationis rete tendere instituisset/prius fatidicorum & astrologorum varias opiniones distinxit: & breuius prioribus explosis cum Genetaliacis varijs medijs cõgreditur per capitula ferme decem prima. longũ esset omnia hæc epitomati nostro integra inserere. DIS. Longum etiam & minus necessarium: cum paucis planisque verbis intentionem tanti doctoris edicere possis. MAG. Si possum/incertum habeo: obsequi tamen tibi in hoc quoque non abnuo. Distinguens itaque Augustinus fatidicorum & Astrologorum sectas in c. primo libri præfati. Primos ponit qui dicunt omnia æuenire fato: id est voluntate & potestate Dei. DIS. Illos ne male sentire arguit? MAG. Minime, sed ut sententiam teneant & linguam corrigant admonet. DIS: Quapropter? MAG. Quia illud homines quando audiunt / usitata loquendi consuetudine non intelligunt: nisi vim positionis syderum qualis est quando quis nascitur siue concipitur. DIS. Secunda igitur opinio est illorum qui omnia fato id est vi syderum inicialium æuenire arbitrantur? MAG. Scite intulisti: sed inter hos rursum Augustinus discernit. Quidam enim sine voluntate Dei decernere opinãtur sydera quid agamus vel quid bonorum habeamus/malorumue patiamur. DIS. Tales haud dubium explodit. MAG. Quimo & ab auribus omniũ repellendos ait: non solum eorũ qui veram religionem tenent/ sed qui deorum qualiumcunque licet falsorum volunt esse cultores. DIS. Qua de re? MAG. Quia (inquit) hæc opinio aliud non agit nisi ut nullus omnino colatur deus. DIS De hac secta nõnullos nostræ fidei homines esse arbitror: qui rogationes/ letanias & processiones cõmunes pro pace/aut salubri aura a populo factas subsannantes/frustra fieri calumniãtur, sed quid mihi de his? aliud dictæ diuisionis membrũ prosequere.

Opiniões de Fato.

MAG. Eorum qui omnia vi sydérum euenire credunt: nónulli syde-ra quidem/quæ nobis futura sunt pro arbitrio decernere opinātur: sed accepta potestate a Deo. DIS. Quid isti? MAG. Magnam inquit cœlo faciunt iniuriam. DIS. Quam? MAG. Quia in eius uelut clarissimo senatu ac splendidissima curia opinantur scelera facienda de-cerni: qualia si aliqua terrena ciuitas decreuisset/ genere humano decer-nente/fuerat euertēda. DIS. Quid si dicerēt sydera non pro arbitrio illa decernere: sed in talibus ingerendis Dei omnino iussa complere?

MAG. Quarta hæc positio est præcedenti crudelior. DIS. Qua-propter? MAG. Quia de Deo sentiendum tradit: quod indignissimū visum est de stellarū voluntate sentire. Omnes iam dicti Philosophi/ qa ex stellarū influxu necessario euenire existimant quæ fiunt/hodie quoq; a septentrionibus astrologis tanquā falsarij reprobantur. DIS. Hac forte Ptolemei sententia potissimum paulo ante posita: qua ait. Vir sa-piens dominabitur astris.. MAG. Ea ipsa. & aliis multis. Quita igi-tur positio est generalis: q stellæ nec pro libito futura decernunt (quia ut dictum est supra: animatæ non sunt) nec decreta Dei necessario ven-tura in nobis explent: quoniam deus hominem in manu consilij reliqt ait Sapiens. sed ex natura sua & influentia a conditore accepta/ homines resq; terrenas alterant: & ad ea de quibus supra pauca cōmemorauim9 inclinant: cui inclinationi homo si vult contraire poterit. DIS. De hac opinione Augustinus quid sentit? MAG. Non mediocriter doc-torum hominum fuisse ait istam sententiam: ut dicantur stellæ significa-re potius ista q̄ facere: ut quasi locutio quædam sit illa positio syderu; prædicens futura/non agens. DIS. Aliorum istam fuisse sententiam nec ego dubitaueram: sed eam Augustinus approbaret nec ne audire vo-lui. MAG. Quantum ad ea quæ ex libero arbitrio dependent/ positi-onem istam nequaq; approbat: sed in sequentibus fortiter expugnat: & propria astrologorum principia in tela cōmutans eos confodit undiq;. & quantum ad cetera ab astrologis ex natiuitatibus vaticinata / simili-ter incertam hanc positionem ostendit. Tu si quando vacabit ibidem le-ge & relege. non enim prima fronte omni legenti Doctoris mens & ar-gumentorum vis patet..

Ptolome9

opinio ve-rior de Fa-to

Eccl'ci. 15.

E quibus libris Augustinus Astrologiam de natiuitatibus improbet: & similiter cæteri Theologi/Canonistæ & sancti Prophetæ: Capitulum decimum quartum. DIS.

Pparet ex præmissa opinionum dilucidatione insipienter ni-mis a nonnullis responsum esse: Augustinum cæterosq; sanct-os doctores nō nisi hos astrologos rephēdisse qui necessitare astra nos docēt. MA. ceteri in omūi oēs indistīcte sic rephendūt & haud

dubium positionem imponentem necessitatem tanquam blasphemā in primis reijciendam volunt. Augustinus vero particularius predictas positiones segregās/ultimam quę veritati minus videtur cōtraria/ & ideo forte tanto periculosior quanto apparet probabilior/diligentius elimi nat. & in capitulo quinto Astrologiam non artem sed vanitatem vocat & in fine.c. septimi nullam hanc artem esse astruit. Obmitto quę libro secundo super Gene. ad litteram. & libro octoginta trium questionum questione quadragesima quinta de Astrologis ponit. Idem libro secundo q̄stionū ve. & no. testamenti.q.16.in fine ait. astrologi enim inimici sunt veritatis. Et libro tertio de questiōibus no. & ve. testamenti.c.xviij diffusissime contra fatum & mathematicos multis ac varijs argumētis differens. In principio ait nihil tā cōtra Christianos q̄ si arti mathese os adhibeant curam: hæc enim inimica dinoscitur legi dei. Et paulo in fra dicit: Hanc enim astutia & subtilitas inuenit dyaboli. Et circa finem fugiendum omnibus modis ab hac arte monemus: curiosi enim ei⁹ ini mici dei sunt: & sine sollicitudine nunq̄ sunt: semper em̄ suspensi expec tant quod minime certum sciūt. Ipse etiam sermone sexto de epiphania vocat hanc artem stulticiam sacrilegam & indoctā doctrinā. Et ibidem ait de geniturís hominū vani homines loquuntur quod insipiēter opi nantur. In sermone quoq̄ de verbis Domini: quibus dicitur. Ego sum vitis vera &c. ait. Conuerso tibi indulgentiam Deus promisit: sed cra stinū diē tibi nemo promisit. aut si forte promisit mathematicus lōge aliud est. O deus (exclamat) q̄ multos mathematici fefellerūt: qa sibi ple rumq̄ lucra promiserunt & damna inuenerunt. Et omelia.xiij. ait. Pro misit diem crastinum mathematicus ut damnet te & illum. Et ad Ianua rium scribens dicit. Mathematicorum deliramenta cum detestatiōe ir ridenda sunt. In secundo libro de doctrina Christiana dicit eos nimis errare & genus fornicationis animę Astrologiam vocat.26.q 2.c.illud Reliqua tantorum virorū testimonia/similiter & theologorum posteri orum/videlicet Alexandri de Ales.s.Thomę Bonauenturę. Schotti & aliorum breuitatis causa libet pertransire. nec enim isti a prioribus dis sentiunt: sed & ipsi influxum cœlestium in elementa & elementata agere concednut. rationem qui a sensibilibus & potentijs organicis spēs hau rit per accidens & multum a remotis & in generali a cœlestibus moue ri non omnino adimunt: sed non ab ea quæ astrologorum traditiones cōtinent. voluntatem vero omnino esse liberam & isti & catholici om nes dicunt. DIS. Sancti patres & theologi nominati fortasse astro logiam dissuaserunt/de ipsius principijs & experimentis minus ædocti.

Astrologia non ars/sed vanitas ē.

MAG. Si diuos patres astrologię ignaros fuisse credis: lege Ambro sium loco pręallegato: & Augustinum libro quarto cōfessionum: & in uenies quo suspitionem hāc a mente tua repellas facillime: multum cm̄ temporis in hac attriuisse: & vixtandem falsitate comperta desinisse ab hac vanitate deo confitetur. Sic quoq̄ & in aliorum codicibus hęsitati onis tuę medelam poteris inuenire; omēs enim non alienis armis cum

astrologis confligunt/sed(quod Doctorũ est)proprijs principijs vaniloquos redarguunt. Sacri insuper Canones illorum dicta approbãtes/ astrologiã prohibent. 26.q.2.c. Illos planetarios. sunt verba sancti Augustini libro quarto confessionum.&.c.sed & illud quæ sunt verba beati Hieronymi. Et de sortilegijs. c. ex tuarum. Papa Alexander terti⁹ clericum qui bono zelo & ex simplicitate per astrolabij inspectionem furtum cuiusdam ecclesię inquisiuit per annum a celebratione suspendit: dicens id grauissimum esse/& non modicã inde maculam peccati contraxisse. DIS. tal' papa si hodie viueret sacerdotes nostros quos noiare possem/forte in perpetuum inabilitaret. MAG. Quid faceret nescio: verumtamen ipsis intime conpatior. Sed si forte illos non mouent q̃ pręlibata sunt non operosum erit Domini sententiam de hac re in medium proferre. DIS. Proferas quęso. MAG. Nõ ego/sed Isaias propheta nobis hanc ædicat. DIS. Magis gratum accipio: quid ait? MAG c.47. ex persona Domini dicit Babilonijs. Stent & saluent te augures cęli qui contemplabantur sydera: supputabant menses ut ex eis annunciarent ventura tibi: ecce facti sunt quasi stipula: ignis conmbussit eos: nõ liberabant animam suam de manu flammę. Et quod in nostris libris dicitur augures cœli septuaginta interpretes transtulerunt Astrologi dicit sanctus Hieronymus ibidem: ubi etiam ponit testimonium secundũ paulo ante expressum. DIS. Quamuis prophetarum testimonia sine aliqua hesitatione recipi debeant: per ipsos enim locutus est Spirit⁹ sanctus: sicut in simbolo canit Ecclesia: tamẽ aliud si habes Propheticũ testimonium proferas: ut quasi in ore duorũ firmius appareat testimonium. MAG. per Ieremiam Dominus populo suo astrologiã interdixit capitulo decimo sic dicens. Iuxta vias gentium nolite discere: & a signis cœli nolite metuere qui timent gentes: quia leges populorum vanę sunt. superquo loco diuus Hieronymus ait. De his loquitur qui a cęlestibus extimant regi humanum genus. & ex causis cęlestium terrena moderari.

Isaias

Hierony.

Ieremias

Hieroni.

Cur multi adhuc Astrologię fidem habent propter paucas experientias & non potius respuunt eam propter ĩnumeras fallacias. etiã iuxta sancti Augustini sẽtentiã instinctu dęmonum inductas. Et qualiter sanctus Sebastianus astrologiam confutandam docuit: Capitulum.xv. MAGISTER

Erumtamen qui Astrologiæ calicem ępotauere usq; ad feces etiam ad hæc respondent: non esse intelligenda nisi de his quę astra colebant: & ex his omnia necessitate quadam fieri credebant.

DIS. Non mouebit me hæc callida glosula: cum apertissima sint Do/

ctorum & etiam Domini verba. Quinimo si quid probabilitatis habe ret videretur astrologia hęc de qua loquimur/abijcienda tamen esset cũ sanctis patribus/sacris Canonibus & diuinis sripturis apparuit ad mi[illegible]nus vehementer suspecta. Non mediocriter etiam (ut ego quoq; aliud addam) suspectam reddiderunt astrologiã: quę contra Mathematicos sanctus Sebastianus miles Christi integerrima fide/ coram Cromatio romanę urbis pręfecto disseruit sicut in integra ipsius legenda continetur. Cum enim (quamuis omnibus simulachris in domo dicti pręfecti per sanctum Sebastianum & sanctum Policarpum destructis) Cromatius iuxta condictum sanctorum/ sanari a podagra non potuisset donec & opus astronomicum (in quo omnis disciplina stellarum/arte mechanica constructa erat) frangeretur. patenter ostensum est/artẽ istam Deo esse odibilem. Vnde & sanctus Policarpus presbyter Cromatio q̃renti: quid mali illi inesset cum nullo ritu sacrificiorum hoc opus coleretur? respondit. Artem hanc esse deo inimicam: & quę in opere erant fabricata omnia ministeria esse falsę deceptiõis. Sebastianus quoq; intulit. omnia ista vanissima esse & falsa: Christo reuelante cognouius: q̃ tibi nunc manifestius aperiemus. Pręcipe (inquit) hodie ad te mathesis doctores venire: cui dicas illo tempore asperis te casibus laborasse: & inquire per quas stellas hoc tibi ęuenerit malum. responsa eius erũt proculdubio: quod tempus tuum a malicioso marte susceptum est: aut Saturnus apostaticus siue retrogradus fuerit. & cętera quę ibi leguntur. Age nunc (inquit rursum Sebastianus pręfecto) interroga alterum mathematicum cui ipsas horas in bonis tibi exuberasse casibus dicas. illico videbis tibi eum rationabilia scemata infinita offerre: quibus approbat / quia in ipsis temporibus tibi ęuenire debuerint bona/quę ante ille dixerat mala: circulum etenim tenet ex omni parte collectum: in quo diuersas & varias causas accipit: ex quibus occasionem accipiet dicendi quod velit: Hæc sanctus Sebastianus. Pręter mitto quod opponit ibidem qualiter uno naufragio duo diuersis temporibus nati perire possunt. Similiter & in uno prelio ĩnumerabilis multitudo prosterni: qui utiq; eandem cõstellationẽ non habuerunt Et quidem homini Christiano sola istec sufficere possunt ad confutandam vanorum astrologorũ insaniã. MA Nimirum sed nequeunt febre correpti de potus differentia sane iudicare nec (ut Quintilianus ait) facile quid persuadetur inuitis & ut sanct⁹ Augu⁹ habet libro sexto de Ciuitate capitulo primo. Nimię stulticię vł pertinatię nulli quanticũq; numeri libri satis esse possunt. Et ut p̃uidit regius Propheta. Turbati sunt & moti sunt sicut ębrius: omnis sapientia eorum dęuorata est. & Apostolus. euanuerũt in cogitationibus suis & obscuratum est insipiens cor eorum. dicentes em̃ se esse sapientes stulti facti sunt. DIS. Quomodo autem non facile multam fidem astrologię habet qui iam dictas scripturas ignorat: & crebas experientias p hanc videt? Cum experientia sit efficax rerum magistra. MAG Experientias multas apparuisse in astrologorum iudicijs ĩficiari arbitror

Quintil. Augusti⁹ Psal. 106. ad Ro. 1. de elect. c. q̃ i. lib.

neminem: sed istę comparatę erroribus quibus decipiuntur & alios fal•lunt quasi nullę videntur. Tanta autem (ut ita dicam) hereditaria quadam successione ab Eua oīm matre: quæ prima per curositatis vicium decepta est/ad nos descendit leuitas: mira credendi facilitas/aut verius dixerim fatuitas: & prenoscendi futura cupiditas ut multo magis mathematicis imperitis credamus quam scripturis & doctoribus sanctis op/positum persuadentibus: si vel inter centum errores unum verū ab his coniecturatum magis quam ex constellatione prǫuisum ǫuenire contingat. Vnde accidit quod ait Petrarcha ut sine ulla suspitione libere men•tiri possint: pro eo quia semel potuere nō mentiri. De istis autē loquor qui quotannis vaticinantur de illis ǫuentibus qui ex causalitate cœle/stium expectari (contradicente naturali ratione) minime possunt. Silr & de his qui ex natiuitatum consideratione ea quę in domorum expla•natione numerata sunt/& alia fere infinita de nascentibus augurari fru/stra conantur. de quibus & diuus Augustinus/ ut supra tactum est in fine capituli septimi libro quinto de Ciuitate contra astrologos disputa•tionem suam concludendo ait. His omnibus consideratis non īmerito creditur. cum astrologi mirabiliter multa vera respondeant/ occulto instinctu fieri spirituum non bonorum/quorum cura est has falsas & no•xias opiniones de astralibus fatis īserere humanis mentibus atq; firmare & non horoscopi notati & inspecti aliqua arte quę nulla est. Idem dicit libro secundo super Genesim. ad litteram. ubi concludendo subiūxit quapropter bono christiano siue mathematici siue quilibet impie diui•nantium: maxime dicentes vera cauendi sunt: ne consortio dęmoniorū animam deceptam pacto quodam societatis inretiant. Hęc ibi.

Frācis cus Petrarcha

Augusti⁹

Excusatio auctoris ꝙ non magis particula•riter principia Astronomię discussit. Et quāta inter Astrologos diuersitas & contradictio sit. Capitulum. xvij. DIS.

Isi epitomatis angustia urgeret sermonem ab his ad alia q̄ supersunt cōuertere/precibus repetitis pulsarem: donec pricipia astrologiæ rationibus & argumētis philosophicis cribrares: ut sub paleis si quę solida latitant grana appareret. MAG. Nō dęessem tibi nec qdē in hoc nisi veridica relatione ante hos dies didicissem quendam comitem Mirandulanū in philosophia æruditissimū duodecim (ut aiunt) libris disertissimo stilo & efficacissīmis medijs id perfecisse. Venient haud dubium successu temporis lucubratiōes tam stu•diose conscriptę ad manus tuas quibus animum tuū oblectare simul & veritatis agnitione firmare poteris: mihi satis erit de hac re quemadmodum & de alijs maiorum nostrorum & patrum recte philosophantium sententias ꝯmemorasse qbus tamen Astrologi irasci nulla recta ratione

Picus mi•randula

possunt. Ipsi enim priores Astrologiam suspectam reddiderũt: dũ alter alterius dicta reprehendit & experientia aliud inuenisse testatur. Na; in diuisione Zodiaci in signa/Chaldei nominatissimi astrologi ab aliis dissentiunt: nõ signa duodecim sed imagines undecim ponentes/nec eiusdem latitudinis nec longitudinis. Sed nec Planetis domos assignant altitudines seu exaltationes tantum cõsiderantes. Alij autem &si in signis graduũue diuisione conueniant: in partitione tamẽ domo℞ duodecim tantum pugnant ut cui opinioni consentias/nulla argumenti vis ostendat. nam plures gradus alij in illa/ in altera pauciores collocandos statuunt. Ita fit ut planeta qui ab aliis in prima domo collocatur: ab alio in secunda vel duodecima positus inueniatur. Inde & aspectus/domorũ dominaciones ac ceterę vires multipliciter varientur. Planetã qppe quẽ in prima & angulari domo fortem credunt: in duodecima viribus destitui volunt. Et reuera mi℞ & philosophiæ contrarium stellam in quarta sub terra plus efficaciæ & influxus habere in nascentem q̃ supra finitorem collocata in undecima aut duodecima domo cœli: quod nonnulli attendentes cõmuni traditioni contradicunt: & stellas in domibus sup̃ orizonta fortiores credunt q̃ infra ipsum. Dicant si possunt & rationabiliter dicant: cur planeta circa finem noni domicilij non tantũ aut plus possit q̃ circa terminũ decimi vel in medio quarti. Eapropter & ipi fluctuant nunc illam nunc aliam fortiorẽ prædicant. Vnde Ptolomeus aliquando undecimã domum orienti in fortitudine præponit: aliquando contrarium sentit. Medium cęli omnibus pręfert Messahala & Aboasar orientem pręlocant. sed de his satis quantum in significatiõibus domorum dissentiant partim tactum est cum easdem recitaremus. In distributione autem facie℞ & termino℞ miro modo discordant. nec mi℞: quando & in naturis planeta℞ diuersa ęnunciant. Nonne Venerẽ Abenragel & Alchibicius frigidam estimant: e regione Aboasar & Ptolemę⁹ calida; ipsam affirmant? In Mercurio non minus dissentiunt. Et nec in Luna q̃dem nobis proxima/conueniunt. Et si in qualitatibus huiuscemodi aberrent/danda est venia cum de bonitate aut malicia planeta℞ nõ per omnia concordant. Super omnes autem ridẽdi sunt/qui capiti & caudę draconis punctis pure imaginarijs efficaciã aliquã inesse credunt: ita ut etiam annis nati aliquid addant. Quis præterea unquã concordabit litem quę adhuc sub iudice est: de radiationibus/directionibus & æquationibus dierum. de annis autem Fridarijs ob nimiam dissonantiã piget vel modicum quid dicere. Attende quæso in duobus pluribusue p̃nosticis annuis/quot errata/quot contraria & pene nulla sine formidine de opposito ęnunciata: nonne frequenter circa idem vacillant/cum dicunt mortalitatem vel bella ex malicia Saturni vel Martis in aliquo domicilio significari sed benignus Iupiter forte maliciam eo℞ mitigabit: ut quodcunq; ęuenerit id astrologum prædixisse inuenias. Ita pariformiter cu; pluuiam venturam aliquo tempore pręnunciant/frequenter addunt aliorum planeta℞ radiationes: propter quas serenitas saltem in aliquibus

Ptolome⁹
messahala
Aboasar
abenragel
alchibici⁹

locis euenient. Raro preterea de domino anni concordant. DIS Omne autem regnum in se diuisum desolabitur: & domus supra domū cadet Dominus in euangelio testatur. sed forte contrarietatem in eorū libris esse negabunt. MAG. Qua fronte? cum nulla tergiuersatione id celare possint: quin omni legenti appareat. adducere autem latius has cō ditiones apertissimas vetat breuitas. sed lege dum vacat librū Hali Abē ragel de iudiciis: qui multorum sententias in unum colligit. Et Abraam de natiuitatibus & ceteros qui in maximis principiis huius artis praecipuos auctores sepius falsa dixisse libera voce predicant: Ptolemeū scilicet/ Messahalā Albumasarā & plures alios. Figuras etiam quas Albumasar in Isagogis suis maioribus in singulis faciebus signorum ascendere astruit: magis ridiculo quam veritati accedere idem Abraam dicit. sed quod dixi lege: & non potius luridam hanc pestem omni tempore fuge: iuxta ea que supra patrū auctoritate probata sunt. DIS. Miror ego vehementer si ipsi inter se diuersi sunt: & sanctis doctoribus, canonibus & diuinis litteris contrarii (ut dictum est) quomodo Cameracensis eos cum theologia & historiis concordare potuit in libello quē de tali concordantia praetitulauit. MAG. Titulus quidem libelli concordantiā sonat: ea vero que ab auctore & in illo ac supaddito Elucidario adducūtur: summā discordantiam Astrologorum inter se & a veritate historie ostendunt. DIS. Missa igitur haec facientes/ reliquas Astrologie partes videamus.

Hali
Abraam

Quarta Astrologiae pars de Interrogationibus. Capitulū decimū septimū. MAG

Astrologorum opinio est: cum animus hominis ad desiderium sciende alicuius rei impellitur/ subito non electione & consultatione id fieri/ influxu constellationis ea hora in coelo consistentis. unde si astrologum consulat: ex figura coeli hora interrogationis reperta eundem astrologum de requesita posse vera respondere: videlicet si mortuus viuusne sit amicus absens. si missus legatus saluus rediturus sit: & inuenturus aut expediturus prospere rem pro qua missus est. & innumera alia de quibus dubitare poterit humana curiositas. DIS. Aliquando ne vera interrogantibus respondent? MAG. Etiam: quāuis saepius mentiantur & quidem inculpabiliter. nam hic inuenerunt quo errores suos apud imperitos excusent. DIS. Quo medio? MAG. Quia dicunt: si motu quodam naturali firmaque & radicali intentione astrologū dubius quis interrogat/ ex natalicia constellatione iam prouenisse ad id quod ipsa significabat. unde constellationem interrogationis proportionabilē fieri nataliciae constellationi affirmant: & nisi hoc eueniat/ intētionem interrogantis non radicalem neque firmā fuisse clamitant: ea propter si in responsis fallant atque fallantur non ex defectu artis/ sed interrogantis leuitate prouenire excusant. DIS. Callida nimis sed inefficax mendaciorum excusatio. Nam quid Chaldeos astrologos morabatur/

qui regis Nabuchodon osor somniū quæsitum nedum cōdicere potue-re/verū nec cuipiam mortalium possibile esse dixerūt. Et quis diceret ꝙ ex tam numerosa turba astrologorū prænosticationibus assidue vacan-tium Regis natiuitatem nullus sciret aut questionem tam studiose præ-positam/animum regis tam conturbantem / non fuisse firmam & radi-catam? Idem opponere possem de Aegyptiacis diuinatoribus: q de sō-nio Pharaonis similiter respondere non potuerunt. Daniel autem Regi Babyloniȩ/& Ioseph regi Aegypti non tā ad somniū sed & interprætati-onem liquido responderunt: non ex constellationum aliqua inspectiōe sed dei omnipotentis reuelatione. ut textus sacræ historiæ habet: quem nuper te iubente legi atq; relegi. Præterea si animum ad desiderium sciē-di per stellares influxus permotū credunt: cur non magis obseruant cō-stellationem & tempus quo quæsitor desiderium tale concepit/quā & constellationem & horam qua pręposita est quęstio? nam si forte Astro-logum quęsiturus tardius inueniat/ constellationem & horoscopū uti-ꝙ variari necesse est. Vnde hanc astrologię partem cum ea quę de nati-uitatibus diuinat confutandam execrandamq; existimo: a cœtu autē fi-delium exufflandos qui sibi ipsis usurpant quod solius Dei esse diuinæ litterę sonant. ut est illud. Tu solus nosti corda filiorū hominū. MA. Nec pręter illum nouit quisquam quid sit in homine: non angelus bo-nus vel malus/nisi solus spiritus hominis qui est in ipso. DIS. Rele-gata igitur hac ipsa stulticia ad reliqua pergamus.

i. Cor. 2.

Electio temporum ad initianda diuersa ope-era/sub certis constellationibus: in parte cō-ceditur ab Augustino & medicinæ diuersis auctoribus. Cap. decimū octauū. MAG

Væ sequitur Astrologię pars/ęligere docet diem & horam om-ni operi quod facere libet conuenientem: quādo scilicet sit bonū seminare/ plantare / ligna pro fabrica excidere ne teredine perforētur & carie tabescant. sanguinem minuere: membra sanādi gratia incidere: me-dicinam ab intra recipere: castra/ciuitates & domos fundare: exercitum ęducere: hostibus occurrere: uxorem ducere. Emere/vendere/nouas ve-stes induere: vindemiare ut vinum in pace bibatur. Opus Alchimiæ in-choare. ad studium puerorū applicare. locum mutare. iter arripere p ter-ram & aquam: societatem inire. cum cuiusuis status & dignitatis homi-nibus loqui & negocia tractare. balneum intrare. nuncios mittere. ser-uos conducere. ad venandum in silua aut fluminibus exire: & his simi-lia quę nunc memorię minime occurrunt. sed in libro Hali de iudicijs vi-deri possunt: ubi singulis constellationes suas assignat. DIS. Pręter-missum est unum iudicio meo plus cęteris necessarium: si non datur re-gula ęligendi horam & constellationem fortunatā/sub qua bonū & fœ-liciter contingat mori. pœnas infernales euadere: & cœlos sydereos om

nes trāscendere. MAG. Tu eos irrides qui tanto studio quę cōmemorata sunt inuestigant? DIS. & Augustinum Ianuario scripsisse paulo ante dicebas esse mathematicorꝫ deliramenta cum detestatione irridenda. MAG Non inficior: sed si recordaris / etiam dictum est ab eodem sancto Presule: non usqꝫ quaqꝫ absurde dici potest / ad solas corporū differentias afflatus quosdam valere sydereos. quid autem magis corporale in actōib⁹ q̄ agriculturā exercere: ligna dum nondū superfluo humore abundant in ędificia praescindere: sanandis corporibus corporalibus rebus mederi? Alludit istis quod idem ad Ianuarium scribens. Non autem dicit quisquā sapiens arbitretur obseruationes temporꝫ reprahendendos: qui dicunt non proficiscar hodie / quia tempestas exorta est &c. vel si qui forte alij naturales effectus circa motum aeris & humoris / ad variandas temporꝫ qualitates ex syderum ordinatissima conuersiōe notati sunt. de quibus dictum est. cum conderentur ut sint in signa & tempora / dies & annos. DIS. Plane ita littera sacra habet. Vnde autem demonstrabis q̄ signa alia / alias corporis partes sibi vēdicant. planetę quoqꝫ (ut paulo ante dictum est) in diuersis signis non eadem mēbra respectant? MAG. Demonstrent si possunt quorꝫ hęc dogmata sunt: ego vero nihil naturale / nihil philosophicum / nihil deniqꝫ rationi consentaneum & in his distributiōibus & astrologorꝫ argumentis cōperi. Q ui imo & ipsos auctores praecipuos in assignatione huiuscemodi / quemadmodum & ferme in omnibus non mediocriter digladiari inueni. Nam ut exempli causa unum cōmemorem: quid pugnatius dici posset / q̄ testes seu pudēda virgini assignari? ut Alchibiti⁹. aut sagittario. ut Auenoꝫra. ut scorpioni. ut Aboasar. piget plura talia ęnumerare. DIS. Pigebit & me in praescriptis operationibus agriculturę / medicinę & similibus signa aliqua etiam ascendentia seu orientia / aut planetarꝫ dominia / praeter Solis & Lunę lumina & afflatus obseruare. Cū autem lunaribus incrementis humores augeantur / minutiones seu fleubothomiā luna plena fieri: videtur forte rationi naturali magis accedere. nisi obstet q̄ vulnerato membro / abundātia humoris crudi solet dolorem vel tumorem vel causare vel augmentare. Sed hactenuss de illis: videāus & reliq̄

lib. 5. de ciui. c. 6

Augusti⁹

alchibici⁹ auenoꝫra. aboasar.

Eligere diem ad initianda coniugia / comertia & his similia impium est & a fide apostotare. probatᷓ auctoritate sancti Augustini / & iuris canonici. Et irridentur curiosi Astrologi. Capitulū decimū nonum. MAG:

IN aliјs quae in sortem aelectionum receptant Astrologi: videlicet ducere uxorē / emere / vendere / cuiuscūqꝫ generis cōmertia facere. &c. cōstellatiōes aliquas obseruare ratio naturalis non admittit. Diuus Augustinus libro quinto de ciuitate dei c. 7. irridet dicens. O stulti

Augusti⁹

tiam singularem: eligitur dies ut ducatur uxor &c. & sermone. 63. Omnium inquit corda fidelium non dubitant/ nullis mundi partibus/ nullisq; temporibus prouidentiam abesse diuinam: nec de stellarum potestate quæ nulla est secularium negociorum pendere profectus: sed equissimo & clementissimo summi regis arbitrio cuncta disponi. Cõcordat quod idem dicit libro tertio de Trinitate. c.4. Et ad Ianuarium ait. Nõ itaq; dies obseruemus & annos & menses & tempora: ne audiamus ab apostolo. Timeo ne forte sine causa laborauerim in vobis. Eos em̃ inculpat qui dicunt. non proficiscar qa posterus dies est. aut quia luna sic fertur vel proficiscar ut prospera cedant: quia ita se habet positio syderum. non agã hoc mẽse cõmertiũ qa illa stella mihi agit mẽsez: vl' agã qa suscepit mensez &c. Sacri insup Canões tpm obseruãtias pro his effectibus inhibẽt. 26.q.7. c. non licet. c. non obseruetis (inquit Aug⁹) dies qui dicuntur Aegyptiaci: aut Kalendas Ianuarij: aut aliquot menses aut tempora aut dies aut annos/ aut lunę solisq; cursum pro domo faciẽda: aut propter coniugia copulanda/ qui autem talibus credunt: ad eorum domum euntes aut suis domibus introducunt. & interrogant. sciant se fidem christianam & baptismum pręuaricasse: & paganum & apostatã hoc est retro abeuntem & dei inimicum: iram dei grauiter in ęternum incurrisse: nisi ecclesiastica pœnitentia ęmendatus deo reconcilietur. Hęc ibi. Pręte rmissis illis quę ad sequentia deseruiunt. & .c. sequenti quod sumptum est ex Enchyridion sancti Augustini capitulo. 78. & ex commentarijs eiusdem super Epistola ad Galathas/ graue peccatum ostendit obseruare tempora in finem supra expositum. Quod autem c. nõ liceat. 26 questione quinta Prohibet obseruare cursum lunę & stellarum etiam propter segetes vel arbores plantandas / intelligendum existimant de illis qui hęc colunt: credentes aliquid diuini numinis inesse talibus. Pręter hos diuus Augustinus libro quinto de Ciuitate dei capitulo septimo: etiam illos irridet qui ęligũt dies accomodatos ponendis vitib⁹ vel arboribus vel segetibus / credentes particulatim positiones syderũ illis influere: iuxta omnia q̃ de natiuitatibus hominum obseruant. Hoc enim inquit quã falsum sit ex eo patet/ ꝙ tam multa grana in terram simul veniunt/ simul germinant & exorta segete simul herbescunt/ pubescunt/ flauescunt: & tamen inde spicas cęteris coęuas: atq; ut ita dixerim congerminales alias rubigo interimit / alias aues depopulantur / alias homines auellunt. Hoc autem nequaquam fieret / si eadem constellatio sub qua seminantur / etiam quantũ ad ęuentus saluationis aut consumptionis influeret: quemadmodum de hominibus iudicant eorum inspectis natiuitatibus. Nec enim initiales constellationes nascentibus hominibus tantum esse signa & causas futurorũ credunt/ sed etiã plantis/ brutis & rebus inanimatis: ut puta fundandis castris/ ciuitatibus & domibus. & cętera. DIS. Si ita sentiunt: dicant quid causæ est ꝙ de eodem boue homines / canes/ aues/ reges & pauperes/ nobiles & populares cõmedunt. De eodem quoque vino similiter diuersi homines bibũt

Paulus

ad gala.

& de eodē frumento paſcunť &c. Si hęc ex initiali ſydere habent q̄ aut a beſtijs deuorentur aut igne vel aqua intereant / aut in regios tantū cibos veniunt / iuxta ea quæ de natiuitatibus hoīm ventura autumant ? MAG. reſpondebunt proculdubio aliquid ne victi videanť ab adoleſcente: ſi hæc & ſimilia ipis obieceris: nos interim quę reſtant percurramus. DIS. probe.

De fabrica imaginum aſtronomicarū & necromanticarum: qualiter aut ad quid valeant & q̄ nullā vim a cōſtellatione habēt ſed circa eos dęmon opatur: fiunt aūt ſub cōſtellatione: ut īpietas idolol atrię magis occultet. Deflentur & aſtrologi miſeri qui neſciūt ſui miſereri. Capitulū viſceſimū. MAG.

Strologię ultima pars (iuxta p̄libatam diuiſionē) de imaginum aſtronomicarū fabrica eſt inquantum ſub certis cōſtellationib⁹ ſculpunť aut funduntť vel ad fugandum nociua vel alliciendum & promouendum utilia & concupita: nam in varios uſus ordinantur. Aliquæ in quarundā rerū deſtructiōem: ut ſi ſcorpiones a loco āmouere cupiant / figuram ſcorpionis certę materiæ ſculptura aut fuſiōe imprimunt ſub cōſtellatione cōuenienti: & nomē effectum ſignificans nomen rei fugandę: & nomen ſigni aſcendentis & eiuſdē diuerſis p̄tibus imaginis inſcribunt: cum q̄buſdam alijs obſeruantijs: quas cū modo totius opatiōis ſilentio libet trāſire. Pro effectu cōtrario cōtrariā cōſtellatiōe; & opatiōem obſeruandā tradūt Silr in imaginibus q̄ ad amorē & inimicitiā / ad ſanitatē aut infirmitatē inducēdas fiunt / aut ad alios effect⁹ cōſequendos ordinanť. DIS. Aliquando ne per huiuſmodi imagines cōcupiti effectus cauſanť ? MAG. Effectus intentos multotiēs ad taliū imaginū applicatōem ſecutos fuiſſe / experientia multos ędocuit: & heu miſerabiliter decepit. nō ēm hi fiunt virtute imaginis a cōſtellatiōnibus receptę / ſed opatiōe dęmonum. ut manifeſte teſtatur. s. Thomas ſecūda ſecūdę q. 97. arti. ſcd'o in ſolutione ſecūdi argumenti & in libro de occultis operibus naturę. Et contra gentiles libro tertio. c. 103. & venerabilis antiſtes Guilhelmus libro de fide & legibus. Auerrois quoq; aduerſus Algazelē ſcribens huiuſcemodi imagines prorſus inefficaces aſſerit. Nam artificialia inquantum huiuſmodi nec cœleſtem influxum recipiunt / nec alicuius operationis naturalis per ſe cauſa ſunt. ſicut pat; ex naturalibus: & quantitas de genere actiuorum non eſt imago igitur ex quacunq; materia fabrifacta ſub quibuſuis conſtellationibus / nihili amplius de virtute cœleſti accepit q̄ maſſa non effigiata ex qua imago fit: nec nomina quæ inſcribūtur virtutem aliquam habent. ut in ſequētibus patebit. Similiter q̄ imagines ſepeliunť in medio loci ī quo ope-

ratio eorum expectatur: actioni naturali contrariatur: quia actiua & passiua applicata fortius agunt & patiuntur: Vanitatem maiorem indicãt obseruantię cęterę quę in illis obseruantur: ut cum sinistra manu quędã nomina inscribuntur: imaginum quedam supinę sepeliuntur: alię sursum erectis pedibus capite deflectũtur. quæ omnia (uti ex doctorib⁹ ante cõmemoratis patet) signa magis sunt occulti pacti initi cum dæmonibus ab his qui talibus utuntur ꝙ causę ad effectum naturaliter cõcurrentes. Sicut in imaginibus necromanticis angelorũ aut potius dęmoniorum inscriptio/& aliorum nominum & characterum ignotorum notorum: insuper diuersarum suffumigationum & inuocantium usus signa sunt manifesti pacti cum dęmonibus. In hoc enim differre dicit. s. Thomas secunda secundę questione. 96. articulo secundo imagines astronomicas a necromanticis. In utrisq; autẽ tempora obseruantur & constellationes certę. DIS. Sed frustra: si imaginibus expectatã virtutem non influunt. MAG. Sed ut tali fuco dęmonis consortiũ & idololatrię impietas magis occultetur: unde propter manifestas impietates quę in execratione imaginum necromanticarũ fiunt/ propemodũ omnes/non solum Christiani/sed aliarum factionum prudentiores abhominantur easdem: astrologicas vero/cum nec incognita nomina habeant/suffumigationes non requirant: sed a solo cœlestium influxu efficaciam sortiri videantur: plerią; etiam heu Christiani amplectuntur: & eo infęlicius errant/ quanto minus dyabolicas versutias nephando operi adesse suspicantur. dimisit enim eos Deus (ut Dauid cecinit) secundũ desideria cordis eorũ: ibunt in adinuentionibus suis. DIS. Heu quãta impietas sub umbra astrologię latitat: misereor sectę huic miserrimę: q̃ sui nescit misereri. & dum alijs salutem & bona euentura prędicere frustra laborat/ipsa elephantino morbo tabescens/ cancrum quoq; usq; ad interiora animę suę serpere sinit. MAG. Non modo imaginum impietas astrologię vim faciens/sub umbra eius se occultat: sed omnis pene superstitionis infęlix soboles sub alas ipsius confugit: dũ superuacua tẽpora impie obseruat. DIS. Obsecro/graueris minime infœlicem superstitionis genelogiam nominatĩ texere: ut completius videam mala quibus curiosi astrologi participant: Curiosos illos aio qui ex astrorũ ĩfluxu effectus expectant: quos ratio naturalis ex illis prouenire nõ posse conuincit: & scriptura sacra detestatur.

Psal. 80.

De triplici superstitiõis filia: & qualiter dyabolus inuentor illius/diuersis temporibus genus humanum per illas decepit. Capitulum. xxi. MAG.

Superstitio vicium est religioni oppositum per excessum. cui⁹ ut ex diuo Augustino libro secundo de doctrina Christiana patet triplex est filia: Idololatria scilicet Diuinatio & supuacua obseruantia ait enim. Superstitiosum est quidquid institutum est ab hominibus ad facienda vel colenda idola (ecce Idololatria) vel ad consolati.

Augusti⁹

Supstici/onis filię

ones & pacta quaedam significationum cum dæmonibus placita atque fœderata / qualia sunt molimina magicarum artium (ecce diuinatio) & infra. Ad hoc genus pertinent omnes etiam ligaturę atqꝫ remedia q̄ medicorum quoqꝫ disciplina condemnat: siue in p̄cantatiōibus / siue in quibusdam notis quas characteres vocant: siue in quibusdam rebus suspēdendis atqꝫ ligandis vel etiam saltandis &c. 26. questione secūda. c. Illud (ecce vana obseruantia). Dyabolus quippe cuius superbiam cœlū ferre non potuit: diuini honoris percupidus / & homini qui in locum unde ipse cum angelis suis apostaticis ceciderat sublimandus erat inuidēs multiplex superstitiōis genus mortales docuit. sicut scriptū est Invidia dyaboli mors intrauit in orbem terrarum. primos equidem Parentes per diuinationē aggressus est: dum ipsis scientiā boni & mali esu pomi vetiti promisit. Post lapsum generis humani ferme totum orbem idololatria deprauauit. demptis paucis ad Ciuitatem dei pertinentibus ciuib⁹ in statu quippe innocentię prothoplasti iusti / idololatrię facile non cōsensissent: sed dolum statim notassent. Post lapsum vero eorum filij peccatis obcęcati / hanc mira facilitate amplexi sunt: & firmissime tenuerūt, sed cum hanc multiplex p̄phetarū scriptura & euangelica doctrina tandem a cordibus credentium hominum ęradicauerūt / docuit eos vanas & superstitiosas obseruantias: quas tanquā de falsitate minus suspectas. Et istis heu delectabiliter assensi sunt: & ita firmiter tenēt / ut quotidiāis sacerdotum clamoribus & admonitionibus radicitus extingui christianis non possint. Vt autem tibi moregeram: viperinam earundem sobolem breui ac plano sermone explicabo Primum vero non de diuinatione quę origine videtur prior: sed de Idololatria q̄ est in viciositate crudelior exordiar. DIS. Perpulchre

De Idololatria & triplici secta gentilium de adoratione creaturarum. & qualiter christiani imagines adorāt Christi & sanctoꝝ cū distinctiōe triplicis adoratiōis. Ca. xxij. MA

Idololatria / Idola

Idololatria dicta est quasi latria id ē diuinus cultus idolis exhibitus. Idola autē sunt statuę & Imagines quas tali honore gentilitas venerabatur: credens aliquid diuinitatis inesse illis: propter responsa & mirabiles ac vitales operationes quas dęmon inhabitans siue assistens operabatur. sicut fuere statuę Hermetis trimegisti q mercurius dictus est: in quibus credebant arte quadam sub certis constellationibus animas dęmonum vel angelorum includi. De quibus diuus Augustinus libro octauo de ciuitate. c. 23. & se. mentionē facit: easqꝫ reprobat. Nec enim naturalis Philosophus concederet quoscunque spiritus artificialia corpora posse vegetare & substātialiter informare. aīa em ut Aristo. tradidit actus est corporis phisici id est nālis nō artifitialis. qꝫ isti nō de informatiōe sed inhabitatiōe senserūt: q̄si spiritus rebus q̄busdam

Augusti⁹

Aristo.

& arte alligati statuis assisterent eque errauerunt. Non em possunt hoines per quascunq; res lapides/herbas / verba aut cõstellationes spiritu; compellere bonũ vel malum: ut vocatus veniat aut idolu; inhabitet. ut patebit in sequentibus. quoniã corporalia in incorporea agere/ naturali ordine nõ possunt. Fuere præter hos ex gentibus qui nõ statuis & imaginibus latriam exhibebãt quasi Diis/sed rebus creatis: quas deificatas credebant propter aliquã virtutem aut facinorum magnitudine;: quas statuæ repræsentabant. utputa Ioui/Herculi/Veneri/ & reliquis hu[9] generis portentis. Multiplicitatem ac vanitatem omnium talium Deoru; sanctus Augustinus fere per decem primos libros de ciuitate dei elimi/nat. De quibus & Psalmista dicit. Omnes Dii gentium dæmonia. & iterum. Simulacra gentium argentum & aurum/ opera manuũ hominum os habent & non loquuntur: oculos habent & non videbunt: aures habent & non audient: manus habent & non palpabunt: pedes habent & non ambulabunt: nares habent & non odorabunt: non clamabũt in gutture suo. Responsa autem & cætera quę circa illa fiebant/dæmones operabantur: Non derant præterea qui omnes mundi partes diuino honore dignos existimabant: propter animã mundi per omnes partes eius diffusam: quã deum credebant. Sic a diuersis mundi partibus & proprietatibus deorum nomina multiplicabant. de quibus diffuse Augustinus tractat in de ciuitate dei libro septimo. Cæteri ut Platonici unum summum deum confitentes ac honrantes/Intelligentias tamen siue angelos cœlestium corporum animas ac dæmones/quos aerea dicebant esse animalia: & animas hominũ ad ordinem dictorũ relatas/a diuino cultu non segregabant. Illorum errores sanctus Augustinus libro octauo de ciuitate dei abunde extirpauit. Na; q; imane sit hoc vicium ex hoc maxime perpendi potest: q deus verus qui per prophetam dicit. Gloriam meam alteri non dabo multipliciter id inhibuit. Ait enim. Dominũ deum tuum adorabis & illi soli seruies. & in Exodo. Sculptilia & alienos deos populo fideli inhibens ait. Non adorabis ea neq; coles reliquas scripruras in quibus idololatria; deus inhibuit. Idololatrasq; q; multipliciter punierit/angustia temporis cogit præterire. DIS. Cur igitur Christiani imagines & Christi & Sanctorũ non modo faciunt/ sed adorant & colunt? MAG. Venerabiles imagines Christiani non deos appellant: neq; seruiunt eis ut Diis: neq; spem salutis ponũt in eis: neq; ab eis expectant futurum iudicium? sed ad memoriam & recordationem venerantur eas: & adorant. non autem seruiunt eis cultu diuino nec alicui creaturæ. ut dicit canon Venerabiles de Conse. dis. tertia. Fiunt etiam ut in ipsis ignorantes videant quid sequi debeant: & in ipsis legant qui litteras nesciunt. Nam quod legentibus scriptura/hoc & ideotis prestat pictura cernentibus. dicit canon Perlatum de conse. dis. tertia. DIS. Quomodo eas adorant si eis cultu diuino ut dictum est non seruiunt? MAG Adorationum alia simplex est: & Dulia dicitur. qua Sanctis Dei & eorundem reliquiis ac imaginibus honorem impendimus. Alia excellen-

[Margin notes: Augusti[9] | Psal. 46 | Psal. 134. | Psal. 113 | Augusti[9] | Platonici | Math. 4 | Exodi. 2[0] | Quõ christiani imagines sanctorũ venerentur | Canon | Adoratio triplex]

tior est & Iperdulia nominat̃.qua virginẽ Mariam matrem Christi/reliquias & imagines eiusdem veneramur. Tertia est excellentissima quæ Latria appellatur.qua solum Deum colimus & adoramus & Christum Iesum:cum sit verus deus/eodem cultu colimus. Humanitati vero Christi per se sumptę/solum deberetur iperdulia.Imagines vero Christi & crucem in qualicunq; materia fuerit effigiata eadem adoratione cũ Christo veneramur per accidens:quia motus adorationis imaginis(ut dicit Damascenus libro tertio) ad prothorypũ id est imaginatum usq; refertur. non enim illas ratione materię colimus/sed quia Christum repsentant/eas rememoratiuę veneramur. Crucem vero in qua pependit & cętera gloriosæ redemptionis nostrę arma/q̃ tactu sui corporis & sanguinis sacrauit:cõmũiter secundũ Doctores iperdulia honoramus. Videri possunt hæc latius libro tertio Sententiarum dis.nona in textu & Doctoribus.Cæteras superstitionis partes simili cõpendio nunc pcurrere frugi erit.

Damasce capitul.8.

Magister senten.

De Diuinatiõe & eius speciebus. Insuper ex quibus causis futura prædici possint. Capitulum vicesimum tertium: DIS.

Ltera superstitionis filia iuxra præfatã partitionẽ Diuinatio dicta est: MAG.Hæc ipsa est qua futura prænoscere miseri laborãt per ea quæ prænosci non possunt.ut fortuita & casualia: q̃ per se causas non habent.similiter ea quæ dependent a potentijs rationalibus: quę se habent ad opposita secũdum Philosophos.ut cœnare aut ieiunare & similia.talia enim solus Deus nouit antequã fiant:qui vocat ea quę non sunt tanq; ea quæ sunt.apud quem non est transmutatio/neq; vicissitudinis obumbratio.Qui igitur talia sibi ipsis quocunq; ingenio usurpant/diuini dicuntur:quasi deo pleni.ut ait Isidorus libro octauo æthimologiarum diuinitate enim se plenos simulant & astucia quadã fraudulenta hominibus futura coniectant.Effectus autem qui ex suis causis ex necessitate proueniunt (nisi specialiter a Deo suspendantur) certitudinaliter iuxta naturalem cursum prędici possunt. sicut eclipses Solis & Lunæ.& effectus qui ex suis causis ut in pluribus proueniunt/prædici possunt quadam probabili coniectura. sicut pluuiæ & tempestates p astrologos & nautas/sanitas aut mors per medicos/nec hoc ad diuinationis impietatem pertinet.ut declarat s.Thomas secunda scdę q.95.articulo primo. Similiter prophetę prædicentes futura contingentia deo reuelante non diuinant:sed prophetant.quod malum non est. Diuinatio autem ut Hieronymus testat̃ super Micheam.& c.Iudices.1.q.1 semper in malam ptem sumitur quia in ea semper interuenit optatio dęmonum. Quęrere autem consilium vel auxiliũ a dyabolo/malum magnum esse: declarat s Bonauentura libro secundo dis.7.q.ultima. DIS. Sobolem itaq; quã hęc superstitionis filia ex dyabolo concipit & generat/ænumera quęso. MAG. Diuinatio superstitionis filia dæmoni copulat̃ aut per inuocatiõem ipsius expressam aut occultã. DIS.Quomodo per

Diuinatõ

Iacobi.i.

Isidorus

S.Tho

Hieronĩ9

Bonauẽ.

expressam? MAG. Nouerunt hoc Necromantici: qui execrabilibus suis exorcismis & coniurationibus/characteribus & figuris & diuersis ceremonijs aut verius sacrificijs/demones certis temporibus ad danda responsa aduocant: qui & varijs modis comparent/aut diuersis formis prestigiosis/oculorum sensus prestringentes. & dicitur Prestigium. aut in somnijs apparentes & dicitur diuinatio per somnia. Respondent etiã per arrepticios & phytonas. & dicitur phytonia nonnunq; ad quod vocantur prenunciant diuersis figuris: quas miseri homines videre solent vel in polito lapide/ferro calibe/speculo aut ungue hominis. & frequenter ad videndum talia eligunt virgines & pueros. & dicitur generali nomine Geomantia quod est diuinatio: quasi diuinatio in terreno corpore. Si autem apparitiones he sunt in aqua: dicitur Hydromancia hydor enim grece/latine aquam significat. Si apparitiones huiusmodi fiunt i aere: dicitur Aeromancia. Si in igne/ nominatur pyromancia. a pyr qd ignem latine sonat. Si in visceribus animalium in aris demonum imolatorum apparent predicta: dicitur Aruspiciũ. Si autẽ incantationibus videntur mortui suscitari: & respondere ad interrogata/dicitur Necromancia: necros enim mortuus sonat latine. In hac pessima superstitione etiam sanguis adhibetur: inquit Isidorus: nam demones amare & diligere sanguinem aiunt: nimirum quia diuinũ appetunt honorẽ. In lege aũt sanguis deo frequenter offerebatur. Ab hac specie totum illud diuinationis genus/quod expressa inuocatione demonũ fit: generali nomine Necromancia dicitur. In omnibus his solemnis processus/Constellationum obseruantias non negligit quamuis interdum sine tali fiant.

pstigium. Somniũ. Phytonia geomãcia hydromã aeroman. pyromã. aruspiciuz necromã. Isidorus

De Augurio & sacrilegio & speciebus earundem. Capitulũ. xxiiij. MAG.

Diuinatio autem que fit absq; expressa inuocatione demonũ secundum sanctum Thomam secunda secunde questione nõagesima quinta articulo tertio in duo genera diuiditur. Primum est. cum ad prenoscendum futura aliquid consideratur in dispositionibus aliquarũ aliarum rerum. Alterum est quod procedit ex consideratione eorũ que eueniunt ex quibusdam que serio fiunt/ad aliquod occultum inquirendum. Primum generali nomine Augurium dicitur. Secundum Sortilegium appellatur utriusq; sunt species seu filiæ multæ. DIS. Augurij filie que sunt. MAG. Prima est Astrologia: que ex dispositione syderum in hora natiuitatis futuras nati euentus diiudicat. Secũda est Augurium specialiter acceptum: quod ex garritu auium & vocibus quorumcunq; animalium siue per sternutationes hominum futura pronosticat. Tertia est Auspicium ex motu aut volatu auium aut quorumlibet animalium. vel saltu membrorum: coniectans per visum hoc quod Auguriũ per auditum. Quarta Omen dicitur quod fit dum verba hominum absq; intentione dicta/quis retorquet ad futurũ quod vult pronoscere. Quinta est Chyromancia: ex lineis manuum futura prediceng.

s. Thõas. astrologia auguriuz. auspiciuz. Omen. chyromancie.

chyr enim grece latine manus dicit. Sexta est Spatulmancia ex signis & figuris in spatulis animalium consideratis / contingentia augurians. Operosum esset singularium exempla & modos describere. DIS. Pretermissis talibus sortilegij filias edissere. MAG. Sors fit aut protrahendo incerti numeri puncta versa facie ad lunam / cum ceteris observantijs ex quorum punctorum collectione statuuntur quattuor figure: quas matres vocāt: e quibus alias non paucas eliciunt & nominib⁹ planetarum/signorum domorum &c. nomīant aspectus earūdem & ceteras habitudines queadmodum in figura cœli considerant. Aiunt em dum homo ex desiderio inquirendi futura puncta signat / iam ex cōstellatione natiuitatis sue ad hoc peruenit ut vis cœli manum suam dirigat quo nec plura nec pauciora puncta faciat ꝙ ad iudicium intentum sufficiant. diuinatio hæc Geomancia dicitur: differens ab ea quā paulo ante inter Necromantie species cōmemorauimus. Illa enim apparitiones factas in corporibus politis & terreis considerat. hæc puncta signata in terra aut lapide vel tabula pensat: & propter nimiam propinquitatem ad Astrologiam multos decipit: īmo nonnullos sacerdotali corona insignitos obcecauit. Fit & sors ex consideratione figurarum quæ proueniunt si liquefactum plumbum in aquam funditur. si festuce inequales a sortilegis tolluntur. si charte scripte & vacue fortui[illegible] ex olla leuantur. si in proiectis taxillis puncta considerantur. Si in apertione libri alicui⁹ quod primum occurrerit pro re dubia attenditur. si att[illegible]tu ferri candētis / aut duello innocentia alicuius probatur. Ampliorem deductionem illarum diuinationum in aliud tempus reseruo. De obseruantijs nunc loquamur.

Spatulmancia

sortilegiū

geomācia

alie sorti/legij spēs

ꝙ demones rebus aut verbis a Necromanticis cogi nequeūt: sed a solo Deo Angelis / sanctis & homībus iustis virtute diuina: sed vocati a Necromanticis veniunt propter initum pactū. Capitulum. xxv. DISCIPVLVS

Ontine paulisper calamum ab exaratione obseruantiarum: donec quæ dubia videntur circa diuinationem & eius prolem paulo latius resoluas. MAG. Triduum totum nō sufficiet si omnibus quæ circa dicta queri possunt respondere tentauero. DIS Nō oīa / sed pauciora de his mouebo: tu fac ne copiosior sis in rñdendo. Primū q̄d aīm meū īnodauit ē: Si demōes necromāticis exorcismis ceteris rebus quibus utunur coartari possint: ut etiā inuiti cōpareāt? MA. Huius dubij obscuras quāquā explanatiōe multa egeat / sufficere tamē poterit ad p̄sens respōsio negatiua quā. s. Thomas dat in. q. disputatis de po. dei. q. 6. arti 10. Cum enim incorporeæ substantiæ sint: corporeis rebus subduntur minime. ut deduci posset ex naturali Phīa. nec ut di

necromāticis exorcismis dæmōes non coartanē.

s. Thom.

uus Augustinus dicit libro.12.super Gen̄ ad litteram)corpora in spiritus agunt. Et de dęmone ad Iob. Domin⁹ dixit: Nō est potestas sup terrā quę ei comparet: qui factus est ut nullū timeat. DIS. vocati igitur sponte sua ueniunt? MAG. Nō oportet: nā & si terrena potestas dominari illis nequeat virtute tamē diuina coguntur. ut ait sanctus Thomas ubi supra, quandoq; qdem ab ipso deo/quandoq; vero a sanctis & angelis & hoībus virtute diuiā. Et Aug⁹ li.3.de tri.c.4.ait. Spiritus vitæ rationalis desertor atq; peccator/per spm̄ vitæ rōlem piū & iustū regitur. Pij autē & iusti sunt sancti & angeli & homines. scriptum est autē quia voluntatē timentiū se faciet Deus. Coguntur deniq; dęmones inferiores per superiores, ait sanctus Thomas. & hoc arte magica. DIS

Iob.41. | S.Tho. | Augusti. | Psalmista.

Quomodo aūt superiores inducuntur aut coguntur ut inferioribus pręcipiant: aut ipsi compareāt: cū res necromāticę in ipsos actionem & virtutem non habeant? MAG. Meminisse oportet q̄ in diuinatione pactum interuenit inter Diuinos & ipsos Dęmones: manifestū aut occultum ut pręmissus est: Vnde & Necromantici libros suę sacrilegę artis dęmonibus cōsecrandos tradunt: maxime aūt principibus: quorum nomina etiā frequenter ponunt. Hoc aūt quid aliud est quā manifestū inire pactū cum dęmonibus: ut approbatis exorcismis/characteribus & alijs/quoties inuocantur per huiusmodi initi pacti signa recognoscāt & mittant aut veniant. Vnde ut vim illis inesse maiorē ostendant/finguntse nōnunquam inuitissime aduentare. DIS. Cur itaq; non semper vocati veniunt? MAG. Aut quia a Deo non p̄mittuntur. Illi em̄ (ut Augustinus dicit libro secundo de Ciuitate dei. capi. vicesimo secūdo) non omnia quę volunt facere possunt: nisi quantū illius ordinatione sinuntur/cuius plene iudicia nemo comprębendit: nemo reprehendit iuste: Ad idem loquitur de Trinitate libro tertio capitulo septimo & nono. & libro octoginta trium quæstionū quæstione septuagesima nona Vel magis attentū in ceremonijs reddant incantantem: quasi in aliquo defecerit: Vel etiam ut miseris turpiter illudant. Est enim dyabolus mēdax & pater eius. Nec minus periculum est si occultū dęmonis pactū interueniat: sicut in illis qui talibus utuntur. transcribunt: aut quopiam alio tradente discunt. Immiscet nihilominus se dęmō astutus alijs rebus & curiosis obseruantijs: super quibus nulli unquam pepigit. de quibus mox tractabimus.

in diuinādo pactū interuenit manifestū | Augusti. | occultum

Res corporales quibus Necromantici utunt̄/quāuis demones non cogant: alliciunt tamen ut signa fœderatę societatis. redditur etiam causa cur sub certis constellatiōibus/nocturnis horis/locis horribilibus pueris/virginibus magis illę apparitiōes fiunt. Capitulum.xxvi. DISCIPVLVS.

Es itaq; quibus Necromãtici utunť / nulla vi cogunt demones sed magis ut signa fœderis alliciũt? MA. Ita diuus pater Augustin⁹ li.21.de ciui.c.vi.sentit dicẽs. Alliciunť autẽ demões ad inhabitandũ p creaturas/quas nõ ipi sed de⁹ ɔdidit : delectabili⁹ ꝑ sua diuersitate diuersis/nõ ut aĩalia cibis:sed ut spũs signis:q̃ cuiusq; delectationi cõgruũt:p varia genera:lapidũ/herbaꝝ/lignoꝝ/aĩaliũ : carminũ & rituum. DIS. Sed quis nouit quibus delectenť? MAG. Audi Augustinũ in eodem loco.ut autem alliciant (ait) ab hoĩbus:prius eos ipi astutissima calliditate seducunt.vel inspirãdo eoꝝ cordib⁹ virus occultũ:vel etiã fallacibus amicitijs apparendo:eoꝝq; paucos discipulos suos faciunt/plurimoꝝq; doctores. neq; em̃ potuit nisi primum ipis docentibus disci qd quisq; illoꝝ appetat:qd exhorreat.q̊ inuiteť numine vel̃ cogať:unde magicę artes eaꝝq; artifices extiterũt. Addere potes quã:s. Thomas ponit ratõem. Quia p huiusmodi res corpales sciũt facilius posse complere effectum ad quem inuocantur: & hoc ipi appetunt ut sc; eorum virtus admirabilis habeať. Et propter hoc sub certa cõstellatione aduocati magis adueniunt. DIS. Virgines autẽ & ĩnocentes pueros/cur magis ad visiones eligunt? MAG. Vt ex hoc in suę diuitatis opinionẽ homĩes adducant:quasi mundiciã ament.ait.s. Tho. Accedit φ prę̃stigia & fascinationes illusionesq; propter organorum ac spirituum teneritudinem facilius fieri possunt: timent magis /& a iudicio rectitudinis citius abstrahunť. Vnde ad alienationes huiuscemodi inducendas:nocturno tempore/in biuijs/specub⁹ subterraneis: & similibus & temporibus & locis magis cõparent in quibus horror: & aura corrũpens ac spũs pestilens sensus ĩmutant crebrius. Quibus autẽ modis sensus ludificari possint. Auicẽna sexto naturalium abũde prosequitur. Generales autem modi duo sunt. Aut em̃ operantur spiritus nequã aliquid extra nos:aut in nobis : quod diuus Augustinus libro quarto de trinitate.c.xi.clare insinuat dicens. Facile est spiritibus nequissimis p aera corpora facere multa/quæ mirentur animæ terrenis corporib⁹ aggrauatę: etiam melioris affectus. Si enim corpora ipsa terrena nõnullis artibus & exercitationibus modificata in spectaculis theatricis:tãta miracula homibus exhibent/ut hi qui nunquã viderunt talia/narrata vix credant:quid magnum est dyabolo & angelis eius de eorporeis elemẽtis per aera corpora facere quæ caro miretur? Aut etiam occultis inspirationibus ad illudendos humanos sensus /fantasmata imaginum machinari : quibus dormientes vigilantesue decipiat vel furentes exagitet. In libro quoq;.de ciuitate.c.xviij. quod narratur de conuersione sociorum Diomedis in aues:qui videntur in insula Diomedea non longe a monte Gargano qui est in Apulia. Item de socijs Vlixis quos Circes maga famosissima in bestias mutasse Varro cõmemorat. Et de Archadibus qui transnato stagno quodam:in lupos verti perhibentur: & in decennio si interim humana carne non vescunť in homines redire. Has similesq; transformationes/quas ibidem recitat Augustinus.superficie

Marginalia (left): Augusti⁹ — Augusti⁹ — I pte.q.15 ar.5.scri 2 dis.7.q.3. ar.1.d' po. dei.q.6. ar.6 — Auicenna — Augusti⁹ — Varro

Marginalia (right): Quõ demones alliciant rebus corporalibus — deligunť pueri ad visiones nocturno tempore locis rectis

tenus factas ait. ut videantur esse res quod non sunt fantasia homis im mutatę. sicut & in somnijs fieri solet. Assumit hoc dictum Canon. xxvi q. v. nec mirum. Et simile fieri sceleratis mulierib⁹ retro post Sathanan conuersis: qui se nocturnis horis super bestias cum alijs equitare & con uenire credunt. dicit. c. Episcopi. ea. q. Qualiter autem permissione diui na non propria virtute / sed ex elementis in quibus rationes seminales sunt / demones veras res efficere possint nec tamen inde creatores dicun tur / forte in sequentibus dum de causis naturalium entium tractandu℥ erit / aperiemus: interim q̄ restant breuius percurramus.

Soluuntur quę obijci possunt contra dicta Et specialiter verbis virtutem nullam inesse probatur Capitulū vicesimumseptimum DIS.

Non possum quę adhuc restant dubia: & dictis videntur cōtraria non mouere. Legi nupperrime angelum Raphaelem Tobiā iuni orem instruxisse qualiter fumus cordis cuiusdā piscis supra car bones positi: extricaret om̄e genus demonioꝝ siue a viro siue a mulie re: ita ut ultra non accedat ad eos: quod Tobias experimento verum di dicit. MAG. Non fumus ille: sed per Tobię meritum / quod significa bat fumus cordis / demonium extricauit angelus. unde ibidem scribit. Tunc Raphael angelus apprehendit demonium & religauit illud in de serto superioris Aegypti. Ad idem facit quod Domin⁹ in euangelio di xit. hoc genus demonij non eijcitur nisi in ieiunio & oratione. DIS. Ieiunium & orationis verba in demones coactionis operatiōem habēt? MAG. Minime / sed illis actibus merentur viri sancti exaudiri: ut de us ipse demones eijciat. DIS. Quid de exorcismis quos Salomon ad demones includendos vel expellendos confecisse legitur? MA. Respō det sanctus Thomas ubi supra. Si Salomon exorcismos fęcit quan do erat in statu salutis potuit esse in illis vis cogēdi demones ex virtute di uina / si autem tempore illo quo idola adorauit: ut intelligatur illos per artem magicam fecisse: non fuit in illis vis nisi modo dicto: sc℥ per mo dum signorum allicientium &c. DIS. Ita pari ratione nulla inest vir tus exorcismis quibus sacerdotes ramos palmarum / cineres cereos: aq̄ sal / vinum &c. & infantes baptisandos exorcisant? MA. Nulla: sed ad prolatiōem talium exorcismorum non dubitamus diuinam virtutem quę poscuntur efficere. DIS. Fortasse ex inito cū ecclesia pacto? MAG. Quid ni? sed illud per scripturas deducere theologię reserue mus. DIS. Saltim verbis consecrationis in Canone missę / virtutem transsubstantiādi panem in corpus Christi. & vinum in sanguinem di cere haud effugies. MAG. non vim verborum sed diuinam virtutem

Thobię

de exorcis mo Salo monis

Exorcis mus sacerdo talis

ad probationem efficere quod intendit minister ecclesię / circa debitam materiam in sacramentis: cō〈c〉edit Schottus super Magistrū libro quarto. ubi ad ea quæ cōtraria videntur / respondetur. Sed ne verba exorcismorum hęsitationis venenum in corde tuo nutriant attende si vel unde virtus ipsis possit inesse / non ratione materię / quę aer est vel attramentum aut quęuis alia substantia: sic enim omnis materia eius generis virtutem haberet similē. nec ratione formę accidentalis: quę est diuersa characterum cousignratio in scribendo & proferendo. Formis enim accidētalibus nullam inesse actōem de per se philosophia docet: & cōuincit ratio naturalis. nec ratione significati: quod est forma magis principalis verbi. Alias concedere habes cōtra sensum. hoc nomen ignis hanc chartam incendere: hoc nomen mors contra te prolatum mox te interficere hoc nomen deus omne cadauer suscitare / vel aliud secretius: quod tetragrāmaton dicunt: ab elementis quattuor quibus apud hebreos non dico scribitur sed notatur. nam ipm innominabile perhibent. DIS. Sed fortasse in expositione habent vim aliquam. MAG. Ab homine ne an a Deo? DIS. ab homine ne dixerim: qui nec ipse potest quod p exorcismos fit. MAG. Deo igitur necesse est ut virtus sit: si quę adesse putatur. Doceant igitur ubi dominus per se vel discipulos suos tā execrabiles exorcismos / ignotorum & demoniorum instituerit: cū in contrarium scriptura clamitet. DIS. Nonne in euangelio dixit. In nomine meo ejcient demonia. & cætera ad idem sonantia? MAG. Ad inuocationem nominis Domini in fide & charitate vera / Deus spopōdit se virtute diuina impleturum quod petitur. Sic sanctos patres adiurasse demones non inuocatos sed occurrentes historię tradunt. Aliter autem usi nomine Iesu exorcistę quidam: ut in actibus apostolorum legitur non demonem expulerunt sed ab ipso grauiter verberati sunt. Exorcismi autem maleficiorum & si dei nomina cōtineant: alia tamē multa habent quæ diuinam virtutem non aduocant: sed magis abigunt: & tanto grauius peccant quanto nomen dei cōtra pręceptum decalogi in vanum & ad demonis cultum assumunt.

Schottus

Actu c. 19

ꝙ uti non liceat diuinationibus cū responsione ad quędam. quę videntur esse dictis contraria. Insuper ꝙ verbis & exorcismis nulla inesse possit cogendi demones potestas seu virtus. Ca. xxviij. DIS.

Inhibet diuinatio lege diuina

Aliud qd insidebat menti meę dubiū ex iā dictis resolutū cerno. hæsitabā qppe antea si diuinatore uti liceret. MA. Mime. nā leg. diuina/Imperiali & Canonica grauissimis pœnis est interdicta; Lex diuina dicit Exodi .xxij. Maleficos non patiaris viuere. & Leuitic. xx vir siue mulier in quibus phitonicus vel diuinationis fuerit spiritus/morte moriatur. Lapidibus obruent eos: sanguis eorum sit sup illos. & ibidem ait Domin⁹. animā quę declinauerit ad magos & ariolos interficiendā esse de medio populi sui. Lex Impialis capite plecti iubet aut cremari, C. de male. & mathe. l. nullus. l. nemo & l. culpa &c. Lex vero Canonica sub quibus qualibusue pęnis dicta phibeat & cōtrauenientes puniat/patet. 26. q. 5. per totū. Tales etiā ut ait Augustin⁹ si se non correxerint ad ęternā pditōem tendunt. 26. q. 2. c Qui sine. Et idem. s. Antistes libro septimo de Ciuitate. c. 25. tales artes ante aduentū Christi in ciuitatibus gentiū sęuerissima pęna & legibus prohibitas & vindicatas testat. Singularia scripturarum testimonia contra singulas supmemoratas diuinatiōis filias adducere: non tam operosum q̄ superuacaneū esset in huius epitomatis angustia. DIS. Miror si tāta districtione aniaduerti iubentur qui dictis diuinationibus operam dant: cur nonnullos sanctos talibus usos fuisse scriptura cōmemorans: minime rephendit? Ioseph patriarcha per somniorum interpretatōem ad principatum Aegypti peruenit. Daniel pphera constituitur princeps super omnes prouintias regni Babilonici. Rursus sanctus Ioseph gubernator Aegypti fratribus suis dixit. An ignoratis q non sit similis mei in augurandi scientia? Quimo per auspicia & auguria bonę fidei homines: futuram vel tempestatem vel serenitatem prędicere nouerūt. Proinde seruus Abrahę verba Rebeccę accepit pro omine/ex illis arguens dominū misericordiam fęcisse cū Abraam. Sortes insuper omnino iniuste interdictę videntur/cum his beatus Apostolorum chorus Mathiam ęlegerit. De adiuratoribus demonum quibus sancti usi leguntur /supra mihi satis factum memini. Sed ad hæc si quæ habes responde / nam tantos viros male egisse in huiuscemodi diuinationibus sentire nequeo: scripturis prohibentibus illa contradicere non audeo. MAG. Probe. iusta enim & rationabilis est diuinationū inhibitio: & pie excusabilis sanctorum in his operatio. Ad primum quod de somnijs opposuisti: dicendū q somniorum causa est vel intrinseca vel extrinseca. Intrinseca ut p species a sensibilibus receptas: aut a complexione hominis causatas. Extrinseca vero somniorum causa est vel corporalis: ut influxus in corporeos sensus vel spiritualis. ut deus per se/vel per bonos angelos aut dyabol⁹ per fantasticas & fallaces illusiones. Per hęc ultima somnia diuinare species est superstitionis prohibita: non per alia: de quibus latius differendum erit eo loco quo de potentijs animæ interioribus tractabimus.

Impiali

Canon extra de so tile. gijs p to tum

Exodus leuitic⁹

Augusti⁹

Daniel. 2

Geñ. 44

Geñ 24

Actuum

Somniorum causa duplex

DISCI. Somnia autem regis Aegypti & Babilonis a qua causa fuere? MAG. ab extrinseca spirituali / deo scilicet vel bonis angelis.

Augusti⁹ Similiter & interpretatio eorundem facta per Ioseph & Danielē. Ad alterum respondet s. Augustinus. hæc verba Ioseph dixisse vel iocose vel secundum vulgi opinionem. 26. q. 2. Quod ait. Ad tertium concedendū non ambigo quædam animalia in aere/ terra & aquis cœlesti moueri influentia: & elementorꝝ mutationem præsentire: vocibusq; & motu indicare. Vnde & in Hieremia propheta legitur. Miluus in cœlo cognouit tempus suum: turtur & hyrundo & ciconia custodierunt tempus aduentus sui. Diuinare autem ex motu & voce animalium/ fortunam aut diffortuniū/ effectus etiam q a libero arbitrio pendent/ & a cœlestibus nō causantur æque prohibetur: sicut talia per astrologiā practicare. Ad q̄rtum. lege quæ seruus Abrahæ egit ante & post Rebeccæ responsionem: & inuenies omen non interuenisse. DIS. De sortibus autem quid dicendum est? MAG. Sors ut habet s. Thomas libro de sortibus. & secunda secundę q. 95. articulo octauo triplex est. Diuisoria/ qua inquiritur ad quem pertineat res diuidenda. de hac Prouerbiorū decimo octauo. Contradictiones comprimit sors vel dignitas. de qua Actuū primo in ælectione Mathiæ dicitur. & cecidit super Mathiam. vel pœna. hac deprehenditur Achon qui de anathemate aliquid surripuerat Iosue septimo. & Ionas a facie Domini fugiēs sorte deprehēsus est & missus in mare. Ionæ primo. Alia est sors consultoria: qua inqritur quid agere oporteat aut qñ. sic fuit sors missa in urnam: ut sciretur qua die & mense occideretur gens Iudeorꝝ Hester tertio. Tertia est diuinatoria: qua inuestigatur quid futurꝝ sit. Hac usus est rex Babilonis stans in biuio &c. Ezechielis. 21. In omni vero sorte expectatur ęuentus vel a cœlesti influxu: vel a fortuna: vel a Deo aut a dæmone. Cum autem cœlum nullam operationem habeat in ea quę sorte inquiruntur/ vanum & supersticiosum est uti sortibus ea intentione: quia sic non carent dęmonū ingestione: multo minus cum expectatur æuentus a dæmone. Si autem expectatur ęuētus a fortuna/ ut cōmuniter in sorte diuisoria super re diuidenda cū non potest concorditer diuidi/ non videtur habere (ut ait sanct⁹ Thomas) nisi forte vicium vanitatis. Si autē in sorte diuisoria aut consultoria expectatur euentus a Deo. iuxta illud Prouerbiorꝝ. 16. Sortes mittuntur in sinum/ sed a Domino temperantur. Locum habet quod Augustinus dicit super Psalterio. Sors non est aliquid mali: sed in re dubia diuinam indicans voluntatem. 26. q. 2. Sors. Tali sorte usi fuerunt Patres sancti de quibus supra. Sed in his quoq; quadrifarie viciū potest accidere (ait s. Thomas) primo si absq; ulla necessitate fiant. videt enim illud ad dei temptationem pertinere. Secundo si fiant in necessitate: sed absq; condigna dei reuerentia & præmissa oratione. Tertio si diuina oracula in sortibus expectata/ ad terrena negocia & ad vitæ huius vanitates conuertantur. Quarto si in ęlectionibus ecclesiasticis q̄ fieri debent inspiratione spiritus sancti/ aliqui sortibus utantur. DIS. Nunqd tali sorte usi sunt Apostoli in ęlectione Mathię? MAG. Etiam. sed ut Beda dicit super hunc scripturę locum. nodū erat plenitudo spiritus sancti in ecclesia

Marginal notes: Hieremi. octauo; Sors est triplex.; Prouerbiorꝝ; Actuū. i.; Iosue. 7.; Ionę. i.; Hester. 3.; Ezech. 21.; S. Tho.; Prouer. 16.; Psal. 30.; Beda

effusa. Vnde post spiritus sancti missionem septem dyacones non sorte sed aelectione constituerunt. Sors diuinatoria semper est suspecta & mala ex his sanctarum scripturarum/ Doctorum catholicorum & canonū diuersas sententias facile est concordare. quod alijs relinquamus. DIS. Probe nam extra limites epitomatis me de illis inquisiuisse fateor. De duello tamen & iudicio ferri candentis: quae inter sacrilegia nominata sunt: & ad quae nonnulli militaris ordinis ac vetulę quaedam saepius se offerunt: quid dicendum? MAG. Illicita sunt. patet de primo. 2. q. 5. c. Monomachiam & de secundo. c. fi. de pur. vul.

De tertia specie superstitiōis que est vana obseruantia. Et specialiter de arte Notoria quod illicita sit & vana. Capitu. ultimum. DIS.

Obseruantia vana.

Estat tertia superstitionis filia nunc describenda. MAG. haec est vana obseruantia. vel ad scientiam acquirendam. ut in arte notoria. vel ad immutanda corpora per extranea remedia: vel ad praecognoscendum futura fortunia aut diffortunia: vel ad praeseruandum a malis per suspensa ad collum aut qualitercunque portata diuina verba. DIS. Quid per artem notoriam intelligis? MAG. vanam quandam superstitionem quae habet quasdam pro qualibet scientia figuras characteribus & nominibus ignotis insignitas: ac etiam certas orans nomina multa ignota continentes: quas dum continenter ieiuniis viuens & se macerans cū certis ceremonijs dixerit / & figuras sūma attentione aspexerit: scientiam desideratam sine labore alio vel studio acquirere dicitur. DIS. Si illicita nō est haec ars / eam mihi tradas quaeso: ut praeter te reliquas philosophiae scientias addiscam. quid laboramus superuacue/ ego discendo & tu docendo: si breui tempore omnes disciplinas arte notoria acquirere possum? MAG. Illicitam esse hanc artem & inefficacem sanctus Thomas secunda secundę q. 96. arti. primo concludit. quia utitur his quae scientiam causare nequeunt: etiam dęmō per eam inuocatus nec intellectum illuminare/ nec scientiam infundere potest. quamuis possit nonnulla scientiarum documenta tradere. Accedit quod non inueniuntur qui ex arte ista in scientijs prae cęteris fuerint illuminati: sed potius infatuati. Venit ad me dum studio insisterem in Vniuersitate Friburgensi Magister quidam Parhisien. cum arte ista: ostendebatque figuras/ orationes & caetera huius generis portenta. persuadebat denique ut hac via quas non haberem scientias acquirerem. Abhorrui figuras/ characteres & ignota nomina: & nullam illis inesse efficaciam demōstrabam. Ipsi autem dum in falsa credulitate remoueret: obieci. quare nō ipse scientias plurimas quas non habuit tali arte acquisiuisset. Confusus ille/ ad excusandas excusationes in peccatis cōfugit. Nec valet quod adducunt de Daniele & socijs suis abstinentibus a cibis regiis quibus deus prae cęteris scientiam dedit. non enim abstinebāt per vanam obseruā-

Ars notoria

s. Thōas.

Daniel. 1.

ctiam artis notoriæ:sed ne contaminarentur cibis gentilium contra phi-bitionem legis diuinę:ideo merito obedietiæ a Deo prę cęteris sunt sci-entiis præditi. Et Salomon potens scientiam gubernandi populũ meru-it eam accipere/non a dęmone sed spiritu sancto: qui diuidit singulis pro ut vult.1. ad Corinth. duodecimo. Cæteras vanę obseruantię partes di-uus Augustinus eliminauit sufficienter libro secundo de doctrina Chri-stiana: cuius nõnulla verba a principio adducta sunt. Obseruantias autẽ temporum plurimas esse superstitiosas & vanas /manifestum est ex his quæ supra de ęlectionibus disserta sunt. Incantationes ℣o/carminatio-nes & obseruantias aniles pene innumeras cribrare/nõ est pręsentis ne-gocij. In prędictis etiam quod sufficienter probatum non est:aut deter-minatione ecclesię vel sacrę scripturę contrariatur:pro non dicto habere volo. DIS. Ego vero ab omnibus illis etiam quę excusationis quan-dam umbram habent/sed suspecta videntur:sedulo abstinebo. MAG Prudenter. nam hoc Apostolus monuit dicens. Ab omni specie mala ab-stinete vos. Vale & crebra repetitione quę de septem artibus liberali-bus tradidi rudimenta/memorię cõmenda: in his intellectum & ingeni-um exerceto: ut cęteras philosophię partes celerius appręhendas & sani-us intelligas. Finis septem artium liberalium.

1. Cor. 12. Augusti9 Apostol9

Sequitur liber octauus de principiis rerũ naturaliũ



Liber Octauus de Principijs reꝝ naturalium. De laudibus Philosophię naturalis: & ordine tradendi eandem. Capitulum primum. DIS.

Liquot iā lucubratiōibus/ꝙ tradidisti artiū rudimēta/ indefesso labore apud me reuolui & ī quē finē ipaꝝ tēderet cognitiōē āxius ꝗquirēs/tandē in eā quā toti operi ꝑmisisti phię partitiōnē/diligētius oculos cōieci Et ꝑter has triuiales & quadruuiales disciplinas/ ꝑtē phię ꝙ de totius singularūꝗ; ꝑtium mūdi naturis & origine disserit cōspiciēs :memini quod dudū a te audieram: artes liberales nō ꝓpter se/sed ut adminiculatiuas/ in hāc quę de naturis rerū cęterasꝗ; phię altiores disciplinas addiscēdas esse. Haꝝ itaꝗ; principia iamiā in mediū ferri ꝑmissaꝝ ordo expostulat. Primū aūt de naturis rerū, posterius vero de moralibus & theologicis tractandū censeo: & id ꝗ̄ totius succincto familiariꝗ; sermone fieri vehemēter exopto. MAG. Partē phię quę reꝝ naturaliū principia ptractat a nullounꝗ; docto viro neglectā/veꝝ etiā ab Indis Arabibus Aegyptijs Grecis & latinis diuersarūꝗ; ꝓfessoribus sūmis laborib⁹ conquisitā manifestū est: a paucis vero/aut(ut verius loquar)a nullis ſm ꝑcisionē inuentā/ facile crediderim. Totius equidē uniuersitatis entiū/ singulorūꝗ; naturas principia & causas inuenisse quis se iactabit? Quoniā vero nec tu hāc ꝑcisionem: sed breuē apertūꝗ; sermonem expostulas: tuū ꝑcupidū sciendi animū si non cibo solido/lacte tñ ut tantillę ętati cōgruit pascā: & de thesauris philosophoꝝ quę visa fuerint magis necessaria in mediū proferam. DIS. Et ego quia difficillima sunt hęc cognitu/aures diligentissimas accomodabo: ut ne verbū quidē dicas quod nō alta mente recōdam. MAG. Nec te diligentius auscultasse aliqñ poenitebit. Nā cognitis principijs rerū: nō obstabit quo minus res ipas suo modo cognoscas. Tunc em̄ (inquit Aristoteles primo phisicoꝝ) arbitramur unumquodꝗ; scire cum causas eius cognoscimus primas: & principia prima usꝗ; ad elementa pleꝝ ꝗ tñ per effectus ad causaꝝ notitiaꝝ deuenimus. Innata equidē est nobis via ꝓcedendi a nobis notioribus (ꝙ sunt effectus) ad notiora naturę (quę sunt causę & principia) Hunc igit ordinē alternatim cōmutabimus: & nūc ꝑ principia & causas/effectus nūc autē ꝑ effectus sensibiles/principia & causas manifestare cōtendemus: ab uniuersalioribus ad particularia descendentes. Nā & illa quoꝗ; nobis prius innotescunt. Quod in pueris liquet: qui primū omnes viros patres & mulieres matres appellant: postea vero unumquodꝗ; specialius determinantes/hunc patrem & hanc matrē dicūt. DIS. Prętermissis itaꝗ; longioribus ambagibus hac via rem ipsam aggredere.

Aristote.

De Opinionibus philosophorū circa rerum prima principia Capitulum secundum MAG.

A

Opiniões de mūdo

Vnc quē inhabitamus visibilē mundū/quidā phōrꝝ semp fuisse & fore astruunt. ut sunt peripatetici. quorꝝ princeps Aristoteles fuisse legitur. Quidā ipm non semp fuisse sed genitū & nūquā desinere affirmāt. ut Academici: quibus Plato pērat. Sequentium autē multi ipm & incepisse & interiturū scripserunt. ut Stoici Trismegistus & Sibyllę. Rursus qdā unū tm/ut Pythagoras: quidā inumerabiles mundos & gigni & dissolui pdicabāt. ut democritus & Anaximāder. Nec solum de mūdi duratiōe & unitate/verumetiā de ipsius & singularū rerꝝ in eo cōtentarū princip̄ijs/diuersa sensere. Nā ut refert Augustinus octauo libro de ciuitate dei. c. 2: Thales Milesius unus illorū septem/qui sapientes appellati sunt: Aquā putauit rerū esse principium & hinc oīa elementa mundi/ipmq; mundū & q̄ in eo gignunt, existere Anaximander eius auditor singularū rerū principia credidit infinita. Anaximenes vero quē discipulū reliquit: omniū rerum causas infinito aeri dedit. Cui succedens Anaxagoras dixit ex infinita materia/q̄ cōstaret dissimilibus inter se pticulis rerum omniū genera p modulis & speciebus proprijs singula fieri. Dyogenes quoq; alter Anaximenis auditor: aerē diuinę tamē rōnis cōpotē/rerꝝ esse materiā opinatus est. Archilaus qui Anaxagoræ successit: in materia rerꝝ a magistro suo nō discessit. Archilaum Socrates audiuit. Hic primus uniuersam phīam ad corrigendos cōponendosq; mores inflexisse memorat. Sed discipulum reliquit platonē: qui oīm materiā spēm inuisibilē: sinū informē: potētiā: naturā: matrē mundi: nutricē formarꝝ: subiectū: receptaculū: infinitudinē: filuā: hylen & originē nominabat. Huic succedens Aristoteles: qui nō mō memoratos/sed etiā Pythagorā materiā/numeris maxime aūt dualitati assimilantē: & Empedoclē qui omīa ex quattuor elementis: Zenonem stoicū: qui ignis substantiā per aera in aquā conuersam: & in eo quēadmodū semen in fœtu cōtentam/a qua cętera posthac gignerentur asserebat. similiter & Epicureos singula ex athomis asseuerantes/refellit. sed forte (ut multis visum est) nō tam scite q̄ arroganter/ nō in re ipsa sed verborꝝ cortice quosdā ex iam dictis Philosophis carpit. Heraclytus aūt materiale principiū/quod Thales aquam dixit mare nominauit. DIS. Nū autē qui in materiali principio dissentiūt in effectiuo concordant? MAG. Fortasse re ipsa & sī non nomine. nā Thales mundum dei facturā & Deū antiquissimū dicebat. Hunc Stoici verbū/mentem siue Iouē nomināt: Pythagoras monaden. Anaxagoras diuinū animū. Diogenes diuinam rationē. Archilaus mentē. Plato conditoriū intellectum & eius patrē deum. Alij primā causam. aliqui primā intelligētiam. Aristoteles autem principem: primū motorē & gubernatorē omnium appellat. Præter hos autem fuere alij q̄plures quorꝝ positiones tā quā obscuriores silentio transimus. DIS. Sed quinā illorꝝ veritati magis appropinquauerunt? MAG. Id facile videbimus si prius Mosen prophetam theologum simul & philosophum de hac re audierimus. DIS. Quid hic ait?

Opiniões de mãtia

Augusti.

Socrates

Plato

Aristote.

Opiniões de princi-pio effectiuo

Positio Moysi de rerum principijs & origine: Capitulum tertium: MAG.

Ambrosi⁹ — Moyses

Oyses eruditus in omni sapientia Aegyptiorũ .ut ait Ambrosius: nõ tamẽ in psuasione humanę sapientię nec in phię simulatorijs disputationib⁹ / sed in ostensiõe spũs & virtutis tanq̃ testis diuini opis: ausus est dicere: In principio creauit deus cœlũ & terram. terra aũt erat inanis & vacua & tenebrę erãt sup faciẽ abyssi: & spiritus dei ferebatur sup aquas. Quid hac assertiõe verius: quã spiritus veritatis ędocuit? In pricipio inqt deus oĩm conditor creauit id est de vel p⁹ nihil in esse prodire iussit (nã dixit & facta sunt) cœlũ sc; empyreũ qd' mox creatum/angelis est repletũ. & terrã hoc est materiã omniũ. s; qualis hęc fuerit ostendit dicens. Terra autẽ erat inanis & vacua. vel ut alia habet translatio: inuisibilis & incõposita. Non erat eñ hæc prima oĩm materies / formis saltẽ cõpletis & specifocis distincta: sed confusa & talibus priuata. unde subdit. & tenebræ. i. formarũ priuationes erant super faciem abyssi: hoc est materiæ confusę. Nã ut testatur S. Hieronym⁹ su / per epistolã ad Hebręos. Informẽ & pręiacentẽ mateiiã quã græci hylẽ chaosq̃ vocauerũt: Moses abyssum dicit. Super faciẽ autem dixit & nõ in abysso: priuatio equidẽ non est de materię substantia vel eidẽ intima cũ sit nihil Materia vero illa & si prope nihil / nõ tñ ut Augustius libro Cõfessionũ. 12. omnino nihil erat. ideo & de ea dictũ est. deus creauit terram. De priuationibus aũt quas per tenebras intelligimus non dicitur creatę sunt: sed erant (sequitur) & spiritus Dñi ferebatur super aquas: q̃d supra terrã inanem & vacuã/similiter & abyssum dixit: hic aquã appellat. Insuper & in eodẽ verborũ conceptu Moses totius uniuersi unitrinũ effectiuũ principiũ insinuat. Patrẽ: cũ ait Deus. Filiũ: cũ dicit In principio (Christus eñ in euãgelio se pricipiũ noĩauit dicens. Ego sum pricipiũ q & loquor vobis) Spiritũ sctm̃: cũ subiungit. & spiritus dñi ferebatur sup aquas. Idẽ etiã regius propheta his verbis ęnũciat. verbo domini cęli sibi moti sunt: & spũ oris eius omĩs virtus eorũ. Audiam⁹ q̃d sequit̃ Dixit q̃q; deus fiat lux. i. forma q̃ tenebras / hoc est priuatões expellat. & facta est lux: qa dictũ impleuit effectus. Et vidit Deus lucem q̃ esset bona: nõ essentialiter sed participatiue. omnia eñ bonitate Creatoris participant: cuius ut exẽplata exemplaris imaginẽ gerunt. Et diuisit lucem a tenebris. nõ eñ simul esse possunt forma & eius priuatio. Ap/ pellauitq̃; lucem diẽ id est cõpositũ quod a forma denõinatõem accipit. & tenebras noctẽ: id est materiã priuationibus formarũ obfuscatã. Factumq̃; est vespe & mane. id est ex potẽtia & actu materia sc; & forma. Dies nõ primus: qa ibi ordo non attẽditur. sed unus id est cõpositũ q̃d per se unitas necessario comitat̃. Ex his aũt q̃ sequunt̃ in libro Geneseos elemẽtorũ distinctio/natura & ordo colligitur: & ex his mixtorũ origines (quas sextuplici differentia post hæc ænodabimus) non sine velamine insinuantur. de quibus ad præsens (pro epitomatis nrĩ lege) silendum

Genesis. 1. — Psalmista. 148. — Hieroni⁹ — Augusti⁹ — Psal. 32.

existimo: ne igne reprehensionis incalescant fortius: qui etiam dicta caluniari haud desinet. Tũ quia expositio nõ singulis eo locutionis genere quo nutriti sunt: videatur appropriate cõuenire. tũ etiã quia sacrorũ eloquiorꝝ sniãs mystico sensu ꝑgnantes: philosophicis narrationibus immiscuerim: quibus nõ ego/ sed diuus Augustinus in duodecĩo Confessionũ libro ac deinceps satisfaciet. ad reliqua pergamus. Augusti⁹

De Concordia dictarꝝ Opinionũ. Capi. iiij. DIS.

Opĩonũ cõcordia

D quę pergis? MAG ad cõcordãdas ꝑmemoratas phõrꝝ de rerꝝ principijs sniãs: nõ ẽm ideo existimãdi sunt inter se phĩ contrarij in materiali rerꝝ principio quia legimus. Materiã omniũ ab alijs ignẽ/ aerẽ/ aquã/ chaos/ infinitudinẽ/ sinũ informẽ & cęteris quae cõmemorata sunt noĩbus appellatã: cum & ipam a diuino phõ nũc terram inanẽ/ nũc abyssum/ nũc vero aquã cõstet esse nũcupatã. quę enim in potentia erat ad omniũ formas/ nimirꝝ singulorꝝ noĩbus potuit nominari Conueniẽtius autẽ his quibus informitatẽ cõfusionẽ aut fluxibilitatem ipius intelligim⁹: ut sunt terra inanis/ abyssus & aqua: quę Moses commemorat. Quid ẽm terra inani (q̃ & elementorꝝ infimum & fex censet) difformius? Quid abysso infinita confusius? Quid deniq; aquis oculo corporali videtur fluxibilius? Et rursus terra dicitur: quia materia dat formę fixionem. Abyssus/ quia recipit a forma distinctionem. Aqua vero: quia ad formam appetitum habet: & continuã fluxibilẽq; tendentiã. Nec in effectiuo principio diuersitas nominũ opinionũ arguit diuersitatẽ: sed hoc: alius diuinũ intellectũ/ alius diuinã mentẽ/ alius conditorẽ intellectũ/ alius primã cãm: & si q̃ sunt talia nominãt. Moses aũt & Ioãnes euãgelista principiũ. Deũ/ spiritũ/ ꝟbũ/ alpha & o/ & ĩnumeris alijs noĩbus appellant: ut insinuarẽt ipm innoĩabile. & non modo noĩa q̃ ab intellectu imponunť: verꝝ etiã intellectũ & oẽe quod noĩari põt lõge supgredi: de quibus hic nõ est differendi locus. ad ꝑpositũ redeam⁹. At vero formale rerꝝ principiũ qđ Moses lucẽ appellare voluit: Plato & Aristoteles actũ formã/ & spẽm noĩabãt: nec alij tale principiũ negauere: qui ex una materia singula cõstitui asserebant. Non ẽm sunt singula/ nisi quia singulis formis actuata sunt & discreta: quę in materia erant cõfusa. Illud aũt quod Moses tenebras Aristoteles vero priuatiõem dixit alij expsso vocabulo designare nõ curauerũt. eo ꝙ essentialẽ rei cõpositiõem mĩme ingrediať. necessariũ tamẽ est: nisi ẽm materia careret forma/ ipam nõ appeteret: nec ꝑ eiusdẽ introductiõe agens motũ cõcitaret. nõ ẽm q̃ habem⁹: sed quibus carem⁹ appetimus: & ut ea habeamus diuersis motibus utimur.

Augusti⁹

Aug. lib. soliloquiorũ. c. 31.

Apoca. i.

Formale principium

Privatio

Epilogus dictorum: numerũ & cõditiones principiorum enumerans Capi. quintũ DIS.

tria rerũ naturaliũ principia

Vo itaq; principia rerũ astruis: materiã & formã: e quibus tota earũdẽ substãtia intrinseca cõpositiõe cõsistit: quorꝝ primũ nõ ꝑ agẽs creatũ. sed ꝟbo creatoris exordiũ sũpsisse testaris; alterum vero

dicis motu interueniente p̄ actiōem naturę de potentia materię educi. Priuatōem aūt ut motus fiat aīs necessario cōcurrere: substantiā tñ cō/ positi mīme ingredi cū nihil sit. MAG. scite ex dictis tria rerum prin cipia cōcludis: Materiā scʒ Formā & Priuatōem Hęc cum prima sint ex aliis non fiunt: nec ex alterutris constituunt: sed omīa alia ex ipsis. For mam aūt de potentia materię educi dicimus: nō quia aliquid ipsius in si nu materię lateat/sed quia sine materia tali ut subiecto/ agens naturale eam nō p̄duceret. Rursum ex his quędam sunt cōtraria: quia in eodem se cōpati non pñt: & sunt forma & priuatio. Forma vero & materia ex q bus est totum contrariari non possunt. DIS. Verissima quidem hęc sunt si em̄ principioꝶ essent principia: iam ipa nō prima principia/ sed essent principiata. Et nisi quædam essent contraria: inter ea motus nō fi eret si vero omnia essent opposita/cō positi substantiā nō integrarent. Sed de his singulatim differere non erit inutile.

priuatio

Principia que

principia cōtraria

De Principio effectiuo non facto: & mundi ęternitate Capi. sextum MAG.

Mnes qui suo tempore irrefragabilis auctoritatis fuere Philoso phi/principium effectuū primum/unum atq; ingenitū credide re. si em̄ factum genitūue esset: ab alio utiq; p[illegible]iore esset quapro pter iam primū non esset/sed p̄cederet illud a quo esse suū haberet. Ab illo igit̄ primo & ingenito principio Plato mūdū/& q[illegible]e in mūdo sunt visibilia & inuisibilia facta meminit. [illegible]dem testat̄ Moyses ut paulo ante dictum est & euangelista Ioannes. Omīa inquit p̄ ipm facta sunt. facta q dem/nō necessitate naturę (ut habet philosophica traditio) sed libera: & incōmutabili voluntate. ut p̄bat catholica sanctoꝶ patꝶ assertio. di cente psalmista. Omnia quæcunq; voluit: Dn̄s fecit in cœlo & in terra. q̄ aūt Aristoteles mundū ingenitū & incorruptibilē esse dixit: huic po tissimū innixus argumento: quia motus & tempus sine quibus genera tio & corruptio mundi non fieret/æterna fuit &c. nihil euidenter con cludit. Successio equidem quæ in motu est. quem tempus mēsurat: ap te arguit motum & tempus & quæ mouent̄ ęterna non esse: cū ęterni/ tas sit actu simul id quod esse potest. Facit ad idem quod beatus Augu stinus li. de ciuitate dei q̄rto. c. scribit his verbis. Exceptis inquit pro pheticis vocibus mundus ipse ordinatissima sua mutabilitate & mobili tate & visibiliū omniū pulcherrima specie quodamō tacitus & factum se esse & non nisi a deo ineffabiliter ac inuisibiliter magno & pulchro fie ri se potuisse proclamat. & infra. c. sexto. Proculdubio inq̄t nō est mun dus factus in tempe sed cū tempe. Multa etiam de hac re idem sanctus pa ter libro. xiij. cōfessionū disseruit. Restauratōem vero mundi per circui tus (ut quidam voluere) ipse idem doctissimus vir libro xij. de ciuitate diuerso medio refellit. Sed hęc interim: ad materiale principium sermo nem vertamus.

Plato

Psalmi.

Positio Aristotelica

Augusti.

Declaratio definitionis materię primę: & quō intelligitur esse ingenerabilis & incorruptibilis: creabilis aūt & annihilabilis Ca. vij. DIS.

Materia

Ateria quid est? MAG. Primū subiectum unicuiq; ex quo fit aliquid/cū insit p se & non scd'm accidēs: & si aliquid corrumpitur: in hoc abibit ultimū. DIS. Partes dilucidatōe egent.

Primum subiectū p se inest

MAG. Materia est primū subiectū quia nullū ea prius: ut visum est & vel primū hoc est principale: unicuiq;/ sc3 rei generabili & corruptibili subiectum. dico nō in quo totū cōpositum subiectat. sed ex quo fit aliquid, id est compositū: cum insit sc3 cōposito per se &, id ē. nō scd'm accidens: quemadmodū priuatio: quę & si fit p se terminus mot⁹ p quem cōpositū generat/cōpositi tñ substantiā nō ingredit. Et si aliquid sc3 cōpositum vel generatū corrumpit. i. in sua principia resoluit: id abibit ultimū id est finaliter in ultima resolutiōe in hoc sc3 subiectū. Eadem em sunt principia resolutionis quae & cōpositiōis. Vnde omni & substātiali & accidentali forma sublata/ultimo remanere materiam primā/necesse est: quā & intellectus taliter negatiue videt: dū corpus aliquod in corporee & sine forma intelligit. Hanc peripatetici & qui mundū ingenitū volunt/similr ingenitā & incopruptibilem astruunt. Si em aiunt materia prima fieret: vel ex se utiq; vel ex alia esset: cum ex nihilo nihil fieri possit: non aūt ex se fit: quia esset antequā fieret: nec ex alia: cum iā prima nō esset: idem argumentū ad pbandā eius incorruptibilitatē assumunt. Sed Moyses & qui eum sequunt doctores Katholici: materiā nō ex se nec ex alia sed ex nihilo/id ē post nihil: vel non ex aliquo a deo creatam in principio constanter affirmant: qui & eandem si vellet non quidem corrūperet (quia cōposita non est) sed penitus annihilaret. Quod vero vulgatum gentiliū principiū assumit. Ex nihilo nihil fit. locū habet in potentia creata/non in creatore: qui solus pōt res creare. ut testat Augustinus li. tertio de trinitate. Ignorauit hoc vas eloquentię Cicero de natura deo⁊ disputās: q materia pfuisse opationi diuinę attestatus ē

corrūpit

Si matia prima sit ingnā bil' & incorruptibilis

Aug⁹ li. 2 ɔfessionū anshelm⁹ libro monologis capitulū 8 Augusti⁹ Cicero

Ex nihilo nihil fit

Si materia prima fuerit aut possit aliquando esse sine forma: & si omnia creata ex materia sint composita: & si coeli & terrę sit eadē materia Ca. viij. M.

Ed plurimā difficultatē apud nōnullos ex nostris habere videt/ si materia formis possit esse priuata? Cū em actu/sine actu q forma ē/nihil oīno eē possit materia priuata formis quō actu erit? Hui⁹ argumentatōis nodulus facile qdē dissoluetur si actū duplicem discernere nouerimus: quorum primus est entitatiuus: quo sc3 unūquodq; (quia ens est) in uniuersitate existentium subsistit. Tali actu materia prima in formis/de qua & mundum factū constat: antequā formaretur & distingueretur (facta utiq; erat) subsistebat: quę & si prope nihil erat, ut ait Augustinus li. cōfessionū: qm adhuc oīno informis erat: non tñ

actus entitatiuus matia est ī formis

Augusti⁹

oino nihil erat cum esset quod formari poterat: formari aũt quod non est/non potest. Secundus actus est formalis/cõpletus & specificus a forma specifica, quale est esse rationale hominis ab anima intellectiua. Illo materia prima actuata non erat: quia inanis vacua: & informis erat.

actus forma

DIS. Non erit itaq̧ impossibile aliquid sine forma esse. MAG. Augustin⁹ hoc videtur affirmare: dicens eẽ utiq̧ aliqd nõ formatũ põt Hoc aũt de forma absoluta accipiẽdũ est: nam & in materia nuda adhuc forma esset respectiua: relatio sc; qua ut creatura ad deum refertur: sed hæc quoq̧ materię est eadem. Similiter & aptitudinalis extensibilitas: quã cõmentator Auerrois dimensionẽ interminatã vocat. Actualẽ autem extensionẽ dimensionẽ terminatã dicit. sed hęc cum sit trina dimẽsio: quantitas est & realiter a materia diuersa. dimensio aũt interminata est materię coęua. DIS. Materies igit prior forma erat. MAG. prior erat ait idem/non tempe sed origine. sicut sonus cantu. Ipam autẽ & tempore a formis denudari: & in actu primo (quem entitatiuum dicimus) posse subsistere p diuinam potentiam/ex dictis manifestũ est: & demonstrari posset amplius. Sed hęc relinquentes alia transcurramus: magnorũ equidem opiniones de his videnť diuersę. Sunt em̃ qui materiam hanc in principio sub quædam forma generali pstetisse volunt.

Augusti. | Auerrois. | materia prior forma. | Schottus. li. 2. dis. 12 | Hugo de sacramẽtis sma. sen. 12 dis. lib. 2. | Bonauen.

DIS. Omnia nec creata hac participant? MAG. Minime. Substantię nanq̧ incorporeę (quas intelligentias/angelos/demones/aĩasq̧ rationales dicimus) ex materia non sunt: nec tamẽ omnĩo simplices sunt (quod soli deo competit) sed ex realitatibus duabus constãt: una est ut potentia/altera ut forma. hęc autem cõpositio nõ p̃sentis sed methaphisicę considerationis est. Accidentia quoq̧ eodem genere simplicitatis cõtinentur. Sola autem substantia corporea ex materia est composita: nec ex alia coelũ & ex alia terra sed eadem informitas per inuisibilẽ terrã insinuat̃ unde fieret coelum: ut ait Augustinus. Et terra visibilis atq̧ composita & aqua speciosa/& quidquid deinceps in constitutõe huius mũdi non sine diebus factum cõmemoratur.

Sub̃e imateriales

De Forma Capitulum nonum

DIS. Formę aũt quã affers definitõem? MAG. Formã quã exemplũ/speciem ratõem & actũ dicũt: varię definitã inuenio. Vnde ait: qui sex principia describit. Forma est compositioni contingens: simplici ac inuariabili essentia consistens. Contingens quidem est cõpositioni: non qua ex alijs integratur/sed qua materię in compositione totius unit. Simplex aũt dicit̃ qa ex alijs nõ cõponit̃/nec in alia resoluit̃: nec addita subiecto maius facit. Inuariabilis aũt est in latitudine sua quã nõ transit/sed intra termĩos illi⁹ p gradus indiuiduales variat̃ intendit̃ & remittit̃. Habet em̃ forma graduũ/latitudinẽ ex quorũ uniformi & difformi cõfiguratõne nõnulla q̃dã secretiora naturę inuestigant̃ p̃cipue vero in accidentalibus. ut ptim videre ẽ ĩ libro de uniformitate & difformitate formarũ. DIS. Hęc alio loco & tpe expetã nunc reliqs

Forma | simplex | inuariabil'

Forma diuinum quoddam optimum appetibile

formę descriptiones adducas. MAG. Forma est quoddā diuinū optimū & appetibile. Diuinū qddā dicitur forma cū sit pticipata similitudo vel imago dei dans esse cōposito: per qd seipsum ut potest deo assimilat: clarius quidē in homine/obscurius in lapide/mediocriter aūt in aīalibus & plantis. Optimū vero est/non simpliciter sed inter rerū principia. Priuatio eīm nihil est omnino: & materia pro se nihil: quę p appetitū formę habendę in continuū cōpositi machinatur maleficiū. Vnde & forma est ens a materia appetibile: nam ipsam materia ut fœmina virū / turpe bonum & quodcūq; impfectum sui pfectōem appetit: appetitu/non quidē ratiōali aut āiali sed naturali. Alia subiungenda est descriptio formam & substancialē & accītalem cōplicans. DIS. Quęq; MAG. Forma

Forma

est quę dat esse rei. esse quidem sustantiale/si forma fuerit substantialis. ut anima hominis. aut accidentale/si forma sit accītalis. ut albedo albo Verumtamē Forma quę inter principia rerū naturaliū cōnumerata est/ accidentalem non cōprehendit. Materia eīm & forma ex quibus naturales res fiunt substantię sunt: non accidentia: nec tamē per se & directe: sed reductiue in genere substantię ordinabiles. De formis aliqua in sequentibus tractabimus. nunc priuationem discutiamus.

De Priuatione. Capitulum decimum:

DIS Priuationem defimas. MAG. Priuatio cum nihil sit / nec genus nec differentiam habet: & ideo definiri nequit. Priuationem vero nullam rē esse Augustinus contra Manicheos Affirmat dicens. non eīm tenebrę aliquid sunt: sed ipsa Lucis absentia. sicut silentiū nō aliqua res est/ sed ubi sonus nō est/silentium dicit. Conueniēter ergo Priuatio describitur Priuatio est carentia formę alicuius cum aptitudine materię ad ipsam. primū patet de silentio quod absentia seu carētia soni est. ultimū vero necessario additur. nisi eīm materia nata esset recipere formam: cuius carentiā habet: ea nullatenus careret. nō eīm asinus carere dicitur ratione quam ex primordiali sui cōditione aptus non est recipere. sic nec lapidem cęcū audemus affirmare. DIS. priuatio itaq; non est materia. MAG. nō utiq;. hec eīm non aliqua res est: materia autē nō omnino nihil est: unde & in aduentu formę priuatio eiusdem amplius nō est: sed materia recipiens formā est: de qua priuatio iā negatur: quę rursus forma separata de eadem affirmatur. cū eīm nihil sit ad introductōem formę nō corrumpit nec ad separatōem eius pducitur. DIS Sed quomodo fieri potest: ut materia quę actu contrariis priuata est formis earundem in se habeat priuatōes? ni fortasse formarū contrariarū priuatōes contrarię non sint MAG. Quinimo priuatōes eodē modo opponunt priuatiue quo & formę (quarum priuatōes sunt) opponunt positiue. Sicut autē solę formę imediate cōtrarię. simul in eodē subiecto se nō cōpatiunt: sed eidē vicissim insunt: nec his ambabus simul caret: sic nec ambarū priuatōs (q eodē genere priuatiue opponunt) simul recipit Hec autē de priuatōe formaliter dicta accipienda sunt. fundamētaliter eīm priuatio a materia priuata non

Augustinus ansi helm magr: sen.

Priuatio

Priuatōes cōtrarię simul materiæ i esse nō possunt

distinguitur. Nõnulla etiã libro secundo supra tractatu de Cathegorijs de priuatõe disseruimus. Supest ut in sequentibus res naturales quarũ principia vidimus: pro modulo epitomatis nostri transcurramus.

De Re naturali & natura. Capitulum. ij.

DIS. Res naturales intelligo quę ex principijs naturalibus: materia videlicet & forma naturali existunt. ut lapis. arbor. & his similia.

Res naturales

MAG. Optime. Materia namq; & formę naturę sunt: ex his igit̃ cõposita nõ ab re naturalia dici possunt. DIS. Natura quid est? Ma Naturã esse manifestũ est. nec demonstratur: sed taliter definitur. Natura est principiũ & causa motus & quietis eius in quo est primũ: per se & non secundum accidens. DIS. Definitiõis ptes facias clariores. Ma Natura principiũ est primum. i. principale & inmediatum. Nã & si qualitates ad motũ & quietem concurrant: non tamen ĩmediate & principaliter. sed ut instrumenta. ideo nõ entia naturalia aut naturam habentia: sed entia secundũ naturã sunt: quia accidunt enti habenti naturã. Sequitur (&) pro id est causa (ut idem noĩe principij & causę intelligas) motus & quietis: q̃ eidẽ ĩsunt (eius) sc; compositi in quo natura est per se. accidit em̃ artificialibus inquantũ talia ut moueant̃ ab ea q̃ est ĩ ipsis natura. ut cum statua cadit: accidit ei q̃ sit lignea aut lapidea. Excluduntur etiã hic causę per accidens: quibus etiã cõnumerant̃ casus & fortuna. q̃ vero additur (& non secundũ accidens) artes excludit: q̃ quãdoq; principia sunt motus subiecti in quo sunt: nõ aũt per se sed accidẽtaliter. Accidit em̃ sananti seipsum ut sit medicus: cũ ab alio sanari possit. Naturã igitur principiũ est & causa motus & quietis &c. id est Natura est id per quod res in qua est inclinat̃ ad receptionẽ motus vel quietis aut formæ alterius. Res em̃ naturalis eadẽ natura per quã est: nata est recipere oẽs passiones huiusmodi naturã consequẽtes. Forma aũt quia non tm̃ inclinat ad has sed etiã actiue concurrit: ideo a Phisicis dicitur magis natura esse: eo q̃ ratio principiandi formę pfectior sit q̃ ratio principiandi materię. utraq; tamen in genere principij passiui cõcurrunt. Principiũ vero actiuũ motus & qetis cuiuslibet nõ semp est intrinsecũ. ut infra patebit.

Natura

Entia secũdũ naturã

Forma est magis natura.

De generibus Causarum. Capitulum xij.

DIS. In explanatione definitõis/causarũ diuersitatẽ insinuare videris: cum aliã per se aliã uero per accidẽs distinguis. ne igitur graueris de his latius tractare. MAG. Principiũ in definitione Naturę pro passiuo non actiuo accipiendũ esse ostensum est: ne naturã/nõ causa; per se sed per accidens dicam⁹. mobili nãq; in eo q̃ mouet̃ accidit habere in se principiũ sui motus. sicut medico sanãti seipsum/accidit habere in se suę sanationis principiũ: inclinari aũt ad motũ & ad formã inducendã per se inest mobili. Causa aũt generale nomen est: intrinsecũ & extrinsecũ principiũ cõplectẽs. Est em̃ causa ad cuius esse sequitur aliud ut ad esse solis seqtur lumẽ. DIS. Causa intrinseca quę est? MA. Illa ex qua cõpositi substantia integrat̃. ut sunt materia & forma. de qbus

natura est principiũ passiuum

Causa Intrinseca

extrinseca supra: DIS. Extrinseca quæ est? MAG. Quæ ad rei cõstitutiõem cõducit, sed substantiæ eius ps non est. ut sunt efficiens & finis. DIS. Efficientẽ quã dicis? MAG. Eam, a qua primo fit motus & hęc quidem principalis est. ut domificator. Quæ vero mota mouet, instrumẽtalis dicitur. ut securis mota a domificatore. Rursus aũt efficiẽtiũ quoddam intra substantiã eius quod efficit cõtinetur: & ratio seminalis nonnunq̃ appellari solet. Et est vis insita rebus ex similibus similia procreans, ut vis grani reducens ip̃m in arborem. De hac autem eo loco quo de plantis agemus enucleatius differendum erit. Hanc nõnulli inchoationem formę producendę astruunt: ut ex ea operatione naturę, forma pficiat. s3 an forma ulis aut pticlaris cẽsenda sit nec ne disputãt. Qui vo inchoatõem formarũ in materia nõ admittunt, ratõem seminalem qualitatem, formam semĩs cõcomitantẽ, & ad formã generandam dispositiue agentem esse dicunr: nec illam, nec semĩs formam actione naturę in formam generandã conuerti astruunt, sed potius abijciendam esse affirmant. Aliud efficiens extra substantiam eius quod opatur existit. ut cœlorum influxus. & rerũ artifices. qui cum secundum intellectum & voluntatem agunt causę exemplares possunt appellari. In mente eñ artificis sunt exemplaria eorum quæ pducit in exteriore materia. Cum vero semp materia una aptior sit alia, in nulla exemplaris forma fingi potest sicuti est in artificis anima sed manet similitudo & imago eius quæ est veritas in mente: Est igitur forma rei in anima artificis archetypa & veritas: & dum in potentia ad actũ deducitur, motus est: in materia aũt iam pducta est similitudo & imago. Has rerum formas in mente diuina ideas dicunt. Sunt autem ideæ (ut ait diuus Augustinus libro octoginta triũ quæstionũ. q. 46.) formę eternę & incõmutabiles in mente diuina: Et ut asserit Schottus libro. i. dis. 3. sunt res obiectiue cognitæ ab intellectu diuino. DIS. Ideę cum sint eternæ, non nisi deus esse possunt: quia plura ęterna non sunt: & omniũ rerum sunt: quia omĩa, a deo obiectiue cognita sunt. MAG. Sane. hoc eñ testat euangelista Ioannes dicens. Omĩa per ip̃m facta sunt: & sine ipso factum est nihil: quod factum est in ipso vita erat: quod autẽ in deo vita est utiq̃ deus est. Ideę itaq̃ in deo & si plures sint (alia eñ ratione ut ait Augustinus condit⁹ est homo alia equus) omnes tamẽ unus deus sunt. Hoc expl'ius libro de trinitate edocuit dicens. Primus ac summ⁹ intellectus est ars quædã omnipotentis atq̃ sapientis dei plena omniũ rationũ viuentium incõmutabilium: & omnes unum in ea, sunt ipsa unũ de uno cum quo unũ. Et libro soliloquiorum. c. 31. Tu es deus meus & dominus omniũ quæ creasti: & apud te omnium stabilium sunt causę: & omnium mutabiliũ apud te immutabiles manent origines. & omnium rationabilium & irrationabilium atq̃ temporalium sempiternę viuunt rationes. Vnde & diuus Boetius libro de consolatione metro nono. tu cũct a superne Ducis ab exemplo: pulchrum pulcherrimus ipse Mundum, mente gerens similiq̃ imagine formans. Sed quorsum sermo noster defluxit prima

Marginalia (left): Efficiens. — Intriſecũ. — Vis seminalis — extrinsecũ — Causę exemplares — Ideæ
Marginalia (right): prĩcipalis — ĩstrumẽtalis. — Bonauent. li. 2. dis. 18 — Schottus libro. 2. — anshelm⁹ — augustin⁹ — Schottus — Ioan. pri. — augustin⁹

PRINCIPIIS RERVM NATVRALIVM

rudimenta philosophię perquirētes: ad arcana quædam theologiæ ascē dimus. DIS. Ad instituta ergo regrediamur.

De causa finali: & causarum coincidentia Capitulum tredecimum MAG.

Ccasione efficientis extrinseci nōnulla de forma exemplari tractauimus: restat ut secundum præmissa extrinsecę causę partitionem de fine differamus. DIS. Finis quid est? MAG. Duplex est: scilicet finis gratia cuius: & finis quo. Primus est gratia cuius alia fiunt/ideo etiam causa causarum dicitur: & ab ipsa primo efficiens ad operandum mouetur/motu quidem metaphorico & intentionali: quia scilicet ab efficiente desideratur. reali autem motu mouere non potest: quia frequenter in re realiter nondum est: sed solum in intellectu & voluntate. Dicitur tamen causa realis denominatione extrinseca qa effectus realis est ad quem appetendum mouet appetitum: & spiritualiter inclinat. Et hic est finis generationis. Secundus finis est quo ad primum peruenitur. ut virtutibus beatitudo attingitur: & euacuatiōe nociui humoris sanitas reparatur. In naturalibus etiam sepius contingit: finem primum cum forma & efficiente coincidere. In numero quidem: ut anima petri: finis est generationis petri: & forma eiusdem. In specie autem: ut forma ignis a. efficiens est formę ignis b. & hæc finis est generationis ignis b. Formę autem ignis a & ignis b/eiusdem speciei sunt Et deus dictarum causarum causalitatem cōplicat. Est em̄ tricausalis. Efficiens: omnia ex nihilo producens. Formalis quia exemplar est omnium formas in se continens. Et finalis/in quē omnia tendunt. Materiæ autē causalitatem quæ est pati/non supplet: nec actione phisica efficiens cuius causalitas est agere cum materia coincidit: īmo materia nec in specie nec in numero cum alijs causis coincidere potest.

Finis gratia cuius.

Finis quo

Coincidentia causarū. (manuscript)

Deus tricausalis. (manuscript)

Materia nō coincidit cū alijs. (manuscript)

De causa uniuersali & particulari complexa & incōplexa per se & per accidens in actu & in potentia Capit. decimumquartū MAG.

Reter has autem quas diximus alię sunt causarum diuisiones. DIS. Quæ. MAG. Causarū quædam est uniuersalis ut sol homo. quædam particularis ut hic homo: Et rursus causarū quędam est complexa ut petrus scriptor. quædam incomplexa ut scriptor. Et amplius causarum quædam est per se causa: quæ scilicet secundū propriam naturam & non per aliud sibi accidens causat: cum quo unum per accidens constituat. ut ignis generans calorem in aqua. DIS. Num ignis calorem in aqua per sibi accidentem caliditatem producit? MAG. producit. Sed caliditas ignis cū igne non unū per accidens cōstituit nō enim se habēt ut determinatio & determinabile quēadmodū paries albus.

Causa uniuersal. particulris cōplexa incōplexa per se

p accidēs Causa per accidens per oppositū manifesta est ut musicus scriptor: Accidit em̄ scribenti librū ut sit musicus. Inter has etiam casum & fortunā infinitasq; alias nominare possumus. Infinita em̄ sunt quæ unicuiq; accidunt non simpliciter & in eodem genere In quolibet em̄ causarum genere status est. ut dicit secūdo methaphisice. Rursum aūt quęlibet harū siue uniuersalium/particulariū/cōplexarum/incōplexarum/per se vel per accidēs/duplex ē scilicet in actu & in potentia. DIS. Causam in actu quā dicis? MAG. Aristoteles

Cā ī actu quæ actu effectū causat. ut scriptor actu scribens. Et hæc simul est & nō est cū suo effectu: non quidem iam cōpleto: sed in fieri actuali cōstituto. Idem tamen de fundamētis & relationibus verificari potest. DIS. Causa in potentia quæ est? MAG. Quæ cū actu sit nihil causat/causandi tamē potentiā habet. ut scriptor dormiens: vel quę actu esse non habet: possibilis tamē est ad esse & causare. ut antichristus causa est in potentia futurę persecutionis ecclesię. in potētia

Si unius effectus plures per se causę aut unius causę plures effectus possint esse, de causarū cōnexione & causandi necessitate. Et quō causę sibi inuicem sunt causę Capitulum. xv. DIS.

Preter ea vero quæ dicta sunt de causis/aliud me mouet fortasse scitu non indignū. Est aūt ut breuibus edicā: si unius effectus plures per se causę esse possint? MAG. Recte arbitraris hoc scitu nō indignū: eo nanq; cognito nō mīme in philosophia quęstiones patebunt. DIS. Tu ergo quid sentiendū sit edicito. MAG. Vniuscuiusq; quod creaturę noīe censetur plures esse per se causas/generum diuersorum facile declarabit. nulla em̄ creatura a se ipsa est: nulla em̄ omīno res ē (ut ait diuus Augustinus libro primo de trinitate) quę se ipsam gignat ut sit: omīs igitur causam efficientē habet. Rursus autē teste Boetio in omni eo quod est citra primū/est hoc & hoc. id est: quod est & quo est potētia & actus. primū/ratiōem materię: alterū vero rationem formę habet. Eius autem quod factū est utiq; aliquis finis est. Sumus em̄ & nos quodāmodo finis omniū. dicit Philosophus. Cuiuslibet igit effectus quattuor causas esse alio loco affirmat. DIS. Intelligo. Sed cur dicis generū diuersorum? MAG. Nam quinto methaphisicę cōcluditur unius effectus plures causę unius generis esse nō possunt nisi sint essentialiter subordinatę aut partiales. Exemplum primi: Sol & homo generant hominem Sol quidem ut causa uniuersalis: homo vero ut particularis/uniuersali subordinata: ambę tamē in genere efficientis. Exemplū secundi: motus ipsius nauis/partiales causę possunt esse decem homines: aut equi trahentes Sic visionis videns & visibile. Intellectionis intellectus & intelligibile. Sed in his fortasse potentia est causa principalior: de quibus in sequentibus. DIS. Causę essentialiter subordinatę quæ sunt? MAG. quarum secunda in causando dependet a prima in cuius virtu

Marginalia: unius effectus plures pnt eē cāę per se generū diuersorum — Augustinus .c. 1 — Boetius li. i. de trini. — Aristoteles 2. phisico. — unius effectus eiusdem gñis nō pñt eē plures causę — Cāę essentialiter subordinatę

te agit. Prima autē ut dicit prima ꝑpositio libro causaꝝ plus in effectū influit q̄ secunda. ut sol & homo. In his em̄ quoniā create sunt prima quantū ad intimitatē plus influit: ad formā autē effectus nō pōt deueni re nisi p formam agentis ꝑximi & quantū ad hoc minus influit. Cū vero secunda non dependet a prima in causando (& si in essendo) cause accidentalit̄ subordinant̄. ut auꝰ & pater petri. nā & si pat̄ petri eē habeat ab auo petri in generatione: tn̄ esse petri ab auo non dependet: cum ipsum generare possit auo p̄mortuo. In essentialibus autē philosophi causandi necessitatem ex earundem cōnexione posuerunt: ita ut secunda agēte & prima necessario agat. Ex quo sequit̄ effectum cause naturalis simpliciter esse necessarium: tali autē destructo/causa eius destrueretur: ita causa prima nō esset oīno independens/& destrui posset: quod dicere quis audebit? dicendum igitur: primam causam causare contingenter. Causa igitur secunda a prima contingenter: est: necessario autem causat/si sit naturalis: non autem si fuerit. voluntaria. voluntas enim in actione sua est libera. Sed hec alterius sunt speculationis. Que ad presens attinent terminemus. Sicut enim unius effectus plures causas esse ex dictis manifestum est: Sic unius cause plures & diuersi effectus/diuersa tamen ratione reperiuntur. Nauta enim qui sua presentia causa est salutis nauis: absentia sui causa est periclitationis nauis. Similiter & sol lutum indurat: & ceram dissoluit. Sed hic diuersitas ratōnis in materia non in sole est requirenda. Nōnunq̄ etiam cause sibi inuicem cause sunt. ut laboris: qui causa effectiua est sanitatis: ipsa quoq̄ sanitas est causa finalis Omnium autem effectiuum causas in unius summi dei voluntatem ut causam primam reducere: Augustinꝰ in de trinitate libro tertio nō obscuro exemplo declarat. Omnium enim deus causa est immediata quedam tamen causat cum alia particulari causa: non ex indigentia sed liberalitate summa: que rebus non modo esse dedit/sed & operationē indidit.

accidentaliter sub/ordinate.

unū est cā diuersoꝝ

Cause sūt sibi inuicē cause

Augꝰ. c. 3. & quarto

Sequitur Typus Fortune


GLORI OR ELATVS
AD ALTA VEHOR
DESCENDO
MORTIFICATVS
FOR TVNA
AXI ROTOR

De Casu & Fortuna secundum opinionem gentilitatis. Capitulum decimum sextum. DIS:

Nter causas per accidens Casum & Fortunam dum numerares/ patula aure auscultabam. multam namq; vulgus his tribuit causalitatem: verebar aũt: quia ad alia festinas/ ne harum tractatum preterires. MAG. plurima preterire necesse est: nõ em̃ presentis disceptacionis est omnia limate excoquere. Has aũt causas Casum dico & Fortunam nõ oportet silentio transire: circa quas contingit damnabiliter errare. *Descripcõ Fortunę* Vnde quonda; Romani Fortunam diuinũ quoddam numen existimabãt: quod pro libitu suo/ Hominũ meritis non consideratis/ alijs bona: alijs vero mala largiretur. Ad quod designandum/ simulachrum eius in specie muliebri in medio rotę quasi eã verteret cõtinue cõstituebant: cuius facies dextera lucida/ sinistra obscura: utraq; vero cęca apparebat. quia splendidi sunt quos fouet: obscuri aũt quos ꝑsequit. Cęcitas vero indifferentiam eius designabat ad bonos & malos. Similiter quia eos quos fouet excęcat. Huius autẽ prodigij mutabilitatẽ rota volubili ostentabat: cuius qui summam tenet arcẽ ꝓsperisq; fruit successib⁹ mox inopinato casu ad ima deicit. Rursus aũt q in imo cõsistebat ex oppoĩta rotę parte locũ celsitudinis conscendit. Quę & si eo ordine in mortaliũ actibus ꝯueniant: impium tamẽ & fidei nostrę inimicum: principijs etiã Philosophicis omĩo contrarium est ea alicui / preterq; prouidentię diuinę ascribere: que iustis occultisq; iudicijs secunda & aduersa cõmunicat pro ut voluerit. quod Augustinus in de ciuitate per multos libros/ & Boetius in de consolatu Philosophico latissime ostendunt. *Augusti⁹* De cultura vero Fortunę a Romanis libro quarto capitulo. 18. & nono differit. *Boeti. li. 2.* Colebant enim Fortunam publicam: quę rem publicam defenderet. Fortunam virilem & muliebrem: ut est apud Ouidiũ de Fastis. & libro tercio de Tristibus. *Ouidius.* Nempe dat & quodcumque libet Fortuna rapitque. Cyrus & est subito qui modo Cresus erat. & libro quinto. Passibus ambiguis fortuna volubilis errat: Et manet in nullo certa tenaxq; loco: Sed modo læta venit/ vultus modo sumit acerbos: Et tantũ constans in leuitate sua est. & Boetius de consolatione libro secundo Prosa secunda. Hũc cõtinuum ludum agimus: rotam volubili orbe versamus: Infima summis/ summa infimis imutare gaudemus.

De Casu & Fortuna secundum opinionẽ Philosophorum. Capitulum xvij. DIS.

On ingrata fuit hæc narratio vanitatis Gentiliũ. Sed quid Philosophi de his senserint quæso edicito. MAG. Philosophus libro secundo naturalis philosophiæ: Casum & Fortunam volens definire: pręter eas quæ in superioribus digessimus: causarum partitiones alias & agentium & effectuum adducit. Quarum ꝑtitiõm prima hęc est.

Agentiũ varietas

Agentium quędam agunt secundum propositum & deliberationem. ut homines rationis compotes. quędam vero non agunt a proposito. ut infantes/bruta & ĩanimata Effectuũ autẽ qdam fiũt semp. ut solis ort⁹ & occasus. qdã frequent' ut calor in estate & frig⁹ in hyeme. qdã extra sep & frequenter/siue raro contingũt ut inuentio thesauri. Amplius eorꝝ q fiunt quedã fiunt propter finem determinatũ. ut fossio sepulchri propt sepelire mortuũ: & quedã alia non intenta annectuntur illis: & accidunt

Effectuũ varietas

Fortuna

Ex hijs definitio Fortunæ: manifesta erit. qua dicit. Fortuna est causa p accidens eorꝝ quę fiunt ꝑpter hoc in his q̃ agunt secundũ ꝑpositũ extra semper & frequẽter. Similit' & descriptio Casus patebit qua dicit. Casus est causa p accidẽs eorꝝ q̃ fiũt ꝑpter hoc in non hñ ĩbus ꝑpositum extra sp & frequẽter. DI. Exẽpla horũ adiungas. MA. Exemplũ fortunę ẽ in eo qui ad sepeliẽdũ mortuũ sepulchrũ fodit: & fodiẽdo inopinatũ thesaurũ repit. Exẽplũ Casus ẽ. Si equus stabulũ repetẽs saluat a lupo & tripoda deorsũ cadẽs apta sedes efficit. Verũtñ nõnunq̃ effectus fortuit⁹ casualis appellat: extẽto noĩe casus ad fortunã & casũ ꝑprie dictũ. Sic & ĩꝑprie Plutarch⁹ lapides pauimẽto substratos ĩfortunatos dicebat q̃s aũt ad cõstuendas aras Deorum applicãt fortunatos dicere solebat. His em̃ reuerentiã/alijs aũt cõtumeliã attritõe pedum fieri cõtingit. DIS. Proprie itaq̃ Fortuna respectu illorum est: q̃ nobis a ꝑposito agentibus accidũt. Cas⁹ aũt respectu illorꝝ q̃ nõ utẽtib⁹ rõe/aut utẽtib⁹ sꝫ a ꝑposito nõ agẽtib⁹ eueniũt. MA. Optĩe DI. Sed nõ dũ quę res sit Fortuna aut Casus accepi. MAG. Fortuna (ut aiũt nõnulli philosophantium) est voluntas agentis a ꝑposito. Casus aũt est natura eius q̃d agit non a ꝑposito. DIS. Nũ voluntas & natura sunt causę p se? MAG. voluntas causa per se est effectus intenti/qui euenit a ꝑposito: Et causa p accidens: quam fortunam dicimus / effectus non intenti qui euenit preter propositum. Vnde in dato exemplo: sepulchrum est effectus intentus. & inuentio thesauri est effectus fortuitus. Sic & in Casu. Casus tripodę deorsum/effectus est naturalis a natura & grauitate eius. Sed q̃ facta est apta sedes effectus est casualis. Verumtamen nihil sic euenit fortuite aut casualiter quinetiã eueniat a causa per se intendente hoc fieri. Nam ut plato asseruit: nihil est cuius ortum non precesserit legitima causa. DI. quę sunt cause tales? MAG. Augustinus libro de Ciuitate quinto. ca. nono aperuit dicens. Nos eas esse causas quę dicuntur fortuitę: unde etiam Fortuna nomẽ accepit: nõ dicimus nullas sed latentes: easq̃ tribuimus vel veri dei vel quorumlibet spirituũ voluntati: ipsasq̃ naturales nequaq̃ ab illius voluntate seiungimus q est auctor omnis conditorq̃ naturę. Nihil em̃ fit visibiliter & sensibiliter (inquit libro tertio de Trinitate.) quod non de interiore invisibili atq̃ intelligibili aula summi Imperatoris aut iubeatur aut ꝑmittatur secundum ineffabilem iusticiã premiorꝝ atq̃ pęnarũ gratiarꝝ & retributionũ: in ista totius creaturę amplissima quadã immẽsaq̃ republica. DIS. Hũc igit' effectũ fortuitũ aut casualem dicere possum⁹: cui⁹ p se causam & ꝑpinquam non videmus.

Casus

Casus improprie dictus.

Plutarch⁹

Fortuna
Casus

Plato in Thimeo

Augusti

Augusti⁹ MAG. Ita Augustinum de achademicis quæstionibus dixisse patet Cũ ait: nihil aliud in rebus casum vocamus: nisi cui⁹ ratio secreta ẽ. no/ Aristotel. mine autem casus/fortunam comprehendit. Idem Aristoteles de fortu/ na bona scribens affirmat.

De duplici fortuna bona & mala: & unde unus alteri fortunatior sit Capi. xviij. DIS.

Vid Aristotelem de bona fortuna scribentem cõmemoras? an quia nõ omĩs fortuna bona est? MAG. Etiam fili. Nam si p̃/ter intentionẽ agens a pposito bonum consequat/ aut malũ fu- Eufortunium giat: eufortunium seu bonam fortunã dicimus. Si autẽ tali agenti ma- lum eueniat/pter intentionem: aut bonũ effugiat/ difortuniũ seu malã Difortu/ninm. fortunam dicimus. Idem est si quid talium accidere potuit: quod enim parum deest nihil distare videt. bonũ aũt tale aut malum/ non modi- cum sed notabile esse debet: ita ut si agens ipm agnosceret ad fugã /aut consecutõem eius ageret Hinc etiam de numero eorum q̃ ppter hoc fi- unt effectus fortuitus esse dicit. non quia ab agente intendit (quia la/ tet) sed quia intenderet si cognosceretur. Requirit amplius: ut talis ef/ fectus non semel tantum nec semp/sed in pluribus acciderit. DIS. Sed dic quæso unde huiuscemodi effectus magis uni q̃ alteri eueniũt? MAG. Huius quæstionis nodulum si philosophice soluere tempta- Aristotel. bimus/a positione Aristotelis non discedendũ arbitror: qua dicit impe tum quendam inesse quibusdam: quo mouent ad aliquid quo cõsequũ tur bonum non intentũ. DIS. Hui⁹ impetus causa q̃ ẽ? MAG. Si de intrinseca quæris: natura est non quidem specifica (quia nõ omni- bus inest/sed indiuidua) Vnde dictum est bene fortunatus bene natus Est em̃ in his dispositio quædam nõ in anima (quia ut ait ubi maxim⁹ intellectus ibi minima fortuna) sʒ in corpore: consequens ipius cõplexi onem naturalem. Causa autem extrinseca concursus est causarum extrĩ secarũ talem ppter huiuscemodi dispositõem magis q̃ alium non ita di positum mouentiũ/ad aliquid operandũ q̃d bonum non intentũ conse quit. utputa eo loco vel tempore fodere sepulchrum. tale autem mo- uens cœlũ & motricẽ eiusdem intelligẽtiam dicunt. Hęc autem originẽ habere videntur ex radice constellationũ in natiuitate: quam libro septi mo dictis doctorum Katholicorum suspectam ostendimus. Similit & de fato & fatalibus quid veritas abhorreat tetigimus. Magis igitur hu- iusmodi causalitatem voluntati diuinę & iustiticę eiusdem attribuamus sʒm ea quæ Augustinũ paulo ante in libro de trinitate & ciuitate dei cõ- memoasse notauimus.

De monstruosis & miraculosis effectibus a quibus fieri possint Capitulum. xix. DIS.

Augusti. Mnium itaq; causalitatem in deum si referimus sʒm Augustini prefatam sententiam/ nihil est quod vel fortuitum/causale mõ-

ſtruoſum aut miraculoſum dici poſſit. MAG. Prorſus nihil. Nam & cũ multa talia cõmemoraſſet Auguſtin⁹ de trinitate libro tertio c.ij Nihil inquit hoꝝ fit niſi voluntate dei: ſed pleriſq; non apparet. Itaq; licuit vanitati phõꝝ etiam cauſis alijs ea tribuere: vel veris vel ꝓximis: cũ omino videre nõ poſſent ſuꝑiorem cęteris omnibus cauſam. id eſt voluntatem dei. vel falſis / & ne ab ipſa quidem præueſtigatione corporalium rerum atq; motionnm ſed a ſuperſtitione & errore polatis.

DIS. De fortuitis & fatalibus ſatis luculenter / quantum epitomatis ratio admittit diſſertum cenſeo. Sed de reliquis pauca ſaltẽ aperiri exopto. MAG. Monſtra dici cõſueuerunt ea quæ ꝓter ſolitum naturę curſum euenire ſolent. Agentia eñ & ſi ſemꝑ ſibi ſimilia producere conentur: nõnunquã tamẽ vel ꝓpter materię ſuperabundantiã / defectum / corruptiõem / qualitatũ diſconuenientiam: aut aliquod aliud impedimentum diſſimile generant: & hoc naturales monſtrũ dicunt ipm definiẽtes taliter. Monſtrum eſt peccatũ illius quod fit ꝓpter aliquid. aut clarius. Monſtrũ eſt diſformitas quædã in paucioribus conueniens entibus naturalibus: eueniens ꝓter ſolitũ curſum naturę: diſconueniens illis ex quibus traxit originem. ut cum hermofroditus: aut duobus capitibus homo naſcit̃. ita pariformiter & in alijs rebus exempla afferri pñt

DIS. Monſtrũ igit̃ ꝓter intentiõem naturę agentis generat̃. MA. probe: ſi de natura particulari intelligis. nam omnia talia queadmodũ & fortuita & caſualia a deo / qui eſt natura uñis omnium intendunt̃: nec contra naturã fiunt. Quõ eſt eñ cõtra naturã (ait Auguſtin⁹ de ciuitate dei libro. 21. c. 8.) quod dei fit volũtate? cum voluntas tanti utiq; cõditoris conditę rei cuiuſq; natura ſit. & ſeipm clariorẽ faciens: ſubiũgit. Portentũ igit̃ fit nõ cõtra naturã / ſed cõtra quẽ ẽ nota natura. DIS. fiunt itaq; portenta ex cauſis naturalibus ſed nobis incognitis. MA. optime. unde & libro x. ait. Interuallis tempoꝝ / occultis ipius cauſis mundi verũtamẽ ſub diuina ꝓuidentia cõſtitutis & ordinatis mõſtruoſa contingũt: quales ſunt inuſitati partus animaliũ: ſimul itaq; & cauſę per quas & ꝓpter quas fiũt nos latent: nõ eñ fruſtra: unde ait monſtra dicta ſunt: quia aliqd ſignificando demõſtrãt. Oſtenta quia oſtendunt Portenta quia ꝑoſtendũt. Prodigia qa porro dicũt: id eſt futura dicunt. Vnde & ex his humana ingenia nõnunquã futura prędicunt. DIS. Quid aũt de varijs monſtris / q̃ hiſtorię in diuerſis mundi ꝑtibus / maxime aũt in India eſſe cõmemorãt? quoꝝ quidã unũ oculum habere in fronte media: quibuſdam plãtas verſas eſſe poſt crura: quoſdã ſine ceruice oculos habere in humeris: quoſdam cynocephalos: id eſt canina capita hñtes & ſimiliã ĩnumera deſcribunt. homĩes ne ſunt & ab Adam originẽ traxerũt? MAG. Hęc & alia monſtruoſa hoĩm genera / Auguſti⁹ de ciui. dei de libro xvi. enumerat. & creatorẽ oĩm talia effeciſſe ꝓpter decorẽ uniuerſi: nec erraſſe dici poſſe oſtendit: & in fine cõcludendo ait. Aut illa aut alia q̃ de qbuſdã gẽtibus ſcripta ſunt / oĩno nulla ſunt: aut ſi ſunt / homĩes nõ ſunt: aut ex Adam ſunt ſi homines ſunt.

Monſtra.

Monſtrũ.

Auguſti⁹.

Monſtra. Oſtenta Portenta. Prodigia

Auguſti⁹

De Miraculis Capi. vicesimum MAG.

Idem

Et eadē q̄ monstri noīe censent/miracula dici solent: qm̄ q̄ raro sunt/ipa sunt mira inqt Augustin⁹. ubi supra. Sed assiduitas experiendi paulatim subtrahit admiratiōis incitamentū. Et ibidē capitulo octauo dicit. Vnde & ipa q̄ in rerū natura omnib⁹ nota sunt/ nō minus mira sunt: essentq; stupenda cōsiderantib⁹ cunctis/si solerent homīes mirari nisi rara. Proprie aūt miracula sunt quoꝝ silīa a natura ꝓduci pn̄t mō tn̄ nō oīno alio. ut natura in generatiōe vitā tribuit; & ē naturale. Deus iam e mortuo corpe subito vitā refundit: & est miraculū: & quidē magis ꝓprie miracula sunt hæc & signa/si ad aliquid diuinius annunciandū nostris sensibus admouent. Si vero aliqd fit cui⁹ silē natura facere nō pōt: nec ordinē ad hoc habet/mirabile dici debet. ut est humanā naturā diuinę in unitate suppositi uniri. corp⁹ aīale putrefactū in terra/gloriosū resurgere. DIS. Nū miracula a prima causa fiūt? MAG. A sola. dicēte ꝓpheta. Qui facis mirabilia magna sol⁹ sc; potestatiue & principaliter. nā ꝓmissiue etiā magicis artib⁹ fiūt. Nā & Exodi. vij. Magi Pharaonis ranas serpētesq; fecerunt. DIS. Sed unde hęc pn̄t? MAG p aereas ptātes inqt Augustin⁹ magicę artes pn̄t qdqd pn̄t: nec ille valent nisi data desup ptāte. ideo sciniphes facere nō potuerunt pharaonis magi. Nō aūt solis malis deus hęc ꝑmittit: sed & bonis angelis. & hoīb⁹ frequēter talia agere cōcedit: sed differēter: ut ē videre p Augustinū li. 83 q. 80. DIS. Cur aūt de⁹ peccatorib⁹ angelis seu demonib⁹ hanc ptātem dat? MAG Respōdet Augustin⁹ ad fallēdos fallaces/& ad mouendū fideles ne tale aliquid facere p magno desiderēt vel ad exercendā ꝓbandā manifestandāq; iustoꝝ pacientiā. ut patet in Iob cōsiles rōnes assignat de ciuitate dei li. 2. c 23. & alias addit libro. 7. c. ul. DIS. Creatores sunt itaq; maligni spūs talia opantes. MAG. necq̄quā. nā huiusmodi nō de nihilo/sed ꝑiacēti materia: corporeis sc; mundi elementis. in quibus occulta quædā reꝝ semina latent ꝓducunt q̄ & natura interuallis tempoꝝ producere posset. Ipi autē nouerunt celerrime debitas materias & causas applicare. ut idē in. 3. de trinitate. c. 9. luculenter declarat. Nedum autem malis sed & bonis angelis huiuscemodi ptātem creator cōmunicat. ut iam dictum est. Sed queādmodum inquit Augustin⁹ hæc faciunt angeli vel potius deus: queādmodum hęc faciat p angelos suos/& quantū fieri velit etiā per angelos/siue sinendo siue iubendo siue cogēdo ex occulta sede altissimi sui: nec oculoꝝ acie penetrare/nec fiducia ratōis enucleare/nec prouectu mētis cōprehēdere valeo. DIS. Satis sit ergo nosse oīpotentiā creatoris nō ita causis naturalib⁹ alligatā: ut pter cōsuetū earundē cursum & ordinē/ex eadē corporali materia p se vel ministros suos diuersos effect⁹ cū voluerit/nō possit efficere. Sed diuti⁹ expositioni harū ptiū definitiōis naturę īmorati: cū dicit. prīcipiū & cā p se & nō sm̄ accn̄s/cui⁹ ferme dię trāsegim⁹: breuius igit hoc quod in definitiōe addit (motus & quetis) trāscurrams

Psalms

Miraculū.

Exodi.

Augusti⁹

Augusti⁹

De Motu qualis res sit: & si distinguatur a termino ad quem: & declaratione definitionum motus Capitulum vicesimũprimũ MAG.

Mnibus itaq; ambagibus posthabitis/ motus naturam p definitiones venari tempabimus. DIS. pbe Definitio nanq; ut in dialecticis audiui oratio est indicans quid est esse rei. MA. Motus igitur (ut Aristoteli visum est) actus est entis in potẽtia s;m q̃d huiusmodi. id est s;m q; est in potentia. Pro uberiore aũt huius intelligentia ani aduertendũ/ mobile antequã moueatur esse ens in actu existendi (nisi em̃ esset moueri non posset) & in potentia subiectiua & receptiua ad actũ/ quem motũ dicimus: simil'r & ad formã per motũ acquisibilem DIS. Mobile itaq; antequã moueat̃ in duplici potentia esse videt̃: sc; in potentia ad actum/ qui est motus: & ad formã per motum introducendã MAG. optime infers. DIS. Sed qualis entitas sit ille actus quẽ motum dicis nõdũ accipio. MAG. Si motũ materialiter siue fundamentaliter considerabimus/ forma est fluẽs de esse impfecto ad esse pfectum cuius gradus post gradum successiue in eo quod mouet̃ acquirunt̃. DIS. eadem ergo res est actus/ quem motũ dicis & forma motum terminãs? MAG Eadẽ. Motus tñ dicit̃ dũ actu fluit & gradualiter acquirit̃: termin̄ vero motus est dum actu tota in eo q; mouebatur subsistit. pñtibus em̃ habitibus in materia cessat motus. Formaliter aũt si motũ accipimus: ipm passionẽ successiuã esse de genere transmutationis: ex cõmentatore sup tertio phisicorũ & Aristotele libro v. cognouimus. Ab hac forma quæ absoluta non est sed respectiua (uti in cathegorijs determinatũ est) mobile formaliter moueri dicit̃. Vnde in motu alteratiõis: qui exẽpli gratia p̃ cęteris declarandus est: q̃ dixim⁹ luce clarius patebunt. maxime aũt in ea qua aqua frigida p ignẽ calefit: aqua nãq; frigida actu quidẽ existit/ sed in potentia est ad calefactiõem: quam hic motum dicimus: & ab eadem formaliter calefieri denominat̃: & per hanc ad caliditatẽ tendit; cui⁹ gradũ post gradũ cõtinue acq̃rit donec in ea cõpleat̃. tũc em̃ mot⁹ qui est calefactio desinit: nec aqua iã calefieri: sed calefacta siue calida a forma acquisita denominat̃. Ex his sc̃d'a mot⁹ definitio intelligit̃ facillĩe q̃ dicit̃. Mot⁹ ẽ actus mobilis inq̃tũ mobile.

[Margin: Motus; Motus p fũdamẽto; Motus formaliter.; Auerrois; Aristotel.; Motus]

q; motus non est mobile: sed est accidens in mobili subiectiue. Et de his quę ad motum necessario concurrunt Capi. xxij. DIS.

Lana quidẽ hęc videnẽ: sed & motũ q̃; siue materialẽ siue formalẽ nõ ipm mobile/ sed rẽ aliã ab eo realiter distinctã & in eadem subiectatã intelligo. MAG. Sane Motus em̃ formaliter respectus est extrinsecus adueniens/ mobilis ad mouens: quẽ passionem formalẽ in kathegorijs diximus. Hui⁹ aũt correlatiõem respectu agentis siue mouentis ad mobile seu passum: actiõem formalẽ docuim⁹ & hanc in

potentia actiua imediate: & mediate in agēte. illā vero in potentia passiua imediate/& mediate i mobili subiectari intelligimus. Formā vero fluētem & gradualiter acquisibilem actōem/passiōem & motū materialem dicimus. Actōem quidē dū est ab agēte passionē/dū recepta est in passū & motū dū in fluxu est nominamus: & hanc nō in agente sed passo siue mobili: q̄ p eodē sumim⁹: subiectari dicimus. DIS. Motū formalē rem respectiuā de gn̄e passiōis apte asseris: sed cui⁹ generis res sit mot⁹ materialis nōdū exprimis. MAG. Id eo loco quo de termio ad quem motus differere cepim⁹: notum faciemus. DIS Ad motū igit̄ q̄ aut quot cōcurrūt? MAG. sex. videlicet Mouens: mobile: termin⁹ a quo terminus ad quē: temp⁹: & locus. Hęc in dato calefactiōis motu discerni possunt. Est em̄ ignis mouēs/aqua mobile: frigiditas aquæ seu carētia caloris est termin⁹ a quo. calor in aqua pductus est termin⁹ ad quē: mora aūt calefactōem hāc mensurās/tp̄us est: mobile aūt quia ens est naturale sine loco nō est. DIS. Apertissima est hæc demonstratio verūtn̄ de omībus singillatim differere opepciū esse existimo. MAG. bn̄ existimasti: sed paucis ut expostulas oim hoꝝ intricatos nodos dissoluere facileqꝫ poterit? DIS. Saltē cōiora in mediū ferre haud graueris

Ad motū requisita

De Mouente immobili Capi. xxiij. MAG.

Fferā q̄ memoria ex lectis & auditis reseruās exhibere dignabit̄ Primū aūt naturā mouentis & mobilis: de hu alioꝝ coditiones eo ordine q̄ enūerata sunt pcurremus. Sunt aūt (ut rē ipsam aggrediamur) mouentiū duo gn̄a. Q uoddā nāqꝫ cūcta mouēs oīno īmobile pmanet. DIS fortasse ip̄m ē q̄d in supiorib⁹ principiū effectiuū dicebas. MAG. Id ip̄m ē de q̄ & Boetius li 3 Philosophicę cōsolatōis exclamat. O qui ppetua mundū rōe gubernas: Terrarum cœliqꝫ sator qui tp̄us ab ęuo Ire iubes: stabilisqꝫ manēs/das cūcta moueri. Et ppheta regius: mutabis ea & mutabunt̄: tu aūt idē ip̄e es. Iacob⁹ quoqꝫ in canonica sua ait. Apud quē nō ē trāsmutatio nec vicissitudinis obumbratio. Sed quid alioꝝ eget testimonijs? q de seipo dicit. Ego dn̄s & nō mutor. Malachię. 3. DIS. Nū id rōe cōuinci pōt? MAG. utiqꝫ nō una sed plurib⁹. ut est videre libro. 5. de Trinitate Augustini. similiter & Aristoteles. 8. phisicoꝝ īmutabilitatē primi motoris inuestigare conatus est. Primū equidē reꝝ principiū si moueret/utiqꝫ ab alio: aut a se ip̄o. nō ab alio: qa iā primū nō esset cū id a q̄ moueret̄ ip̄m pcederet q̄d rursus quia īmobile nō esset ab alio moueret̄. fieretqꝫ in mouentib⁹ & motib⁹ pcessus in infinitū: quē phīa respuit. A se ip̄o aūt si moueri dicat̄ in ptē p se mouentē: & ptē p se motā diuidi necesse habet: & forma p motū acqrēda carebit: q̄d de sum̄a simplicitate & pfectiōe sentire q̄d turpi⁹? Oīno igit̄ īmutabilis est: q ętern⁹/īmēsus/simplicissim⁹ & pfectissim⁹ esse nō dubitat̄. Vn̄ in eo motū in tp̄e aufert eternitas q̄ tota sit̄ est: motū i loco īmēsitas: qa ubiqꝫ ē: motū ad formā sum̄a pfectio & simplicitas/qa nulli⁹ eget. Veꝝtn̄ substātiā dei (ut inqt Aug⁹ li. 1. de trini.

Mouens immobile.

Boetius

psal. 10. 1.
Iacobi. 1.
Malachi

Augusti.
Aristote.

Augusti⁹

ſine ulla ꝯmutatōe mutabilia faciētē/& ſine ullo tꝑali motu tꝑalia creā/tē tueri & plene noſſe difficile ē. Iō & nos q ī ꝑmis phīe elemtis v̄ſamur id Theologie reſeruabim⁹. DI. Optīe. alıd' igit mouētiū gn̄⁹ ꝑcurrā⁹

De mouētibus mobilibus. Et quod mouens per ſe quod per accidens Ca. xxiiij. MAG.

Mouens mobile.

Xtra hūcq̄cūq; ſunt quia nō de illo ſ; de nihilo facta ſunt/mutabilia ſunt, īnqt Auguſtin⁹ li. 12. de ciui. dei: uñ ſimpliciores in reb⁹ creatis ſubſtātię/quas philoſophi intelligētias. Theologi aūt ſp̄us angelos & aīas dicūt (ꝑter eā mutatōem q̄ ex bonis mali facti ſunt/quā ibidē lati⁹ ꝓſequit̄) mouent̄ & mouēt alia. Om̄es (m̄ ſi de āgelis loquimur/admīītratorij ſp̄us ſunt miſſi/ꝓpter eos qui hereditatē capiūt ſalutis ait Ap̄ls ad hebręos. Miſſi aūt utiq; mouent̄ cū nō ſint ſil' in cœlo & in terra cū mittunt̄, ut vult Damaſcen⁹: mouētq; eos ad q̄s mittūt̄. S; hęc q̄; enucleati⁹ exqrere theologię ē: nō noſtri epitomatis. Preter ea igitur nōnulli cœloꝝ orbes quib⁹ ꝑſunt ſine pœna & fatigio reuoluunt. ut viſū eſt li. 7. ſupra. Sil'r & aīe corpa quoꝝ forme ſunt/mouēt. Rurſus aūt cœleſtia corpa ab intelligētijs mota/hęc inferiora mouēt. Vñ & hūc mūdū ſc; elemētarē neceſſe ē eſſe ꝯtiguū latōib⁹ ſupiorib⁹: ut tota virt⁹ ei⁹ iñ gubernet̄, ait Ph̄us Methauro. li 1. Int̄ ꝑtes aūt mūdi īferioris ꝯtinuā & mutuā mutatōe; eſſe/quis ē qui nō facile aſſentiat? DIS. nullus qui ſenſū nō negat. MA. Q uerere rōem & dimittere ſenſu; debilitatis ē intellect⁹. Ampli⁹ mouētiū q̄dā mouēt ꝑ ſe: q̄dā ꝑ accn̄s. Per ſe mouēt q̄ nō rōe cuiuſcūq; alteri⁹ extrinſeci mouēt. ut aīa corp⁹ & man⁹ lapidē. Hęc rurſus biptita ſunt. Q uoddā em̄ mouet ꝑ ſe prīo. i. ſ;m ſe totū & q̄libet ſui ꝑtē & dicit̄ mouēs principale. ut aīa mouet corpus. Aliud mouet nō ꝑ ſe primo ad ſenſū datū ſ; ſecundū aliq; ſui ꝑtē. ut hō mouet lapidē pede & baculū manū: DIS. Mouēs Per accn̄s q̄d dicis? MA. Q uod mouet ꝑ aliq̄d ſibi extrinſecū ſiue ꝑ inſtrumētū. ut cāę ſuperiores ꝑ inferiores: & formę ſubſtātiales ꝑ diſpoſitiōes qualitatiuas. & uniuerſaliter artifex per ſua inſtrumenta. DIS. ad mobilia ꝑgamus.

motus angelorum

ad hebre. 1

Auguſtī⁹

Damaſcē.

Motus sive celestium corporum moti

Ariſtotel.

mouēs per ſe

mouens per accn̄s

De Mobilibus & motu naturali aīali & violento & huius ſpeciebus Capi. xxv. MAG.

Er ea q̄ dicta ſunt de mouētib⁹/facile patebit natura mobilium. Mobiliū em̄ q̄dā mouet̄ ꝑ ſe: q̄dā ꝑ accn̄s. Per ſe moueri dicit̄ mobile q̄d nō rōe extrinſeci alicui⁹ mouet̄, ut corp⁹ ab aīa ꝓpria. & rurſus hoꝝ q̄dā mouet̄ ꝑ ſe primo. i. ſ;m ſe totū & q̄libet ſui ꝑtē. ut lapis mot⁹ deorſum: & ignis ſurſum. q̄dā ſ;m partē: ut hō ſanari dicitur cui⁹ pectus ſanat̄. DIS. Per accn̄s q̄d mouet̄? MAG. Q uod rōne alicui⁹ extrinſeci mutat̄. ut hō ad motū nauis in q̄ ſtat/trāſ fert̄. Eoru; aūt q̄ ꝑ ſe mouent̄ q̄dā a ſe mouent̄/q̄dā ab alio. A ſe q̄dē mouent̄ q̄cūq; a pricipio ſiue mouēte intrīſeco mouent̄. Hęc em̄ diuidunt̄ in ꝑtē per ſe motā & in ꝑtē ꝑ ſe mouentē, nihil autē ſe mouet per ſe prīo primitate totalitatis & adequatōis patet quia moueri ꝑ ſe primo primitate tota-

mobile per ſe

mobile per accn̄s

A se mobilia

litatis ↄuenit toti & cuilibet pti: & sic ad quietē cui9libet ptis necesse ē totū quiescere. primitas ṽo adequatōis denotat cālitatē mot9 in esse p/mo toti ꝑcise. & sic ad quietē uni9 ptis nō necessario totū quiescit. cum aūt quiescere: & nō quiescere ↄtradicāt/sibi uni inesse nō pñt: & per cōsequens nihil idē se primo mouet primitate totalitatis & adequatōis. sed rōe unius ptis. ut aīal: in q̄ aīa est ps per se mouēs corpus ps per se mota. Aīa est mouēs q̄: corpus est mobile q̄: & totū aīal/est mouens & mobile q̄d. Et hic motus in principio & fine est remissus: & in medio intensus/& aīalis dicit̄. Quæcunq̄ autē sunt hui9 gn̄is mobilia sicut se ipis sunt cā mouendi ita & quiescēdi. unde & nullo extrīseco cōcurrēte motū initiare & añ terminū totalē sistere pñt & se per cognitōe3 mouēt motibus diuersis. Saluat̄ etiā per iā dictas distinctōes veritas illius vulgatę ꝑpōis. Omē q̄d mouet̄ ab alio mouet̄. DI8. Probe. Sed de motu grauiū & leuium quid dicis? MAG. Grauia & leuia silr in partē per se mouentē sc3 formā substātialē: & partē per se motā diuidunt̄. Forma aūt per accn̄tia mouet. un̄ Augustin9 li. 11. de ciui. dei. c. 28. Ita em̄ corp9 pōdere/sic animus amore fert̄ q̄cunq̄ fert̄ siue seorsum grauitate siue sursum leuitate. Hoꝝ motus in principio remissior est & in fine intensus: & naturalis dici solet. quia in ipis passū vim cōfert: hn̄t em̄ naturalē inclinatōem ad loca sua naturalia. ut est motus lapidis versus centrū. Veꝝtn̄ hęc quia cognitione carēt diuersis motibus se ipa mouere/ aut añ terminū totalē se ipa sistere nequnt: & ut quibusdā visu3 est/motum initiare sine extrīseco remouēte ꝓhibens nō pñt. sed hoc forte nō ē nisi per accn̄s. unde grauia & leuia actu grauitatē & leuitatē hn̄tia & incho atiue & cōtinuatiue moueri pñt: De cōtinuatiōe dubiū non est de inceptōe ṽo pat3 si tāte fuerit ṽtutis: ut ꝓhibens remouere possint. ut si lapis grauis quiescat sup ligno fragili/ipm tandē frāgit & descēdit. Si vero tātę virtutis nō sit. utiq; motū inchoare nō p̄t sine adiutorio extrīseci mouētis ꝓhibē3 sicut nec aīal fortissimis vīcul' ↄstrictū. DI. Ab alio vero q̄ p se mouent̄? MA. q̄ a principio extrīseco mouet̄ nō ↄferente vim passo ut lapis ꝓiect9 sursu3. & hic mot9 violēt9 ē: qa ↄtra naturalē inclinatōe3 mobil': iō ē in principio intēsus ab impetu impsso a mouēte & in fine remissor impetu iā deficiēte. Et hoꝝ alius ē Pulsio: ali9 Tractio: ali9 vertigo. DI. Pulsio qs mot9 ē? MA. Is in q̄ mouēs nō deficit ab eo q̄d mouet̄: s3 toto tp̄e ipm comitat̄. & ē impulsio. Mot9 ṽo in q̄ mouēs deficit ab eo q̄d mouet̄: expulsio ē: sub q̄ & expiratio cōtinet̄. DI8. Tractio aūt qs motus ē? MA. Is cu3 ad seipm vł ad alteꝝ ve locior fit mot9 trahētis: nec sepat̄ ab eo q̄d trahit̄: & ↄtinet spatesim: q̄ ē mot9 ensis velocit̄ moti. & Radiatōe3 siue Kertesim q̄ ē mot9 radij rextoris. ↄtinet & inspiratō3. DI8. Vertigo q motus ē? MA. Cōposit9 ex pulsu & tractu. Vectōe ṽo mobile nō p se: s3 p accn̄s (qa ī alio) mouetur. Sane ne oīa ītelligis? M Sane eq̄dē ut mihi videre videor. s3 ē q̄d dubitatiōis scrupulū iniecit. MAG. q̄d ē hoc? DI8. Quo nā mō ex inpulsionis motu/mouēs ab eo q̄d mouetur deficere possit? remoto

mot9 aīal'

motus naturalis

motus violentus

Pulsio

Impulsio
expulsio
expiratio

Tractio
spatesis
kertesis

inspiratio
vertigo
vectio

etiã mouẽte/mobile quiescere necesse est: cũ non sit a quo moueatur.

Quõ mouẽs est simul cũ moto q̃ simul: sepata: contigua: consequẽter entia & q̃ ꝯtinua Ca.xxvi. MA.

Ortiter instas: nã mouẽs siꝫ esse cũ moto ab Aristotele.7. phisi. Aristotel. coꝝ xludit: sed hui⁹ intellect⁹ manifestus erit si ad hęc q̃ de natura mouentiũ disserta sunt: etiã q̃ simꝫ/aut separata dici pñt digesta fuerint. DIS. Simul igit̃ q̃ dicis? MAG. q̃cunq; sunt in uno loco ꝓprio & adequato. ut lac & albedo & dulcedo eiusdẽ. & hęc simultas adequatiõis dici solet. DIS Separata q̃ sunt? MA. q̃ in alio & alio loco sũt ꝓprio & hęc rursus trifarie ptiũt: q̃dã em̃ ꝯtigua: q̃dã cõseq̃nter ẽtia q̃dã autẽ cõtinua dicunt̃ DIS Cõtigua q̃ sunt? MAG. quoꝝ ultima siꝫ sunt ut orbes cœlestes: & elemẽtoꝝ regiões. Orbes nempe cœlestes siꝫr & elementa locis ꝓpriis sepant̃: ultima tñ coꝝ ita cõiungunt̃/ut nullũ sit corp⁹ mediũ. & hęc simultas ĩmediatõis noiat̃. Quod aũt dicit̃ duo corpa dura sine medio nõ posse se cõtingere: sufficiẽter ostẽsum nõ est: expientia ꝟo/qua inter duas tabulas planas in supficie cõiunctas & aq̃ ĩmersas hũiditas repit̃(q̃ utiq; sine subiecto nõ est)ex eo ẽ: quia pfecte planę nõ sunt: & fortasse ars hãc pfectiõem nõ attingit/quã tñ natura inter orbes cœlestes ingeniauit: ne si ibi aer vel aqua necessario mediaret: ꝯtinuo motu cõsumeret̃. DIS. Facile assentio. siꝫr & in his inferioribus/aciẽ mucronis lignũ sine aere aut aq̃ media ꝯtingere posse haud dubito. ad instituta igit̃ reuertẽtes quæ sint cõsequẽter entia edicito.

MAG. Cõseq̃nter entia sunt q̃ hñt se p ordinẽ & eoꝝ nullũ est mediũ eiusdẽ naturę. ut dom⁹ prima & secũda. Nã & si inter has spaciũ sit medium in q̃ vel lapis aut lignũ cõsistat naturã cõseq̃nter entiũ nõ tollit: verũ tñ pter hoc q̃d sequit̃/ꝯseq̃nter ens dicit̃ ad pcedẽs & nõ ecõtrario. Si vero & hæc se cõtigerint habita dicunt̃. DIS. probe. Veꝝ tamẽ q̃d q̃rebã ex his edoceas. MAG. In omni motu mouẽs ꝓximũ necessario est simul cũ eo q̃d mouet̃ vel simultate adequatõis. ut impetus cũ lapide ꝓiecto. aut simultate ĩmediatõis. ut trahẽs cũ tracto. Rursus mouẽtia & mobilia ꝓxima nũq; esse sepata. Cõtigua aut habita ex dictis manifestũ ẽ. nõnũq; ꝟo sunt etiã cõtinua. DIS. haꝝ definitiõem nõdum attulisti. MAG Cõtinua sunt quoꝝ ultima sunt unũ. ut una supficies/ptes corpm & linea una/ptes supficieꝝ & punctũ unũ ptes lineaꝝ cõtinuat. In his nanq; termin⁹ cõmunis in quo partes copulant̃ indiuisibilis est: ideo ita principium unius ut sit etiã finis alterius.

Simul

Separata

Cõtigua

Cõsequẽter entia

Habita

Cõtinua


Cõtinuũ & si diuisibile sit in sp diuisibilia: ex indiuisibilibus tñ nõ est nec actu infinitũ Ca.xxvij. DIS.

X talib⁹ igit̃ cõtinui substantiã integrari asseris? MA. Nequaquã Illa equidem indiuisibila in continui compositione essent/vel continua/cõtigua aut cõsequẽter entia: prima duo dici nequeũt: indiuisibilia equidẽ ultima non hñt quib⁹ se cõtingãt/saltem ea pte qua


indiuisibilia censent ut linea ĩ latitudine: supficies ĩ pfundo & punctus in omni dimensiõe. Q uod si tertiũ quis affirmauerit: mediũ inter ea diuisibile aut indiuisibile cõcedere necesse habet. nõ aũt diuisibile dicet: tũc eñ cõtinuũ nõ ex indiuisilibus cõstaret. nec indiuisibile eo q̃ mediũ cõ sequenter entiũ eiusdem rõnis esse nõ possit. Accedit ad hoc quod Aristoteles in Phisicis de motu argumentat̃: dato nempe mobili sup magnitudine cuius motus tempore triũ instantiũ mensuret̃: rursusq̃ sup eadẽ magnitudine in duplo velocius mobile voluatur. huius motus necessario medietate dati tẽporis mensurabit̃: medietas aũt temporis trium instantium/ uno instante integro alteroq̃ dimidio cõstat: sic instans minimũ & indiuisibile in duo ptietur. pars aũt cum sit minor toto: dabitur minus minimo Alijs rõnibus Aristoteles prefixam cõclusionẽ affirmat sed cum ipsa columna mathematicę disciplinę esse videatur: qua lapsa totus euclidis & ceterorũ mathematicorũ labor inanis & superuacaneus appareret: eam ipsam horũ basibus fulcire fortasse nõ inutile erit. DI. Vtilissimũ. MAG. Partem lineę rectę esse in sublimi / & partẽ in plano impossibile Euclides libro decimo probat. linea igitur recta sup plano ærecta / ipsum cõtigit aliquo quod nõ est pars eius: id aũt punctũ est indiuisibile. preterea signetur quadratũ. a. b. c. d. & in eo dyameter. b. c. in costa q̃ eq̃. a. c. signent̃ duo puncta ĩmediata de his que totã costã integrãt: q̃ sint. e. g. Et rursus in costa opposita signent̃ alia duo puncta: que sint. f. h. a punctis. e. g. ad puncta. f. h. ducãt̃ duę lineę ęq̃ distãtes ipi basi. c. d scz. e. f. g. h. Iste secabunt dyametrũ p quã trãsire necesse hñt: vel ĩ punctis ĩmediatis, vl' mediatis nõ utiq̃ ĩmediatis: qa sic nõ essent plã pũcta dymetri q̃ costę: & ex cõ sequẽti dyameter non mõ nõ esset costę assimeter. i. cõmẽsurabilis: sed etiã eq̃lis: cui⁹ impossibilitas. li. 6. sup. c. 14. ex his q̃ habet Euclides ĩ decimo ppos. q̃nta & septima demõstrata ẽ. DIS. Q uid autẽ absurdi sequeret̃ si dictas lineas dyametrũ nõ ĩmediatis sed mediatis punctis secare pmissa rõe quis cõpulsus fateat̃? MA. Id absurdũ sequi manifestũ erit: q̃ autẽ ɔtra positiõem / data pũcta ĩ costa mediata fatebit̃: aut rectis lineis ęq̃distantẽ ducere posse negabit / ɔtra tredeciã primi. Sequela facile probat̃: nã inter duo pũcta mediata dyametri signet̃ punct⁹ medius q̃ sit. k. a q̃ ducat̃ linea recta in directũ/ ęque distãs lineis e f. & g. h. hęc secabit costã vel in puncto. e vel. g. nec ratio est q̃re potius in uno q̃ alio ĩmo in neutro: æquedistantiũ eqdẽ natura est nõ ɔcurrere si in infinitũ ptrahãt̃ ex ultĩa definitiõe pmi Euclidis. Necessario igit̃ assignãdus est pũctus medius inter. e. & g in quo linea ducta a puncto dyametri. k. cõtingat costã. a. c. sic puncta. e. g. nõ erunt ĩmediata. DIS. Iã in

Aristotel'

Euclides




Euclides



venisse mihi videre videor quo totũ id argumentũ de dyametro & costa infringã. MAG. Audiã. DIS. Qualibet linearũ a costa in costã ductã/dyametrũ nõ in puncto (ut asseris) sed plus q̃ in puncto ↄtingere/ ex eo videt: q̃ nõ ppẽdiculariter sed ex obliq̃ sup ipsaȝ incidũt. MAG. Sic pte lineę rectę in plano/& ptẽ in sublimi eẽ fateberis: q̃d ut p̃misim⁹ Euclides impossibile dicit. Qualitercunq̃ igit linea lineam secet/non plus q̃ in puncto secare põt: qa latitudinẽ nõ habet: ex eo etiã eandẽ lineam simul in diuersis supficiebus ↄsistere libro sexto supra demõstrauius.

DIS. Memini. MAG. Rursus p̃fixa cõclusio alio medio dilucidanda venit. Sint duo circuli: maior.b.& mĩor.c sup eodẽ cẽtro .a. sint quoq̃ puncta ĩmediata in periferiã maioris circuli.b:d.a qbus ducanẽ duę lineę rectę ad centrũ.a. que necessario trãsibunt p periferiã circuli minoris.c. hãc igitur intersecabũt vl duobus punctis vel uno & eodẽ tantũ: si in duobus/erũt tot puncta in periferia circuli minoris q̃t in periferia circuli maioris: sic circuli dati erũt ęquales: quia habent ptes numero & magnitudine ęquas: numero qdẽ quia tot puncta sunt unius q̃t alterius. magnitudine autẽ quia pũctus puncto maior esse nequit. DIS. Dicet igit datas lineas periferiã minoris circuli in eodẽ puncto transire. MAG. Sic lineę rectę a circumferẽcia ad centrũ ductę / extra centrũ cõcurrent: quod est cõtra rationẽ & circuli & centri. aut punctũ ipsius cõcursus in periferia minoris circuli/ centrũ amborũ circulorũ erit (idem eñ centrũ habent) q̃d absurdissimũ est. Rursus ducatur alia linea a puncto e.inmediato puncto.d.ad centrũ.a.vel intersecabit periferiã minoris circuli in alio puncto quã linea.d.a.vel in eodẽ. si in alio / sequit idem quod de lineis.b.a.&.e .cõclusum est. Si in eodẽ/igitur lineę tres: b.a.d.a.&.e a in eodẽ puncto periferię cõcurrũt. & cõsequenter eadẽ ratiõe quelibet linea a puncto immediato periferie maioris circuli ad centrũ a ducta/ in periferia minoris circuli / cum datis lineis cõcurret: eritq̃ periferia minoris circuli punctus unus/sic circumferẽtia ęqualis centro. Alia in cõuenientia non minus ab surda adduci posset ex naturis angulorũ & triangulorũ: que breuitatis causa collibeat trãsire. DIS. Libet. Cui eñ quę dicta sunt nõ satis faciunt: q̃cunq̃ adduci possunt ęque aut minus persuadebũt. Sed restat q̃ lineã expũctis cõpositã arguere videtur manifestius. Sphera eqdem pfecte planum nõ nisi in puncto tangit: hec itaq̃ super plano mota / ipm semp in alio & alio puncto cõtingit: sicq̃ lineã ex punctis his cõpositã motu suo describit: MAG. Hęc ipsa est argumẽtatio q̃ ptẽ aduersã fortius tueri visa ẽ: sed citi⁹ dissoluet si una ptiũ q̃ assumpta est sane intelliget. DIS. Que? MAG. hęc: sphera mota sup plano ipm semp in alio & alio puncto ↄtingit. vnde cũ hic motus sphere fiat in tpe/sensus propõis datę est: in oĩ tpe sphera planũ in puncto contigit: q̃d f̃lm est: corrñdet eñ tps motus & magnitudo in q̃ntitate. sicut ergo sphera planũ nõ nisi in puncto indiuisibili tangere põt: sic is ↄtrac



tus nō nisi in mēsura indiuisibili fieri habet. ut est instans tpis. Verū est itaq; spherā sup plano motā pro q̄lib; indiuisibili tpis motū eius mētu ratus/planū ī alio & alio puncto cōtingere. Inter q̄libet aūt duo instātia est tpus mediū: sit itaq;/ut sicut tps nō est ex indiuisibilib9: sic nec linea in plano a sphera in eodem tempore descripta.

Continuū diuisibile est in semper diuisibilia non tamē pōt esse actu infinitū. Capt. xxviij. MAG:

Ex his (ut tandē me colligā) cōcludit cōtinuū diuisibile esse in semp diuisibilia: q̄d & Augustin9 differuit in li. de vera religiōe. DIS. Infinitū est igit. MAG. Infinitū q̄dē potētia/nō actu. DIS. q̄re actu non? MAG. Omne continuū quantū est: cuius species magnitudo & multitudo censent. magnitudo aūt omīs figurata est/termioq; vel terminis clauditur. ut linea punctis: supficies lineis & corpus supficiebus. Multitudo vero oīs & si in infinitū p additōem aut multiplicationē crescere possit/actu tn̄ numerata est: saltē illi (inqt Augustin9 li. de ci. dei. 12. c. 18) de q̄ in Psalmo canit. & sapiētię eius nō est numer9. Opposito itaq; mō se habēt magnitudo & multitudo: illa per diuisionē ad indiuisibile nunq̄ deducit: nec additiōe in infinitū crescere potest: ista diuisione ad indiuisibilē unitatē redigitur: & additōe cremēti finē nō accipit. sic illā diuisiōis/ista vero additōis potētia infinita censetur. cōtinua em̄ vis est nūeri intelligibilis & sensibilis, ut inqt idē ad Nebridiū scribens. Ille em̄ cu; infinite crescat nō tn̄ infinite minuitur: nā nō eum licet ultra monadē. i. unitatē resoluere. cōtra sensibilis: nā cū nō sit aliud sensibilis numerus nisi corporeo; vel corpm q̄titas minui q̄dē infinite/sed infinite crescere nequit. Et ideo fortasse merito Phi in rebus intelligibilib9 diuitias ponūt: in sensibilib9 egestatē: q̄d em̄ erumnosius q̄ mīus atq; minus semp posse fieri? quid diti9 q̄ crescere q̄tu; velis, hęc ibi. DIS. Infinitudini additōis in multitudīe facile q̄dē assentio: magnitudini autē in diuisione nō oī modā fidē habeo: data nēpe magnitudo bipedalis/ per ablatōem partis pedalis & itē pedalis statī absumit. MA. Nō inducte de ptibus eiusdē q̄titatis argumtaris: q̄d aūt de diuisiōe ɔtinui deductū ē/de ptib9 eiusdē pportōis accipiendū ē. Hę sunt ea harmonia ɔiūctę ut queadmodū secūda primā respicit/sic tertia secūdā cōplectit. ut cum data bipedalis magnitudo ī pedalē & pedalē partit: & rursus scd'a pedalis in semipedalē & semipedalē diuidit sicut em̄ pedalis/medietas ē bipedalis/sic semipedalis/medietas est pedalis & ubiq; pportio dupla. In has ptes ɔtiuui diuisio in infinitū pgredit: nec possibile erit hāc diuisiōis potentiā sīl ī actu eē deductā: sp em̄ ps una in alias duas medietates diuisibilis ē. DIS. Erit itaq; ɔtinuū actu infinitū. cū actu in se cōplectat ptes eiusdē pportōis infinitas. MA. scite infers: at v'o cu; hę ptes actu sīl ī ɔtinuo ɔsistētes/actu separę eēt n̄ possit/actuale īfinitū nō ɔstituūt: cui9 nāa est actu hre ptes infinitas sepabiles & eiusdem molis Et id fieri fortasse neqt. si em̄ fieret creatura esset & corruptōi obnoxiū

Augusti9 | Continuum nō ē actu infinitum | Idem | Psal. 146. | Magnitu. Mltitudo | diuitię egestas | pedalis pedalis semi pes semi pes

quia vero in eo virtus infinita ipsum a creatore ęqualis virtutis corrū pi non permitteret sic simul/ & corruptibile & incorruptibile esset. ipm autem ęqualis virtutis cū creatore esse: ex eo arguitur. Quorū excessus ad aliquod tertium sunt ęquales/ ipsa inter se ęqualia erūt: infinitorum ad finitum excessus utrobiq; est infinitus: igitur infinita erunt ęqualia.

De termino a quo motus. & definitione quietis. Capitulum vicesimum nonum. MAG.

Ltra q̄ volebam calamus auolauit: ac pene epitomatis limites excessit. reuertatur igitur ad instituti tramitem celerius: & quod restat exaret cōpendiosius. DIS. Optime. sed quod in p̄missorum ordine sequitur/ terminus a quo motus p̄titulatum est. MAG.

terminus a quo

Terminum a quo motus dicimus a quo mobile moueri incipit: quem si pro primo & formali acceperimus / solam priuationē formę per motū inducendę dicit. ut in motu illuminatiōis oculi/ terminus a quo est cęcitas. Pro materiali autē & terminum formalem cōcomitante/ terminus a quo motus denominat subiectum forma inducenda priuatū. Hic in generatione substantiali est non ens: nō quidem simpliciter / sed nō ens in actu formali & specifico. ut materia prima in corruptione & aliis motibus est ens in specie copletum. ut in motu calefactiōis est aqua / aer aut aliqd tale. Mobile quod in termino a quo existit proprie quiescit.

Quies

Quies namq; priuatio motus est/ eius quod motu caret: eo loco & tempore quibus natū est moueri: & secundū eā dispositōem qua natū est moueri

De termino ad quē motus. Capi. tricesimū DIS

terminus ad quem

Erminus ad quem motus / quid est? MAG. Forma per motū acquisibilis / cōtrariū habens: gratia sui & nō alterius cuiuscūq; motum terminans: nec aliquid eundē vel aliū motū terminasse prerequirens/ sed motum per quem successiue introducitur per se finiēs ut sūt formę nō quorumcūq; generū/ sed formę quantitatis/ qualitatis ubi: & fortasse ab his formę substantiales non sunt omnino excludendę. Et hęc quidem de termino primo ad quem accipere/ premissa admonet descriptio. Nam termini cōcomitantes/ subiecta sunt a dictis formis denominata. Contrarietatē etiam / non ea tantū que est inter duo positiua se mutuo ab eodē expellentia: motus requirit: sed ea qua habitus & priuatio opponūtur sufficit. Prima equidem solis: nec tamē omnibus qualitatibus competit: hanc aūt in omni genere reperiri cōtingit. Omni eñ formę opposita est priuatio in eo in quo talis forma non est: sed esse nō potest. Sed alię que sequuntur in definitione particulę: aliorum generū formas excludunt. Vnde actio & passio qui respectus sunt extrinsecus aduenientes: in subiecto non sunt: nisi forma aliqua ab agente i passum producta motū terminauerint. Similiter & quędā qualitates ad motus aliorum introducuntur. ut sanitas ad motum humorū. Relationes aūt in aliq̄ acquirunt q̄d omio mutatū nō est. unde nūmus (inqt Augusti. de Tri li. 5. c. ultio) pōt nl'la sui mutatōe m'tociēs dici r'atie: ut neq; cū

incipit dici/neq; cum desinit/aliquid in eius natura vel forma q̃ nũmus est/mutatõis fiat. Sic similitudo in hac papyro esse incipit si paries dealbaẽ cui papyrus similis esse possit: plurimę aũt alio℞ genere formę partibiliter non inducunẽ. DIS. Et itidẽ de Vbi videẽ sentiendũ: ni succe ssionẽ in eo manifestius ostendas. MAG. Relationum partibilitatẽ in subiectis earundẽ perciperere possum⁹ si quanta fuerint. Cũ itaq; corpori locanti (quod utiq; diuisibile est) corpus locabile sit presens/non totum simul toti loco/sed pars parti/ aut totũ secundũ partẽ alteri & alteri p̃ti locantis applicaẽ: q̃propter ipm̃ ubi tali successione partibiliter acquiri/& ad extensionẽ sui subiecti extendi necesse est. DIS. Successionẽ igitur nõ in locante aut locato/sed in ipso respectu quẽ Vbi dicimus sine locũ formalẽ consistere pretendis. MAG ;scite De Formis autẽ substantialibus paulo post dissertabimus: nunc specie℞ motus & nomina & distinctõem annotare libet. DIS Probe.

De nominibus & distinctione specierũ Motus. Et quomodo Augmentatio & Diminutio differunt a Rarefactione & Condensatione. Capitulum tricesimũ primũ.

MAG: Vtatio ab Aristotele quĩto Phisico℞ trifarie partiẽ. Quædam nãq; est de nõ subiecto in subiectũ. & Generatio diciẽ. Altera de subiecto in non subiectũ opposita priori: & Corruptio appellaẽ. Tertia vero de subiecto in subiectũ: & motus proprie censetur. Subiectũ autm̃ diciẽ ens affirmatiue demõstratũ: id est in actu formali constitutũ. non subiectũ aũt ens est in potentia nõ pura/sed in potentia subiectiua: actu tñ existit in re℞ natura: uti est materia prima. Patet itaq; in quo generatione & corruptionẽ a motu secludit. Rursus aũt motũ quẽ in Quãtitate Qualitate & Vbi repertũ asserit: nõibus discriminat. Vnd eũ qui est de quãtitate minore ad maiorẽ/Augmentatõẽ; oppositũ autẽ Diminutionẽ vocat. quod quidẽ ita acciplendũ est: ut in Augmentatõe cum quãtitate etiã materiã addi: & in diminutione cũ quantitate materiã diminui intelligamus. per hoc em̃ a Rarefactione & Condensatione differre dinoscuntur: in quibus nec quantitas nec materia additur aut demiẽ: sed eadẽ quantitas in rarefactione magis extenditur: & extensa per Condensationẽ cõprimitur. Sic Rarefactio est mutatio a se ipso minus extenso ad se ipsum magis extensum. Et Condẽsatio est mutatio a se ipso magis extenso ad se ipsum minus extensum. Patet in lacte buliente: & rurs⁹ infrigidato. De augmento quod in animatis fit: post hęc tractabimus. Amplius motũ qui est in qualitate/Alterationẽ: ipsum ꝟo qui in Vbi est/Loci mutationẽ dicere consueuimus. Ha℞ descriptiones libro secudo in mediũ tulimus. Sed hic de naturis alterabilium generabilium & corruptibilium latius differendum est.

Aristotel⁹ | Mutationis p̃titio generatio corruptio motus | subiectũ non subiectum | augmentatio & diminutio | rarefactio condensatio | Alteratio Loci mutatio

De naturis alterabilium/generabilium/cor-

ruptibilium: actione directa/reflexa/uniuoca ęquoca & tactus diuersitate. Cap.xxxij. DIS:

Alterabilia quę dicis? MAG. Entia naturalia contraria/actiua & passiua ad se inuicē. Naturalia qdem sunt: ut in materia conueniant: Cōtraria autē: ut agant & patiant. Nihil em oino simile in simile nec omnino dissimile in dissimile agit. Couenīūt igit alterabilia in materia indifferenti ad utriusq; formā: formis autē diuersa sunt: ut mutua inter ea causari possit actio & passio. Attñ nihil ꝓhibet idē in simile specie & gradu dissimile agere. ut magis calidū in minus calidū. & hoc quidem actione directa & uniuoca. nā actione reflexa etiā eadē qualitas se ipsam intendit. ut calor fontiū hyemali tempore/ propter circūstans frigus seipsum fortificat. Silr eadē q̄litas in specie & gradu in materia dēsa/in omnino similē in specie & gradu existentē in materia rariore agere potest. Virtus em unita fortior est seipsa dispersa. DIS. In omnibus gitur his aliqualis dissimilitudo reperiri potest: aut ratione circumstantis aut materię subiectantis. MAG. Argute singula perpendis. DI. Sed si qualitates separatę essent (sicuti dudū circa altaris mysteria fide tenendū docuisti) num agere & pati possent? MAG. Contrariū dicere experientia ꝓhibet. DIS. Non est igit necessariū alterabilia in materia couenire: qa qualitates separatę materiā nō habent. MAG. Actu quidem materiā nō habēt/aptitudine tamē in ea cōmunicant. DIS. Vniuoca aūt quare in pręmissa limitatione adiectū est? MAG. qa in actione equiuoca qua alia forma in specie a forma generātis inducit/ actiua & passiua in materia cōmunicare necesse non est. ut cum cęlum agit in hec inferiora motu/ lumine & influentia. Coelum em Phūs imateriale credidit. In actione autem uniuoca/ qua eadē forma in specie cū forma generantis inducitur actiua & passiua / nō modo in materia cōmunicāt sed & actiua a passiuis repati possunt: si virtus resistiua nō sit maior vel equalis virtute actiua patientis. nec per aliquod aliud fortificata & in debita distantia applicata. Debite autē applicata tunc erunt si mutuo tactu se cōtingunt. DIS. Tactū quid dicis? MAG. Naturarū indagatores triplicem tactū distinguere solent. Mathematicū videlicet/ phisicū & virtualē. DIS. Mathematic⁹ quis ē? MAG. Is quo due plures ue magnitudines se tangunt sine actione & passione naturali. sic lineam cōtingere superficiē: & circulū circulū: spherā spherā libro sexto supra dictū est. DIS. Phisicus aūt tactus quorū est? MAG. Eorum quorū diuisis magnitudinibus ultima simul sunt / ipsis existentibus actiuis & passiuis adinuicem. ut cū ignis tangit lignū. Indiuisibile aūt per hoc ꝙ adiectū est diuisis magnitudinibus excludit. hic tactus in actione naturali & uniuoca requirit. DIS. Virtualē quē dicis? MAG. Contactū nō magnitudinū/ sed qualitatū & virtutū/ eorū q̄ ad se agunt & patiuntur. ut cū magnes attrahit ferrū & generaliter quo agens supra passum habet virtutē. hic inter omnia mouentia & mota necessarius est. Cū

Margin notes: Altabilia. / actio ęquiuoca / uniuoca / reflexa. / tactus mathematic⁹ / phisicus / virtualis.

autē tristiciam nos tetigisse dicimus/ methaphorice de tactu loquimur. Quoniam vero nōnunq̄ mutua actiōe & passione alterabiliū/ tertiū quoddam generat aut corrumpitur/ generationis & corruptionis conditiones latius discutere fortasse nō erit omnino superuacaneum.

De Generatione & Corruptione: quomodo differunt a Creatione & Annihilatione. insuper/ qd generatio simpliciter/ secundū quid: statim/ & non statim. & si in eodem cōposito possint esse plures formę substantiales Capi. Tricesimū.iij.

DIS Generationē mutationē a non esse ad esse: & Corruptionem ab esse ad nō eē libro secūdo supra definieras. MAG. probe. Hic autem eadē repetenda censui: ut planiora fiant. Nō enī intelligēdū est vel generationem a simpliciter non esse incipi: vel etiā corruptiōem ad purū nihil terminari: quorū primum creationi: secundū aūt annihilationi deputatum est. ut aūt quod volo enucleatius accipias duplicem Generatiōem ab Aristotele distinctā prosequamur. Prima est generatio simpliciter: altera s̄m quid. DIS. Generatio simpliciter quę est? MAG. Generatio substantię. p hanc nēpe aliquid vel simpliciter esse incipit quod prius non erat: vel quia p eam forma substātialis acquiritur: a qua res simpliciter & sine addito denominat. Simpliciter enī dicitur quod sine addito dicit. ut cū ex aere generat ignis. Corruptio autē simpliciter est per quā tale esse vel forma substantialis deperdit. ut cū ignis in aerem corrūpit. DIS Generatio s̄m quid q̄ est? MAG. Generatio accidētis: quod subiecto in quo generat dat esse/ non quidē simpliciter sed tale/ & ip̄m cū addito denominat. ut calor via alteratiōis in aquā introductus/ dat aquę nō esse aqueū/ sed calidū: nec dicit aqua genita simpliciter/ sed aqua calefacta: accidens aūt quod hac generatione producitur esse simpliciter accipit: quia quod nō erat generat: habet enim esse distinctū a b esse sui subiecti: sed via naturę extra ip̄m nec consistit nec generat: ideo nō esse sed inesse dicit. Per oppositum de corruptione s̄m quid sentiendum est. Generatio vero simpliciter dicta rursus bifarie scindit. Quædā ē enī p quā in primā materiā substantialis forma statī introducit. Et corruptōe opposita: oīs forma usq̄ ad materiā primam rursus sepat. Hāc Aristoteles ab alteratōe distinguēs ait. Gn̄atio ē mutatio hui⁹ toti⁹ in hoc totū nullo sensibili manēte eodē ut subiecto. ut cū ex aere fit ignis: totus aer in totū ignē transmutat. accipiēdo totum kathegrematice/ nō aūt synkathegrematice. nō enī q̄libet ps aeris i q̄libet ptē ignis cōuertit: manet eadē eadē materia prima q̄ pri⁹ erat sub forma aeris: nūc sub forma ignis: sed hec sensibil' nō est: ut altera descriptionis pticula explicat. Cum igit materia via naturę sine formis eē nō possit: necesse ē ut corruptionem uni⁹ gn̄atio alteri⁹ subsequat. Hic dici solet generatio unius est corruptio alteri⁹; non quidem effectiue sed

Aristotel'

Gn̄atio simplicit

simplicit. quid

corruptio simplicit

Gn̄atio s̄m quid

accn̄s non est sed inē

Gn̄atio statim

consecutiue. Tali circulatione Peripatetici mundũ perpetuare conãtur/ motus coelestis presupposita perpetuitate. de qua hic differendi locus ñ est. Alia est generatio simpliciter qua forma substantialis non statim in materiã primã inducit: sed in cõpositũ ex materia prima & forma substãtiali cõmuniore. ut cum aĩa corpori phisico & organico unitur. Similiter corruptio huius nõ statim usq; ad materiã primã procẽditur. Forma autẽ cadaueris que in recessu anime in corpore reperitur/ nõ essentialis sed accidentalis est: sub qua corpus in ulteriorẽ incinerationẽ cõtinuo tendit. Patet itaq; differentia generationũ ex parte subiectorũ & terminorũ. Subiectũ em generationis simpliciter & statim/ materia prima est: subiectum aũt generationis simpliciter nõ statim/ similiter & generationis secundũ quid cõpositum est. Rursus terminus partialis generationis simpliciter/ forma substantialis est: & terminus totalis totũ cõpositum substantiale. Materia autẽ non generatur terminatiue sed subiectiue. Terminus autem partialis generationis scd'm qd (q̃ Alteratio dicitur) est forma accidentalis: totalis vero terminus est cõpositũ ex subiecto & accidente tali. DIS. Contine paulisper. nã si per generationẽ nõ statim forma substantialis in cõpositum substantiale inducitur: eadem res duo esse substãtialia: sicut & duas formas habebit: q̃d scurruli ioco simillimũ esse videtur. MAG. Mordacius instas: sed nodũ tue argumẽtationis tuipse solues si distinctionẽ formarũ & esse animaduertere dignaberis. DIS. Auscultabo q̃ diligenter. MAG. Formarũ substantialium quedam generica est: quã corporeitatis dicunt dans esse substantiale corporeũ genericũ & incõpletum: per quã res nullius speciei specialissime indiuiduũ constituitur. ut corpus organicũ ante anime aduentum substantia corpoera est/ & ut quibusdam placet sensitiua: & sic animal: sed nec homo/ asinus/ leo &c de alijs speciebus animalis. Alia est forma substantialis specifica dans esse substantiale specificũ cõpletũ: p quã & res certe speciei specialissime ascribitur. ut anima rationalis aduenies corpori organico ipsum humane speciei subijcit. DIS. unius ergo cõpositi plures formas substantiales esse astruis: a quarũ ultima tantum esse completũ specificũ & ab alijs distinctũ accipit. MAG. Id ipsũ dicere volebam. Hec autẽ forma generica/ quã & corporeitatis formã aiunt partiales formas partiũ: ut puta sanguinis ossis carnis & similiũ cõplecti videtur: & in solo cõposito animato reperitur. DIS. Eam negare amplius haud rationi consentaneũ videtur. Idem nempe corpus animalis quod erat viuo: etiã post anime discessum video. magis autẽ hanc identitatem ex accidentibus eisdẽ q̃ viuo inerant: & iã quoq; manent deprehendo. ut puta cicatricẽ eandẽ nec illa materie prime ĩmediatius inherere facile crediderim: ne vel cõpositioni prime/ secundã preferamus: aut substantiã non omnino accidenti priorẽ fateamur. MAG. Pluribus hec posito argumẽtis tũ natalib⁹ tũ theologicis obfirmari posset. Terminũ equidẽ transubstantiationis in altaris sacramẽto materiã pmã/ aut etiã accidentibus solum affectam: quis tute affirmabit? Quis idem corpus

Generatõ nõ statim

Forma cadaueris

Forma generica

forma specifica

christi quod assumpsit de gloriosa Maria virgine: quod pepẽdit in cruce: iacuit in sepulchro: & ad dexterã patris cõscendit cõtra adeterminatõem sanctę matris ecclesię negabit, c. omĩa cũ sequentib⁹. de cõse di. 2. Verũ tamẽ quia in pte aduersa defensores sunt acerrimi cũ quibus nõ hic confligendi locus est / quod restat Theologię reseruantes: unde digressi sumus celeri⁹ reuertamur. DIS. optime nã supest quod fortius me angit cui⁹ determinatõi hic locus cõuenientissim⁹ videtur. MAG age paucis edicito quod habes.

de cõse. di. 2. c. omĩa

Vnde formę producantur: opiniones diuersę & quid intersit inter creare: & actionem naturę Capitulum. xxxiiij.

DIS. X quo / a quo / aut quãta sit mora inductiõis formę substantialis: nõ dum ex dictis colligere possum. MAG Amplissimũ hui⁹ dubietatis cãpum lustrare operosum ẽ in quo nimirũ multorũ philosophorũ agmina diuerso calle incedere cõspiciunt. primo occurrit latonicorũ caterua asserens ab intelligentijs oĩm formas descendere: & sẽm merita & dispositões materię / alijs nobiliores / alijs imperfectiores infundi. Hinc sumũ deorũ ad cõditorios deos siue intelligentias loquentẽ inducit: Horũ sementẽ ego faciã vobisq; tradã. vos aũt exequi par est. Hinc & in libro causarũ dictũ aiunt. Omĩs intelligentia ẽ plena formis. quod tamen de speciebus rerũ ipis cõcreatis accipit ex eo quod ibidem sequit. Ex Intelligentijs sunt q̃ cõtinent formas minus uſes: & ex eis sunt q̃ cõtinent formas plus uſes Rursus aũt ad formas uſes separatas / q̃s cõcedit ppetuas & principiũ sciẽ & generatõis / cęteræ formę ĩ generatis fieri habent: sicut calcei formanẽ ad paradigma ligneũ / quod tamen extra calcei essentiã manet. hoc est quod aiunt uſe ante rem. formę aũt materię impręsse uniuersale sunt ĩ re: a qb⁹ tertiũ p abstractõem accipitur quod uniuersale post rem appellari solet. Vlterius pgredientes adueniunt qui formas omnes in materia latitare / & actione efficientiũ causarum in ppatulum pdire autumant: ad hunc sensum Anaxagorã / quodlibet esse in quolibet scripsisse aiunt: quãuis & id habere videatur longe pgnantiorẽ intellectũ quem hic relatum iri locus non est. Sequunt q nõ oĩm formas in singulis latere / sed singulas in singulis non quidem inesse expleto / sed in rõnibus seminalibus esse fatentur. Id fortasse non omĩno extraneum erit ab his quæ diuus Augustinus libro. 3. de Trinitate disseruit dicẽs: Oĩm quippe rerũ quæ corporaliter visibiliterq; nascuntur / occulta quædam semina in istis corporeis mundi hui⁹ elementis latent. Et paulopost. Q uoniã quæcunq; nascendo ad oculos nostros exeunt / ex occultis seminibus accipiunt pgrediendi primordia: & incrementa debitę magnitudinis: distinctionesq; formarum ab originalibus tãquã regulis sumunt. Et sup Gẽn. ad litterã li. 5. & 6. late eãdẽ sententiã explicuit. & nos li. sequẽti cũ de origine rerum agendum venit hæc diffusius tractabimus. His a tergo sequuntur / qui quidem ra-

unde formę pducuntur

Opinio platonis

li. cãrũ ppositõe. 9

Vſe in re p. st rem & ante rẽ

Opinio Anaxagore

tertia opinio

Augu. de tri. li. 3. 28

idẽ li 5. & 6. sup. ge.

Quarta opinio

tiones seminales inanimatis concedunt: sed nec ex illis/aut eorundē formis/generati formã nasci admittunt: necessarias autem esse ut materiam disponant & ad recipiendam determinatã formã abilitent: quod in cęteris quæ anima carēt necessarium non est: cum ex natura sua ad unã & eiusdem speciei formã introducendã coartata sint. Sed nec hic de aĩatis tractatũ imiscere expedit. Cõmunē sententiam Peripateticoꝝ teneamus: qui formas naturales/per agentia naturalia de materię potentia educi affirmant. DIS. Ex materia igitur fit forma: aut ex alio quod in materia pexistit? MAG. Ex materia fieri formam/conditiões principiorum prohibent: & simplicitas formę. DIS. Ex alio igit in exñti generantur. MAG. id omĩno inficiari nõ possunt/qui de formaꝝ inchoatione sentiunt. Cęteri vero nec ex præexistenti aliquo formę essentiam concedunt. DIS. Ex nihilo igitur est. MAG. ad sensum illuꝫ quia non aliqua res est pręexistens formę essentiam integrans: nec ob id creari dicetur (quod non agenti naturali/sed soli deo apropriatur. uti Augustinus loco quo supra deducit) Hoc eñ inter actiõem naturalem & creatõem inter esse videtur: quantum ad p̃sens sufficit: ut illa sine subiecta materia in qua fiat esse non possit: hæc autem nullo pręsupposito fit ab eo qui simul omnia cũ non essent oriri iussit. Educere igit formaꝫ de potẽtia materię: est ĩ ęducẽdo materiam formę receptiuam pręexigere. Sed hoc problema relinquentes q̃ restant sub breuitate pcurram⁹.

Opinio Aristotelica

idẽ. c. 8 & 9

Creare & actio natę

Si generatio possit dici proprie motus. Et si introductio formę substantialis sit successiua: aut forma gradibus essentialibus distincta Capitulum. xxxv.

DIS. Ondum si vel instantanee aut successiue/formæ fiat inductio siue ęductio dissoluisti. MAG. Rursus operosam rem aggredi conaris: non attendens quia ad finẽ non pueniť/qui omnes q̃ conspicit sequit calles. celerius igitur quod q̃ris discutiam⁹. DIS. probe. MAG. Qui formaꝝ substãtialiũ esse ĩ indiuisibili cõstituũt eas simul totas subito generari fateanť necesse est: nisi recipientis vel agentis diuersa cõditio/morã causet. Alteratiões tamen p̃uias & dispositiuas/successiuas omnes cõcedunt. positiõis hui⁹ argumentũ ex eo sumitur: q substãtia mag⁹ & min⁹ nõ suscipit: sꝫm traditõem Aristoteľ in kathegorijs. Et Porphirius: Esse inquit uniuscuiusq; est idem: nec intensionem nec remissionẽ suscipiens. Præter hos sunt nõ cõtemnendę auctoritatis phĩ & Theologi: qui formas substantiales in esse quidẽ quidditatiuo indiuisibiles astruunt: nam ut sicut numer⁹ assimilantur octauo Methaphisicę rerum species: sicut eñ numeroꝝ species per adiectionem unitatis variantur. ut de ternario fit quaternarius adiecta unitate. sic rerum quidditates per additõem alicuius quod potest esse pars quidditatis speciem mutant, ut rationalitas aduenìens animali/de gen

Formarũ substãtialium inductio siue generatio

Aristote Porphiri

re facit speciem specialissimã sc3 hominem. In esse autẽ indiuiduali formis graduũ latitudinẽ assignant: sẽm quos ĩpas magis & minus suscipe paliũ est. Id Auerrois de formis elementorũ cõcessit li. 2. de cœlo & mundo. Idem articul⁹ quondã Parisi⁹ cõdemnat⁹ habere videt. cui⁹ tenor ẽ talis. Itẽ ꝙ incõueniens est ponere aliqs intellectus nobiliores aliis: qa cum illa diuersita: nõ possit esse ex pte corporũ/oportet ꝙ sit ex pte Intelligentiarũ: & sic animę nobiles & ignobiles essent necessario diuersarũ specierũ sicut intelligencię: error: quia sic anima christi nõ esset nobilior anima Iudę. Hanc pfectiõem primę positõis defensores/ nõ in substantialibus: sed accidentalib⁹/ saltem spiritualibus & cõnaturalib⁹ intelligendã aiunt: sed cũ hę pfectiones quãtæcunq; fuerint diuersarum specierũ animas reddere non possint: articulũ de talibus nõ esse positum ex tenore ĩpius manifestũ est. Quod vero in pbatione graduum substãtialiũ in mediũ fertur (quia cũ quilibet gradus aĩę esset anima / in uno hoĩe essent aĩæ multę volũtates multæ: quarũ una mereri/ altera simul demereri posset iã) facillime ex his q̃ Schott⁹ habet li. i. di. 17. q. ultima dissoluet. ubi ait gradũ indiuidualẽ nec esse quidditatẽ: nec ptẽ quidditatis/sicut nec differẽtia indiuidualis & q̃cũq; cõditio indiuidualis manifestat hoc in ternario cuius si una unitas intenderet/sẽm aliquem gradũ indiuidualẽ ternari⁹ augmentaret: non aũt mutaretur spẽs nec plurificarent unitates. Nõ igit gradus res est/ea cui⁹ est: sed realitas eiusdẽ: sicut nec differẽtia indiuidualis. Nõ igit ab re determinatũ est p articulũ pmissũ/eos errare q gradus huiuscemodi id cui adueniũt in aliam speciem trãsferre opinati sunt. DIS. Sicut ergo ioannẽ nõ duos hoĩes dicimus: pper naturã specificã & gradũ indiuidualẽ: sic nec unã substantiã plurificari intelligendũ est: pper plures gradus pfectionales. MAG. etiã. sed in illis hoc intẽ: ꝙ drĩa ĩdiuidual ɔtrahit naturã ad esse hoc: gradus aũt indiuidualis eã pficit. Et tã differẽtia indiuidualis quã etiã gradus unũ p se cũ natura ɔstituit. Sed hæc enucleati⁹ discutiẽda relinq̃m⁹ his q in pria phĩa ingenia hñt exercitata. DIS. facile ego graduũ latitudinẽ in formis etiã substãtialib⁹ crediderẽ: cũ cuncta in nũero/pondere & mẽsura creata sacris ẽloquiis pditũ sit. MAG. Cõmodissimũ affers testimoniũ. Sic eñ nũerus/põdus & mẽsura in singulis librat a Dũe ut nec duo oĩo eq̃lia repiri possint. DIS. ad opposita: de susceptione: magis & minus. Itẽ de intensione & remissione ẽe rerũ/ex dictis sufficiẽter mĩsum ẽ. formarũ simplicitatẽ obiicere volebam: nisi q̃ in principio hui⁹ c. de forma digesta sũt: meõria exhibuisset ɔtuẽda. Sed nõ dũ q̃d q̃rebã de mora inductõis formę substãtialis manifestũ ẽ. MA. verũ q dẽ: nã id etiã apud eos: q grad⁹ cõcedũt in dubiũ versũ ẽ pferri si huiusce inductio fiat ab agẽte naturali: nã virtutẽ diuinã has formas inducere ĩ instãti palã est: cũ oẽs cãę successiõis ex defectu agẽtis cõtingãt: q ĩ deo locum nõ habet. Sic Schottus formam corpis in resurrectione nouissimę diei virtute diuina in instanti induci ɔcessit. de eo aũt q̃d tu inq̃ris ita ait. si forma substãtialis posset successiue induci (q̃d aliqui negãt)

Auerrois

Schottus

Formarũ substantialiũ ĩductõ fit in instanti.

Schottus li. 4 di. 43 q. 5.

DIS. Nū iam dictum est: causas successionis principalius accidere propter agentis defectum? MAG. Et adde propter partes formę inducēdę aut subiecti recipientis: quarū una prius recipit formam quam alia. DIS. placet. Cum igitur in formis sint partes graduales: nihil prohibebit/ agens naturale debilius/huiusce formas inducere successiue. MAG. illo cōcesso/quid inferre conaris? DIS. Generationem & corruptionem esse motus. in his em̄ est sufficiens cōtrarietas. ut visū est. & termi⁹ partibiliter/ & successiue acq̄sibilis ex iam illatis: quid igit̄ obstat quo minus motus dici possunt? MAG. Id quod Aristoteles quinto Phisicorū adiecit dicens. motum esse a subiecto in subiectū: gn̄atiōē aūt a nō subiecto/& corruptionē ad non subiectum. DIS. memini id in prioribus ventilatū esse: verūtamē nec hoc omnē generationē & corruptionē a motu separabit. MAG. Quā non? DIS. Generationē & corruptionem non statim: in quibus uterq; terminorū est subiectum/id est ens ex materia & forma cōpositum. ut videre est in generatōne & corruptione asini: si anima eius ab agente naturali induceretur. MAG. dum singula limatius perquirere conaris / nos in processu pręter epitomatis leges tardas. facile aūt tibi indultum iri/percupidus tuus sciendi animus persuadet. DIS. Ceteris igitur postergatis: tempus videamus. nam & illud motus naturam consequi promissorum ordo testatur.

Margin: Si gn̄atio & corruptio, pprie sunt mot⁹ — Aristoteles

Tempus/ si sit motus / vel res alia: per opiniones multas ventilatur. Capi. xxxvi. MAG.

Motus rerum/ tempus consequi/ diuus Augustinus. li. 12 cōfessionum insinuat dicens. Rerum mutationibus fiunt tempora: dū variantur & vertuntur species. Sed circa explicatiōem entitatis temporis multorū desudauere ingenia. Quidam namq; tempus primū mobile dicebant. contra quos Aristoteles libro. 4. Phisicorum aiebat. dicere tempus esse ultimam spheram stultius est quam de tempore considerare inpossibilia. Cū em̄ ultima sphera substantia sit pmanens cuius omnes partes simul actu existunt: tempus esse nequit/cuius esse successiuum est/omnes partes simul actu non admittens. Fuere plures alij non minus a tramite Philosophię exorbitantes: quorū positiōes silentio trāsire libet. eorū aūt qui secundum Philosophiam locuti sunt de tempore Quidā ipum rem absolutam & successiuā de genere quātitatis astruūt cum & Aristoteles tempus per se quantitatē. li. quinto methaphisicę dicat. Alij tempus quidē rem realem & successiuā cōcedunt / sed ab entitate motus realiter nō diuidunt. Vnde & auerrois. 4. Phisicorū. Motus diuisus per duo instantia tempus est. Aristoteles aūt nōnullis rationibus probare conatus est tempus nō esse motū. & Aurelius. li. xi. cōfessionū. Nemo inquit mihi dicat cęlestiū corporū motus/esse tempora. Inter has cōfligentiū turmas/ tertij se se interponentes subtili distinctione/ & tempus esse quantitatē /& motū saluant: & quid ultra addat ostendunt. Est aūt distinctio hęc: ut paucis me absoluā. Motus accipi potest primo ma

Margin: Aug⁹ li. 12. cōfessi. — opiniōes de tēpore — Aristoteles — Auerrois — Augusti. li. 11. cōfess. — temp⁹ nō est motus

terialiter pro forma fluente partibiliter acquisibili. sic est in eodem gene re cũ termino ad quẽ motus. Secundo accipi solet formaliter pro trans mutatiõe successiua de genere passionis. Tertio accipi potest pro succes sione siue duratione: siue pro quantitate successiua transmutationis pas siue. assimilatur aũt hęc quantitas lineę in hoc q̧ solum in longitudinis extensione diuiditur. Hãc ipsam quantitatẽ/ a Philosopho quinto me thaphisicę tempus appellatam volunt. hanc etiam Auerrois per duo in stantia diuisam/ tempus affirmat. Manifestũ itaq̧ ex his/ tempus a mo tu primo & secundo/ realiter distare: & cum ipso tertio modo accepto in idem conuenire. Qui aũt tempus omnĩo cum motu coire contendunt: sicut duplicem motum uniuersalem sc; qui est primi mobilis & particu larẽ aliarum rerum: sic & tempus uniuersale & particulare diuidunt. Sic ẽm tempus dicit duratõem motus intrinsecã cuiuslibet formæ in mora exi stẽtis. & ut Augustini sententiã cum reuerentia (ut decens est) declinẽt: addunt tempus uniuersale/non esse motum particularem: nec econuer so tempus particulare motum uniuersalẽ. unde Augustinus ubi supra. Cessante motu cœli/rotam figuli moueri/longas breuesq̧ syllabas pferri posse/& horum gyros: & sonos tempore metiri astruit. Et ibidẽ cui9 dam voto cum sol stetisset & victor Iosue preliũ pageret: sol stabat: sed tempus ibat: per suum quippe spacium temporis/quod ei sufficeret illa pugna gesta atq̧ finita est. Sunt tamẽ qui tempus ultra entitatem mot9 nihil pręter ratõem mensuræ addere intelligunt: & particulares motus uniuersali stante/non tempore actuali (quod utiq̧ tunc non est) sed po tentiali/sicut & cœli quietem dimetiri posse asseuerant. DIS. Singu las quas de tempore opiniones commemorasti/ alta mente reposui: te autem cuinam harum assentire/aut quam rem tempus dicere velis hiã ter expecto. MAG. Augustinus: cum esset tanta acrimonia ingenij preditus: ut omnes liberales artes: nullo hominum tradente intellgeret ut in quarto confessionum libro de seipso refert: ęnigma hoc enodare cupiens: ibidem libro undecimo: in hæc verba prorupit. Tempus si ne mo ex me quærat scio: si quęrenti explicare velim nescio. Nouit nimi/ rum extensionem quandam esse tempus: sed qualis cuiusue entis es/ set sufficienter explicare non potuit. Hinc rursus ait. Exarsit animus me us nosse istud implicatissimum ęnigma: Et iterum. Confiteor tibi do mine/me ignorare adhuc quid sit tempus. libet itaq̧ magis idem cũ eo dem replicare/quã aliquid temere affirmare: nam si in superficie verbo rum veritas comprobãda esset quælibet pręmissarum positionũ defendi: & ad alterius obiecta posset responderi. At vero si tempus scd̃m cõple tã rationẽ sine anima possit cõsistere: ex definitiõe eiusdẽ manifestũ erit.

Margin notes: motus duplicit acci pitur — Aristotel — Motus Vniversalis, particularis — idẽ ĩ eodẽ — Iosue. 10. — Augusti9

Definitio temporis explicatur. numerus triplex distinguitur. quomodo tẽpus motũ mensurat. & si tp̃us sine aĩa esse possit Ca. xxxvij. DIS.

tempus

Numer⁹ triplex

Anc igitur quãtoti⁹ exponas. Tpus ut Aristoteles aiebat: est numerus motus secundũ prius & posterius. Numerus autem in triplici differentia describitur. Est em̃ numerus quidam numerãs & est anima. Numerus quo numeramus: ut binarius: ternarius. &c. & numerus numeratus: & sunt res quas numerãus. ut lapides aut boues. Hic rursus si notus fuerit/poterit & alia numerare siue metiri/saltem reduplicatiue. ut pars baculi numerata & ulna facta/ aliquotiẽs replicata/ totam ignoti alicuius panni quantitatẽ notificat: numerat & mensurat

tpus motum mensurat

Sic tempus si numeratũ fuerit/ motũ mensurat. ut si scire volueris quãtus sit motus/ quo codicem aliquẽ legendo transcurrere possis: ipsum parti temporis notę/ utputa horę applicas: qua aliquotiens repetita/ totum lectionis motũ deprehendis. DIS. palam loqueris. Sed tempus a quo mensurat & notificatur? MAG. Tempus inquiunt/ a suis partibus quę sunt prius & posterius & nũc iterato notũ fit: prius aũt & posterius in tempore sunt a priore & posteriore in motu: quę rursus sunt a priore & posteriore magnitudinis & mobilis. Verũtamẽ cũ prius & posterius sine discretiõe esse nõ possint: omnis aũt discretio numerum

tpus sine aĩa nõ est

includit/ & ab anima est/ ipsa quoq; sine anima esse nõ posse necesse est discernere equidẽ est diuersa videre: & unũ nõ esse aliud cognoscere. Hic & Aristoteles tempus sine anima non esse argumentatur. Idem & diuus Augustinus sentire videtur. sed hęc missa facientes/alia percurramus.

discernere Aristote. Augusti.

De nũc tpis q̃d sit: si unũ tm̃ ĩ toto tpe sit C.xxxviij. D.

Nunc

Estat ut quid per nunc temporis insinuare velis edoceas. MA Nũc siue instans temporis inquit Aristoteles. Est mensura eius quod fertur/secundũ q͏̃ fertur. Id est. nũc est mẽsura mutati esse in motu mobilis. Sicut. n. totus motus/ toto tempore metitur: sic indiuisibile motus quod est mutatũ esse/indiuisibile temporis notificatur.

Aristote.

nũc nõ est ps tpis

DIS. Nunc igitur cũ indiuisibile sit pars temporis esse nequit: ex his q̃ de natura cõtinuoꝝ digesta sunt. Silr & mutatũ esse pars motus nõ est MAG. Scite. unde sicut punctus in linea: ita nũc in tempore: & mutatũ esse in motu sunt. DIS. Infinita igitur sunt? MAG. eo modo quo supra. DIS. Quomõ ergo accipiendũ erit/ q̃d Aristotelẽ unũ & idem nunc secundũ substantiã/sola ratiõe differens in tempore probare conatum aiunt? MAG. Fortasse eo sensu: ut unũquodq; nũc de pluribus cõsideratũ secundũ se/ idem sit in substantia: cõsideratũ vero ad partes tẽporis/ p̄tam sc3 & futurã quas cõtinuat/ratiõe distinguit. alia em̃ ratõe est finis p̄teriti/alia initiũ futuri. sic & de mutato esse in motu. DI. Nũ & id sustineri posset/ q̃d dicũt nũc unũ & idem suo fluxu in ꝯtinuũ/causare tẽpus? MAG. nequaq;. Sicut nec ex fluxu pũcti in longũ linea: nec ex fluxu linee in latũ sup̄ficies: nec ex fluxu sup̄ficiei in ꝓfundũ corp⁹ gn̄erat: ꝯtinua em̃ ex ĩdiuisibilib⁹ esse nõ p̄nt. attamẽ illis ĩaginationi⁹ mãuduci ꝯsueuerũt ea ĩgenia q̃ mathematicas ẽtitates ĩtelligere nequnt.

De euo & eternitate. Capi. tricesimũ nonũ. MAG.

Reter tempus aūt (q̄d est mēsura motuū: & eorꝫ: q̄ dum actu manent habent existentiam variabilē) ponitur ęuū q̄d est mensura eorum que dum actu manent habent existentiam inuariabilem: aut saltem nō variatam. sicut sunt angeli & intellectōnes eorundē: & ceterę substantię creatę. At vero ęuum realiter ab angelo non distinguitur nec nūc ęui: ab ęuo realiter separatur. Est & tertium quod soli deo attribuitur: & ęternitas dici solet. DIS. ęternitas quid est? MAG. ęternitas (ut inquit Boetius. li. quinto phīcę consolationis prosa sexta) est interminabilis uitę tota simul & perfecta possessio. dicitur autē perfecta possessio: ut excludat dependentiā & participationē. omnīo em̄ Deus independens est nullius pticeps: de cuius plenitudine omnes accepimus. & additur tota simul. ut successionē semoueat. Successio nempe in eo locum habere nequit: qui semp est: nunq̄ defuit: nec aliquādo deerit: apud quem etiā ut Iacobus testat̄ nō est trāsmutatio nec vicissitudinis obumbratio. de eo aūt secundū nos (inqt Aureli⁹) bn̄ dicit̄ fuit: quia nūq̄ defuit. erit: qa nūq̄ deerit: est: qa semp est. un̄ sequit̄ i definitiōe vitę intermīnabilis. sol⁹ em̄ (ut inqt Aplus) Deus habet īmortalitatē. sed de his tractatū uberiorē theologię reseruare æquū est. DIS breui igit̄ sꝫmōe locū pcurrāus: quē int̄ ea q̄ ad motū cōcurrūt ultīo ordīe cōmemorabas.

[margin: æuum; Eternitas; Boetius; Io. primo; Iacobi. 1.; Augustī⁹ sup Ioan.; 1. Thi. 5.]

De Loco & eius speciebus. de Vacuo. quō corpalia in loco sint. & si idē corpus simul esse possit in diuersis locis: aut duo corpa in eodē loco. Capitulū. xl.

MA. Locum Aristoteles definiens ait. Est ultima superficies corporis continentis īmobilis primum. ut est superficies cōcaua aeris circumdantis me. & hęc quidē est locus materialis. Formalis aūt est respectus fundatus in locante & termīatus ad locatū. quēadmodū in kathegorijs de ubi visum est. DIS. Immobilitē aūt loci qualē ītelligis? MAG. Eam q̄ motui locali opponit̄. Si em̄ locus moueretur localiter p se vel per accn̄s: ipsius esset alius locus: & rursus illius alius in infinitū. Insup & qescens moueret̄: cū circa ipm locus localiter mutaret̄. moueri em̄ localiter est successiue aliū & aliū locū habere. mobilis tn̄ est locus corruptiue p accn̄s rōne subiecti. verūtamē q succedit est idē priori: nō p realē idēptitatē: sed ęqualētiā p cōpationē ad motū localē. sic fit ut q localit̄ est īmobilis: scd̄m ęqualētiā est etiā īcorruptibilis. DIS. loci si q̄ sint spēs subiūgito. MA. loc⁹ in ppīm & cōēꝫ diuidit̄. D. ppri⁹ qs est? MA. q sꝫm se & nō rōne alic⁹ cōtēti in eo cōtinet tm̄ unū locatū cui adeqt⁹ est. ut supficies aeris circūdātis me. D adeqtū cur dicis: cū locās nęcio locato mai⁹ sit? M. corp⁹ locās qdē mai⁹ est locato: nō aūt supficies locātis q loc⁹ dicit̄. hec em̄ cū spissitudīeꝫ nō hēat: addita locato mai⁹ nō facit. D. loc⁹ cōis q est? M. q cōtīet locata pla nō sꝫm se sꝫ rōe locorꝫ p priorꝫ in eo cōtētorꝫ. sic cęli ultīa supficies loc⁹ est oīm. verūtn̄ diuersitatē quō corpeendi in loco nullaten⁹ silētio pterire oportet. nō em̄ oīꝫ idē est mod⁹ essendi i loco: alit̄ em̄ corpalia alit̄ spūalia ī loco dicim⁹. D. corpalia qlit̄ in loco

[margin: Aristote.; Locus.; locus proprius.; Locus cōmunis]

MAG. Circũscriptiue siue cõmensuratiue: talia equidem cum quanta sint / ita a superficie similiter quanta corporis locantis circumscribũtur ut totũ locatũ / toti loco cõmensuretur nec tamen totũ cuilibet parti: sed pars locati / parti loci. ita determinate ut (sicut diximus) locus locato sit ęqualis. Quia vero locata corpa naturalia sunt / in locũ ꝓpriũ natura liter ferunt / in quo & quiescunt & conseruant / ob virtutẽ quandã natu ralibus locis a cœlesti harmonia insitam: in aliena aũt loca / nõ nisi cum violentia mouentur / & detinentur. plana sunt hęc in grauibus & leuib⁹ quorꝫ alterꝫ naturaliter deorsum / sursum alterum fertur. DIS Num corpus huiuscemodi sine loco esse posset: aut loc⁹ sine corpe? MAG posset utiqꝫ virtute diuina / si deus aliquod taliũ extra cœlũ crearet: ubi locus nõ est: aut in cœlo annihilato aliquo corpore / spacium vacuũ reli queret: Vacuũ eñ dicit locus nõ repletus corpore: aptus tamen repleri id natura creata tantum abhorret: ut grauia sursum ferri cõcedat: ne va cuum fiat. patet in aquęductibus. Sic & in clypsedra superiore foramĩe obstructo aqua ꝑ inferiora nõ eff luit / sed suspensa detinetur donec aer superiore aperto foramine subeat & locum aquę repleat. DIS ita esse experientia didici. Sed dic quæso: unum ne corpus pluribus in locis eẽ potest? MAG. Imaginatõ quæ locum & locatũ facile segregare neqꝫ cõtrarium clamitat: quod etiã multi astruere conati sunt. doctus autẽ Hugo de sancto Victore li. de sacramẽtis parte octaua. c. 2 id omĩpoten tię dei non adimit dicens. Qui fęcit ut unũ corpus esset in uno loco / fę cit quomõ voluit: & si aliter voluisset: aliter facere potuisset. Ratões hu iuscemodi possibilitatem ꝓbantes si libet a Schotto li. 4 di x. requiras. nonnulli etiam quod de sancto Ambrosio legitur in testimoniũ assu munt: qui dũ Mediolani sacris altaribus assisteret: simul etiam se Turo ne exequijs. S. martini interfuisse testatus est. DIS. dificillimum hoc videtur intellectu: simul eñ tale corpus in uno loco calefieret in alio fri gefieret: in uno cibaretur in alio esuriret: in uno sanũ persisteret: in alio ęgrotaret / in uno viueret: in alio deniqꝫ moreretur: in uno cõburi pos set / in alio saluari. Sic si alimentũ diuersis simul in locis esset: simul ab homine: & cane sumeretur: simulqꝫ forma homĩs & canis informaret: quæ omnia quã absurda sint nemo est qui nesciat. MAG Absurdis sima sunt: sed ad positõem eiusdem in diuersis locis mĩme sequunt: pri us quippe essentialiter ad variatõem posterioris non mutatur. Quęcũ qꝫ igitur absoluta corpori adueniunt in hoc loco / eidem inerunt ipso si mul constituto in loco alio. unde si hic comedit alibi non esurit: si hic sa num est alibi non infirmatur: si hic viuit / alibi non moritur. & sic de alijs. Quod si contraria agentia in diuersis locis patitur utputa hic ig nem alibi frigus / idem fit ac si illa corpori in uno loco tantum existenti applicarentur: nam ab utroqꝫ patitur / nisi alterum alter fortitudine sua impedimento fiat. Sic pariformiter dicendum de alimento in diuersis locis ab homine & cane cõmesto: cuius eñ stomachus in digerendo for tior inuenitur plus de cõi alimento accipit: si ęqualiter sumunt: quęad/

vacuum quid sit

Hugo

Schottus

Locus naturalis / violentus

Extra celum locus non est.

Non unum corpus in pluribus locis esse posit:

modũ si duo stomachi in uno eodẽq; loco essent. DIS. illud ne possibile videt? MAG. possibile. Replere em locũ effectus est cõsequẽs dimẽsiones. affectus aũt cum alius sit a causa/poterit p diuinã poteriã auferri: causa manẽte: queadmodum scriptura testat factum in igne: qui proiectis in se tribus pueris nihil molestię intulit: neq; illos contristrauit quoniã quantũ ad illos deus calefaciendi vim suspendit/igne pmanente. unde idem ignis ministros regis quos reperit ante fornacem q eam incenderunt combussit. DIS. Scripturis assentior facillime: proferas igitur ex his testimoniũ de coexistentia duorum corporũ in eodem loco/satis factum mihi de hac re fatebor. MAG. Mariã virginẽ in partu & post partum/sicut & ante partum credis? DIS. nihil firmius.

Danielis

MAG. Simul igitur fuisse corpus Iesu paruuli & virginalis uteri parietes in natiuitate eius necessario credis. DIS. Firmiter. MA. Dominũ clauso sepulchro resurrexisse ecclesia fatetur & ex euangelio argui potest. Et cum sero clausę essent fores ubi erant discipuli congregati ppter metũ iudeorũ: intrauit ad eos Iesus & stetit ĩ medio eorũ: testat. Ioannes. DIS. Et huic fidẽ habeo. De locatiõe spũaliũ pauca subiũgas.

Ioan. 20

De mensuratione locali spũalium. Ca. xli. MA.

Spiritualia creata: q sunt spũs bti angelicę scz substãtię: aĩę hũanę & spũs desertores q sunt dyaboli /in loco sunt nõ circũscriptiue siue cõmẽsuratiue /cũ qtitatis dimẽsiões nullas habeãt: sed psentialiter & diffinitiue: p exhibitõem suę psentię. sic ibi/qd non alibi. Cũ em sint vtutis limitatę (qa creaturę) ubiq; esse nequeũt: nec in locis plurib sil nisi deo iubẽte & faciẽte. Vnde cũ angeli sunt in cœlo /nõ sunt in terra. ingt Damasce. li. 1. Nec põt angel esse in loco qtũcunq; magno: eo q nõ in infinito sed determĩato & finito: & fortasse in indiuisibili: nisi daretur ratio euidẽs: cur se psentẽ exhiberi possit diuisibili & nõ indiuisibili. DI. plures ne sil esse põt? MA. Ita Richardus qrto de Tri. habere videt: adducẽs qd in euãgelio legimus de obsesso p legiõem dæmonũ. Legio aũt cõtinet. 6666. Auctoritates si q angelo locũ negare videntur: intelligẽdę sunt de loco circũscriptiuo. Questiões cęteras cũ opiõibus multis nũc discutiendas nõ suscipim. De aĩa vo quõ insit corpi in sequẽtibus loco suo pandet. DI De increato aũt spũ quẽ deũ intelligim. qd astruis? Ma. Ob sui infinitatẽ ubiq; ẽ ipo testãte p Iheremiã Cœlũ & terrã ego ĩpleo. Et ppheta regius de ipo loquẽs ait. Si ascẽdero in cęlũ tu illic es: si descẽdero ĩ infernũ ades. & ut Apls Atheniẽsib ĩ cõtiõe dicebat. De nõ lõge ẽ ab unoq; nostrũ. In ipo. n. viuim & mouemur & sum. DI. Fortasse ñ mltũ ab hc vitate aberat Poeta cũ diceret Iouis oĩa plena. Ma. Nẽo sapiẽs gẽtiũ phõs oĩo a vitate alienos existimat. nã diu Aug li 4. de tri. c. 15. dicit nõnullos eorũ potuisse aciẽ mẽtis ultra oẽm creaturã trãsmittere: & lucẽ inzmutabil vitatis qtulacũq; ex pte otingere Sed de his alio loco: nos quod cepimus psequamur

Damasce.

Richard

hiere. c. 23

Act. c. 17.

Augusti

DI. pbe. Verũ ne hui libri ĩmoderatius pgrediat lõgitudo: qd reliquũ ẽ/ab alio volumĩe 2modi ordiemur. MA. ut iubes/presto sum.

Spũs definitiue sunt in loco.

Deus Repletiue ẽ in loco.

D



RERVM NATVRALIVM

Liber Nonus de origine rerum naturalium.

De difficnltate huius ptis phiẹ·Cap.i. DIS.

Iro breuitatis ordine dum naturam definis: definitionis partti- culas singulas: singula queq; (uti sponderas) rer naturaliu principia causas atq; elementa/insuper mutatiõis species/ & quæ ad has necessariẹ sunt temporis & loci conditiones: breuibus quidẽ sed pregnantibus sententijs explicasti. Nunc itaq; promissor ordo expostu lat ut ad modũ quo cũctæ uniuersi species in esse prodeant ac persistant: particularius descendas. MAG Omnium uniuersi specierum primor dia particularius describere/non est inuentionis humanæ: sed donũ ei⁹ q oĩa verbo ṽtutis suẹ ex nihilo creauit. Hoc donũ Sapiẽs se a Deo acce pisse cõmemorat dicens. Ipse enim dedit mih hor scientiam vera quæ sunt: ut sciã dispositiõe orbis terrar: & virtutes elemtor. initiũ & con suãtionẽ & medietatẽ tpm: vicissitudinũ pmutatões: & ↄsũatões tpm & morũ mutatiões: diuisiões tpm: anni cursus & stellar dispositiões: na- turas animaliũ & iras bestiar/vim vẽtor/& cogitatiões hoĩm: differẽ tias virgultor & viriutes radicũ. & q̃cunq; sunt abscõsa & ĩpuisa didici Sed unde didicerit ostendit dicens. Omniũ enim artifex docuit me sapiẽ tia. Qui vero id aggredi proprijs viribus conati sunt/defecere: & post labores innumeros non tam certa q̃ diuersa posteris legenda conscrip/ serunt: quor multitudo si in unum congesta fuerit/rudem animum de sperationis iaculo confossum/ inanem ieiunũ aridumq; retrocedere cõ- pellit. & dum alter alterius sententias aut veritatis amore (q̃d rarissimũ est) aut arrogantiẹ inuidiẹq; stimulis agitatus (q̃d plurimũ fieri solet) carpit: lectorem quẽ iuuare debuit/ab eo cognitionis gradu quẽ non si/ ne sudore conscenderat: deijcit. Fitq; ut nobiliores scientiæ aniliũ fabula rum numero supputatẹ/ professores suos non (ut olim) laudibus effe/ rant sed contumelia affectos deliros exhibeant. DIS Manifesta qui- dem hẹc. Sed nec mihi hor disceptationes curæ erunt si pauca haurire possum: quibus animũ meum simul & oblectare & ad altiora cõscendẽ- tem fulcire valeam. laborem igitur istũ subire haud graueris velim.

Sapiæ.7.

De origĩe/rõne/noĩe & nũero elemtor.c.ij MAG

Reator oĩm deus glosus volẽs res ab ẹterno cognitas pdire in es se/earundẽ unã in principio materiã informẽ creauiit: quã ut p̃ misim⁹ Moses terrã ĩanẽ & vacuã/abyssũ & aquã: Anaxagoras ṽo cha- os ↄfusu appellat. ex q̃ ut idẽ astruit diuino supueniẽte intellectu/q̃ttu/ or pdiere elemẽta: q̃ oĩm mixtor & qb⁹nũc agim⁹: materialia sunt prin cipia. ex his. n. mutua actõe nũc elemẽtor pres nũc mixtor diuersẹ spe cies ẹrũpunt Primũ aũt de illis: de istis ṽo posterius differendũ. pri⁹ aũt q̃ elemẽta & hor naturas ↄmemorare oportet. DI. Sane. MA. Ele- menti definitiõe a Phõ .5. metha. dilucidatã si attẽdim⁹: nõ mlta s unu tm̃ elemẽtu inuẽiẽ⁹. ait. n. Elemtu est ex q̃ aliqd componit primo ĩexi stente indiuisibili specie in aliam speciem. tale autem quid aliud est/ nisi prima omniũ materia? quæ cũ non sit ex specie hoc est forma: in speciẽ

Chaos

Aristo. 5. methaph.

Elementũ

id est formã diuidi nescit. Cętere definitõis partes li.1.c. de materia ęnõ datę sunt. Extento autem vocabulo quattuor sunt quę elementa vocãtur. Ignis Aer Aqua & Terra: quorum quodlibet in materiam & speciẽ siue formam resolui potest. Sunt em̃ eadẽ principia resolutionis quae & compositõis Hoꝝ in uniuerso ordinẽ distinctiõem naturasq̧ li. 7. cum de Astronomia nobis sermo esset explanauimus. Hic aũt ipa in q̃litatibus primis & secundis & cõicare & differre nosse operepreciũ est

Elementa q̃tuor sũt

De qualitatibus primis & secũdis Ca. iij.

DIS. Qualitates primę quę sunt? MAG in genere tangibiliũ (de quibus ap p̃sens sermo est) sunt calidum frigidũ humidũ & siccum. Haꝝ primę actiuę / reliquae vero passiuę dicunt / eo q̄ istę maioris actiuitatis & resistentiae minoris. Illę autem ecõtrario actiuitatis minoris & resistentiae sunt maioris. Omẽs tamẽ suo mõ & agunt & patiuntur. DIS. Si habes: harum descriptiones addas. MA. Calidum est quod homogenia / id est entia eiusdem naturę cõgregat & euterogenia: id est diuersaꝝ naturarũ entia segregat. Vnde si pugillus minerę auri igni tradatur actiõe caloris auri partes cõfluunt & ab his cupri portiones sepantur. Hui⁹ est materiã ad generatõem mouere. Frigidũ homogenia euterogeniis cõglutinat. unde hiemali tempe / lapidẽ terrã aquam lignũue in unũ congelata cõspicis. Huius est materiã morã in suis pfectionibus sistere. Humidũ termino ꝓprio male / alieno autẽ bene terminatur. unde aqua in terminis suis nõ quiescit sed donec continentis latera attingat fluit & his ex omni parte cõiungit. Hoc in aere & si sit verius nõ tamen manifestius. Hui⁹ est formaꝝ figuraꝝq̧ impressiones facile recipe. Siccum termino ꝓprio bene clauditur: alieno autẽ male terminatur. Vnde lapis aut terra in suis termĩs stabilitur: continẽtis autem lateribus non ex omni parte cõiungit. Huius est formaꝝ configurationes conseruare. DIS. Qualitates secundę quę sunt? MA. Quę a p̃dictis generationis originẽ accipiunt / quaꝝ decẽ ãnũerabimus. ad quas si quę alie sunt reduci possunt. Sunt autem hę lubricũ aridũ grossum subtile: duꝝ molle asperum lene graue & leue. DIS. nũ & colores q̃litates sunt? MA. Colores soni sapores odores & cęterę de quibus in cathegoriis determĩatũ est q̃litates q̃dẽ sũt: sed de gñe tangibiliũ nõ sunt.

qualitates primę q̃tuor

Calidum

Frigidum

Humidũ

Siccum

Qualitates scdę decẽ

De qualitatibus elementoꝝ & eorum transmutationibus. Capitulum quartum

DIS. Vnc quas nosse oportet elementoꝝ in qualitatibus conueniencias & differentias ꝑdicito. MAG Vnumquodq̧ elementoꝝ ex primis qualitatibus duas continet: quarum primam sibi in summo (per naturã possibilẽ) determĩat. Vnd. ignis calidus est & sicc⁹ Aer humidus & calidus. Aqua frigida & humida Terra sicca & frigida. Et inter hęc ignis calidior Aer humidior. Aqua frigidior & Terra com probatur siccior. Et rursus ignis in calore aeri / i siccitate vero terrę sim bolisat id est conuenit. In utraq̧ autem a quę opponitur. Aer in calore

Ambro hexaeme. li. 3. c. 4.

Sỹbolesantia elemẽta & nõ sĩmbolizatia:—

igni: in humiditate aquę congruit: & in utraq; a terra secernit. Aqua in hūiditate aeri. in frigore terrę copulatur. In utraq; vero igni disiungit. Terra in frigore aquæ in siccitate igni similat. In utraq; aeri cōtraria repitur. DIS. Simbola itaq; sunt ignis & aer in caliditate: ignis & terra in siccitate. Aer & aqua in hūore: aq̄ & terra in frigore. nō simbolisantia ꝟo sunt ignis & aqua: aer & terra. MAG. Scite concludis. In his autē transmutatōis ordo talis est: ut in simbolis quidē transitus sit facilior: in nō simbolis aūt difficilior: & hoc tunc verū est dū resistentiā attendimus. In his em̄ una qualitatum/in illis aūt ambę resistūt. Si autē actiuitatē cōsiderabim⁹: utrobiq; eiusdem facilitatis transitū inueniem⁹ nā in simbolis una tantū q̄litatū agit: sic & una solū resistit. In nō simbolis ꝟo & duę agunt: & duæ resistunt. ut ignis siccitate agat in aerem: & aer hūiditate resistit. ignis caliditate & siccitate agit in aquā: & aqua frigore & humore obstat. Qualitatū ꝟo alteratōes/& formarū substantialiū generatōis ordinē in supioribus tetigim⁹. Ratōne autē secundarū qualitatū quę sunt grossū & subtile: hoc interest: ut ex uno pugillo elementi grossioris decē generent pugilli elementi ꝓxime subtilioris. unde fit ut ex uno pugillo terræ: generēt decē pugilli aquę: & ex uno aquę decem aeris: & ex uno aeris decē ignis. Sic ex uno pugillo terrę centum aeris: & mille ignis generant. nec tamen de materia plus sub uno pugillo terrę: q̄ sub decē aquæ: centū aeris aut mille ignis continetur. unde si elementa de materia ęque ꝑticipāt: & dicto ordine in raro & denso se excedunt spheram terrę a sphera aquæ in decupla: a sphera aeris in cētupla a sphera autem ignis in millecupla quantitate supari necesse est. Hac via adiunctis his quæ libro septimo de orbiū cœlestium distantia posita sūt totius machinę mundi mirabilem quantitatē imaginabimur. nā ut ait diuus Augustinus li. undecimo de Ciuitate. visibiliū omniū maximus est mundus. inuisibliū de⁹. Et li. xxi. maximū mirabilum est mundus.

DIS. Facile his assentio. Sed quo pacto aerem aqua humidiorē accipiendum sit/non dum video/aqua equidem sicca humectat & ignē extinguit. Aer vero/& humida exiccat & ignem cōseruat. MAG. Hæc ita esse nō est qui hęsitet. Sed sunt qui causas quærunt. Quod eni humida in aere exiccari conspicimus non ab aere sed vento qui est exalatio calida & sicca: & stellarum lucē ꝓuenit. aer autem ab his seiūctus humectat. & plus quidem intrinsecus quā aqua: propter sui penetrabilitatē. aqua aūt magis extrinsecus humectat propter dēsitatē/virtus enim unita fortior est. Vnde si decem pugilli aeris in quātitatem unius pugilli aquæ redactę per condensatōem fuerint: magis humectabunt/q̄ aquæ pugill⁹ & ignem extinguerent: quem iam propter raritatem conseruant. Est tamen præter hæc in aere unctuositas ignis pascitiua. DIS. Sic fortasse calor ignis in sphera sua corpus si quod ascēderet facile nō exureret. sed hæc missa facientes/ad mixta sermonem vertamus.

elementa simbola nō simbo

elementorum transmutatio

elementorum proportio in qualitate

Aug li. 11 de ciui. dei c. 4. idē li. 11. c. 7.

quō aer ē humidoir q̄ aqua


ASTRONOMIA
POLUS ARCTIC9
ATLAS
ORIES
OCCIDES
Lune
Mercurii
Veneris
Solis
Martis
Jouis
Saturni
Firmamentum
Coelum aqueum
Primum mobile
Celum Empireum
POLUS ANTARTIC9

RERVM NATVRALIVM

De mixti productione. Capitulum. v. MAG.

Icut unum elementũ in aliud transmutatur: si id quod agit/passi um in substãtia & virtute multũ excedat: sic ex concursu multo rum elementorꝝ mutua sese actione alterantiũ/ mixtum genera tur: in quo elemẽtorꝝ & q̃litatibus & formis substãtialibus deficiẽtibus/ materię confluũt & mixtiõis formã substantialem cũ suis qualitatibꝰ re cipiunt. Est autẽ hęc forma elementorꝝ formis actualior atq; perfectior/ formarꝝ elementariũ ꝑfectiones in se cõplicans: quã & q̃litates q̃litatibꝰ elementorꝝ cõsimiles sed & ꝑfectiores cõsequũtur: per quas etiã actiões similes actiõibꝰ elemẽtorꝝ producit. Ex his mixtiõis definitio manife sta est. cũ dicit. Mixtio est miscibiliũ alteratorꝝ unio. Patet amplius ele menta in mixto non ꝑmanere formaliter: nec in esse intenso nec remisso sed virtualiter ad sensũ datũ. Siľr & materialiter manẽt cũ materia mix ti ex materijs elementorꝝ sic aggregata. Animaduertendũ autẽ pręter q̃li tates actuales in mixto alias quas virtuales dicunt reperiri: nõ aũt in ele mentis. unde piper virtualiter est calidũ & plumbũ frigidũ. Hæ qualita tes secundę/qualitates proprias mixti aut verius/ ipsas formas substan tiales mixtorꝝ consequn tur: & (ut aiunt quidã) ab influentijs cęlestibꝰ secreta actione ĩnascunt. Hinc herbas/gẽmas preciosas/ similiter & me talla principalioribus stellis fixis & erraticis: Hermes trimegistꝰ asscrip sit. Has etiã Raymũdus lulij in lapidario suo excipere in ꝑdispositas ma terias ędocet. Sunt etiã qui omniũ terręnascẽtiũ speciales cœli stellas esse volunt. secundũ q̃ in Iob legit. Nunq̃d nosti ordinẽ cœli: & pões rati onẽ eius in terra? Quę utiq; concedi possunt iuxta ea quę li. septimo de astrologia disputata sunt. DIS. Herbis gẽmisq; occultas inesse virtu tes vulgatũ est ꝓuerbiũ. sed dic q̃so si ex uno elemẽto mixtũ gñari possit. MA. nequaq̃: si dicta sane intellexeris. Accedit ad hoc q̃d ait Phũs. mix ta ex eisdẽ nutriri ex q̃bus ꝯtingit ea gñari. oĩa aũt elemẽtis nõ uno tm̃ sed plibꝰ pasci manifestũ est. DIS. Cur dicis manifestũ: cuiꝰ ad sensum patet oppositũ in pisce: q in solo viuit & nutrit elemẽto aquę. MA. quę apud nos est aqua/elemẽtũ nõ est s; mixtũ. nã & in distillatõe ab ea terre streitas facile sepat: cui & unctuositas q̃dã aerea admixta ꝯspicit & eide; ignis q̃dã inesse haud ambigit. ꝑs aũt aq̃a ꝑdõinat: Iõ scriptura sacra pisces de aqua productos cõmemorat dicens. Producãt aquę reptile aĩę viuẽtis. Salamãdra q̃q; & si ĩ igne viuere possit. ut recitat Augꝰ de ci.

Forma mixti

In mixto quõ sint elementa.

Mixtiõis definitio.

qualitates viltuales.

Hermes

Raymũdꝰ.

Iob

26. q. 5. nc enirum Aristore.

mixtum nõ genera tur ex ele mento

Augustiꝰ li. 21. de ci.



dei. ab igne tamē nō pascitur sed ut qbusdam visum est/ de rore cœli aut imbre nutrit. Et ut testatur Plinius li. 10. speculi naturalis. animal est la- certę figura: ignē tactū ut glacies extinguit. De plantis aūt q̄ sine piace- re semine ex nuda terra pullulare cernimus post hac latius pergrendū.

Plinius

De distinctione mixtorum & mixtis primę & secundæ cōpositionis. Cap. vi. MAG.

T si omniū mixtorum pricipia uniuersalia & remotiora eadē sint: illis tamen alia & alia pportione cōcurrētibus diuersa mixta effi ciunt: quorum etiam nōnulla/ alijs mixtis perfectioribus causę ppinquio res existunt. Et ut clarius q̄ dicenda sunt capias: mixtorum diuersitatē sex generibus ęnodabimus. primū autē ea q̄ primę cōpositionis censentur.

DIS. Quę sunt hęc? MAG. Vapores & exalatões virtute solis & aliorum astrorum ex terra & aqua alijsue corpibus resolutę: quas tn̄ nōnulli Phorum qntū elementū/ mediū inter aerē & aquā opīati sūt. Tn aūt eo hęc duo differunt. nam vapor calidus est & humidus. ut est fumus tempore pluuiali de mōtis vertice ascendens: Exalatio autē calida est & sicca: un ctuosa tamen humiditate nōnunq̄ imbuta. ut est ventus in ventre anīa- lis generatus. Rursus autem si ista alterata fuerint / multorum & in aere & in terra apparentiū causæ erunt? DIS. Quorum? MAG Impssio- nū ignitarum/ aquosarum & medio modo se habentiū. Ignitarum qdem ut sūt ignis ppendicularis: candela accensa: lancea ardens: scintillulę euolantes: alubascendens: asub descendens: capre saltantes: stellę cadētes: ignis præ- cedens: draco uolans & q̄ sunt huiuscemodi naturę. Aquosarum autem ut sunt grando/ grandulę/ nix/ pluuia/ pruina/ ros/ fontes & flumina. Me- dio modo se habere videntur/ ventus & terręmotus. Hæc omnia (si vapo- res & exalationes genus primę cōpositionis constituunt) in genere secū dę compositionis locabimus. nam de horum ordine & generationis mo- do potius q̄ de essentiali distinctione tractabimus.

Mixte pri- mæ com- positi- onis.

Scdæ co- positiōis.

De materia, efficiente & locis impressionum ignitarum. Capitulum septimum. DIS.

E ignitis igit primū te absoluas MA. Ignitarum impressionū ma- teria est exalatio: causa effectiua calor inflāmans. locus aūt regio aeris: quā tribus intersticijs diuisam accepimus: q̄ sunt supremū/ mediū & infimū. DIS. Supmum q̄d dicis? MAG. Illā aeris partē q̄ igni est vicina & cōtigua: tranquilla: ab igne & stellis calida/ pura/ rara & lucida ad motū ignis (unde & magis calefit) circūducta. & hęc pars aeris ęstus dici solet. ibi nec venti nec pluuia ut expientia docuit eos q in altissimis mōtib⁹ pulueri characteres īscripserūt/ ac eosdē reuoluto āno illesos in uenerūt. DIS. Mediū aeris intersticiū q̄d est? MAG. Aeris pars a re gione ignis semota nec terrę pxima: frigida/ tenebrosa: tempestuosa/ ac dęmonū siue aeriū potestatum habitatio caliginosa. uti libro septīo dic tum est. Est autem frigida: qa ab igne remota: & stellarum radij a supficie

Intersticia aeris tria

Supręmū

medium

terrę reflexi ad eā non ptingunt. hinc etiā obscura est & tur-
bida. DIS. Infimū quod dicis? MAG. Aeris partem
supficiei aquę & terrę contiguā: a radijs reflexis calidā & il-
luminatam. Hoc tamē diuersis anni tēporibus nō eodē mo
do contingit. Nam sol in signis septentriōalibus terras no-
stras directius respicit: radij ad angulos minores reflectunt
hinc & calor fortificatur ut nōnunq̄ exalationes consumat
Sole autem meridionalia signa perlustrante oppositū acci-
dit: & tunc q̄nq̄ frigus cōstrictiuū fit q̄d terræ poros ne q̄d
exalare possit: constrīgit. In vere autē & autumno du3 Sol
equinoctio appropiat hęc temperate se habent. ideo tunc ig
nitę impressiones magis generari pn̄t modo quo sequitur.

De generatione impressionum ig- nitarum. Capitulū octauū. MAG.

Vm itaq3 virtute solis & alioꝝ astroꝝ a terra alijs-
ue terrestribus corpibus æleuata fuerit exalatio/ Si
quidem in calore abundauerit: ad supremum usq3 aeris in-
tersticium ascendit. Huius (si in subtilitate ęqualis non fue-
rit) pars grossa & multa inferius cōglobata: subtilior autē
in modum candelę eleuata consistit: & accensa ad instar per-
pendiculi quo lapicidę utuntur apparet. & ignis perpendi-
cularis nominat. Si vero pars grossa pauca sit: dicto mo-
do impressio generatur: quā lanceam ardentem/ob similem
figurā dicim⁹ Exalatio autē ad hanc aeris regiōe3 æleuata:
si ęque subtilis in oībus ptibus fuerit/sed rara/pars post p-
tem inflāmat & euolat. ad modu3 scintillaꝝ a fornace æuo-
lantiu3. unē & nomē accipiunt. Si vo huiusce exalatio mlt
tum ɔpacta & ęq̄liter extensa inflāmat: impssio fit quā cāde-
lā accensam dicunt. nā & si eiusdē longitudinis sit cuius & al-
titudinis/ob nimiā tn̄ distātiā oblōga ad instar candelę ap-
paret. Si autē talis exalatio ob materię paucitatē ęq̄liter ex
tendi nō possit/inflāmata sursu3 tendit. & gn̄ali noīe asubas
cendēs noīat hę sunt q̄ in supmo aeris intersticio impssiōes
gn̄ant: medium pcurram⁹. Unde si exalatio mediocriter ca
lida fuerit/mediā aeris regionē nō transgredit: sed in eadem
subsistens p frigus circūstās fortificat: & accēsa fit impssio
q̄ asubdescendēs appellat. inflāmata em̄ descendere videtur
q̄m a nube frigida deijcit. nōnunq̄ etiā in descēsu a nubib⁹
frigidis extinguit. q̄nq̄ donec unā pertrāseat occultat: rur-
sumq3 apparet. Ad inferius aeris intersticiū descendamus Exa
latio em̄ debiliter calida/in aere q̄ circa terrā est/subsistit. q̄
si multa fuerit & dispsa/ p frigus nocturnū circūstans ipelli
tur & se fortificādo iflāmat: & ps inflāmata sursū salit. unde

sumunt

nitę re/ onis su rioris pssiōes

gionis nitę me diæ

gionis nitæ in fimæ



& capra saltās dicit: appet em ac si stupa accēsa p cannā sufflaret. Si autē exalatio hæc ɔtinua sit & nō multa: accēsa ad instar stellæ decidit & qñqꝫ post se vestigiū relinqt Si vo multa sit & bñ cōpacta accēsa in aere stat & hoīem trāseuntē aeraqꝫ impellentē aut seqtur aut pcedit. Hęc aūt ignis fatu⁹ dicit: & frequēti⁹ circa patibula: cimiteria aut cognas ubi viscositas mīta est: videt. Si vo exalatio mīta fuerit & īeqlis ī subtilitate: ī utroqꝫ extremo: qd subtili⁹ ē ascēdit: grossi⁹ aūt ī medio siītudinē facit vētris: cui⁹ unū dictoꝝ extremoꝝ caput: aliud cauda iudicat. & si circa unū extremoꝝ nubes frigida fuerit: ipm ex nubis hūore fumat: totaqꝫ hęc impssio draco volās ignē aut fumū spirās appellat. Per hæc si quæ aliç ignitæ in aere cōspiciāt impssiōes facile diiudicari pñt: nec loca easūdē ita determiasse volui ut alibi gñari nō possint. Ex his etiā q ī eodē interstitio fieri hñt qdā ī supma ei⁹ pte qdā ī media aliç ī īferiore gñant.

De materia efficiēte loco & tpe impssionū aquosaꝝ. Ca. 9. DIS.

Citu dignissima hęc sūt: qb⁹ eoꝝ q uulgo appent mirabilia: rōnes naturales assignare possum⁹. Ad aqsas igit sermonē vertas.

Ma Aqsaꝝ impssionū materia ē vapor. Cā effectiua remota calor solis & astroꝝ. ppinq aūt actio qlitatū primaꝝ. Tpus ē hyems si frigus ɔstrictiuū in ea nō abūdauerit. Locus ē aeris interstitiū mediū & infimū: siīter & vēter terrç in q cauernæ & meat⁹ varij sunt: in qbus inclusi vapores fontium & fluminū causæ fiunt. ut infra declarabit: nūc modū generationis aquosaꝝ tangamus. DIS. probe.

De Grandine Capitulum decimum. MAG.

impssiōe aquosç in speciali — Vm vtute solis & astroꝝ vapor çleuat si calidior fuerit media regiōem aeris ascēdit: nec penetrat: quē circūstās frig⁹ ppter sui raritatē penetrat: & calore expulso: ptes eius in aquā vertere & inspissare īcipit. Frig⁹ aūt qm magnū ē: ptes iā ī guttas vsas & fluētes cōgelat: & grādinē magnā vel puā: sm frigoris & vaporis diuersitatē gñat. Nonnūqꝫ etiā vapor ī media aeris regiōe in guttulas ɔuertit. q cadētes in infima regiōe p antipistasim (eo φ hęc regio calida sit) cōgelant: tūc grando angularis. & ex multis guttulis cōgelata cernit. imagines aūt aut hominū aut bestiaꝝ in grādine siqñ repiunt ab influētijs stellaꝝ cātç sunt Pili aūt in eo repti: in vapore çleuant. Quæ aūt altius gñat angulos p cōfricatiōem in descēsu amittit & rotunda cōspicit. Figura tñ naturalis grādinis lenticularis est: eo φ frigus circūstans magis ad latera vaporē cōtrahit quā sursum aut deorsum. DIS. Cur hęc impssio in vere frequentius quā alijs anni tpibus gñat? MAG. qa ver calidū est & hūidū: gñatōi & çleuationi vaporis aptissimū. Estas autē calida & sicca: vaporē exiccat. Hyems frigida: siīr & autūnus multotiens ab inferioribus vaporē resolui nō sinūt. Est em vapor materia grādinis multū calidus. iō rarus & a frigore circūstāte citius penetrabilis & cōuertibilis: uñ etiā fit ut aq calida hyemis tpe frigori exposita citi⁹ cōgelet quā frigida.

grādo angularis

Figura grādinis

Grand

De Granulis & Niue. Capitulum undecimū. DIS.

Granula — Ranula aūt q in martio & aprili sępi⁹ cadūt uñ gñant? MA.

De Aqueis impressionibus.

ex eadem materia ex qua generatur grādo minus tñ calida/ in mediū aeris interstitiū ęleuata/in loco tñ bassiori quā sit locus gādinis/p frigus in guttulas ɔuersa: q̄ an̄ earūdē casū aut cōfluxū extrinsec⁹ ad modū grādinis cōgelant. intrinsec⁹ aūt ꝑpter frigoris defectū molliores adinstar niuis ꝑmanēt/& tpibus dictis in climatib⁹ sexto/septio & principio octaui cadūt ꝑpē q̄litatū ɔuēientiā. DI. nix v̄o un̄ fit? MA. ex vapore virtute solis & astroꝝ ad infimā ptē mediꝭ interstitiꝭ aeris ęleuato/ quē ꝑpter sui raritatē /circūstās frigus ingredit/ in aq̄ resoluit & sit tpe ad modū lanę carptę cōgelat. Accidit aūt istud frequēti⁹ tpe hyemali i remisso frigore/ un̄ & a tali aereū hūidū q̄d calidius ē & viscosū nō expellitur sed niui mollicię & ouibus alimētū ꝑstat. Sepe etiā nix dū p infimā aeris regionē descēdit. a calore ibidē exn̄te in aq̄ resoluit. un̄ q̄d in vallib⁹ pluuia sup mōtium iuga nix eodē tempore cernitur

Nix

De Pluuia Capitulum duodecimum DIS.

Pluuia aūt q̄ mō gn̄at? Ma. Cū v̄tute solis & astroꝝ vapor calidus/ hūidus fumosus & grossus ad supmā ptē infimi aut inferiōris ptē mediꝭ interstitiꝭ aeris ęleuat/a frigore circūstāte ī nubē & nubes in aquā resoluit/& ob grauitatē cadit. Guttatī v̄o ad terrā usq̄ ꝑuenit/q̄ si cū īpetu ceciderit imber dicit. guttę autē maiores q̄ nōnūq̄ sole lucēte cadūt: bassi⁹ ī aere gn̄ant. DI. un̄ ē q̄d aq̄ pluuialis nōnūq̄ rubea videt? Ma. ex adusta & sicca terrestreitate q̄ vaporib⁹ tpe calidiore ꝑmiscet. DI. Sed vermes in imbre decidētes un̄ gn̄ant? Ma. nōnūq̄ minuti & imꝑfecti v̄tute solis ī vaporib⁹ ęleuant & ī nub actiōe celeriore ꝑficiunt/interdū aūt ex materia fęcunda & gn̄atōi vermiū apta /ęleuata cū vapore in nube coopantib⁹ lumīe & calore cęlesti procreantur.

Pluuia

Imber

pluuia rubea

v̄mes cū pluuia cadentes

De Rore Capitulum tredecimum. DIS.

Roris gn̄atio q̄ ē? Ma. Ros gn̄at ex vapore debilit calido/grosso & hūido nō multū a terra ī infima aeris pte ęleuato / p frigus nocturnū cōdēsato/& in aq̄ resoluto/uti in sili videre est ī vapore de vase distillatōis ascendēte/q in alēbico supposito in aq̄ rōne frigoris ɔuertit. Cadit aūt frequēti⁹ circa crepusculū/tūc em aeris infima regio ē frigidior. DI. un̄ est q̄ nōnūq̄ (ut aiūt) oues irroratis herbis pastę moriūt. Ma. Cū vapor de hūido aereo q̄d viscosū ē & dulce multū habuerit in rorē resolutus & herbis adherēs/adueniente solis calore decoq̄tur /aq̄sitas cōsumit /reliquū ad moduз farinę albæ aut зuccari in folꝭs relinq̄t. & māna dici solet. p easdē etiā cās laudanuз ī aere gn̄at. oues itaq̄ dulcedinis auidę plus quā naturæ ɔueniat cōmedunt. un̄ & fel ī ipis nimia colera (cui⁹ his ros fomētū ē) replet rumpit & effusa colera intestina rodit unde & ouis moritur nōnunquā etiā ex tali rore epar opilat & sic mors ouibus accidit. hoꝝ expientias se vidisse Alberthus magnus testatur.

Ros

manna laudanū

oues de roris moriuntur

Alber. magnus q̄rta pte phię

De Pruina Capitulum decimumquartum. DIS.

Pruinę gn̄atio q̄lis est? MAG. Talis ferme qualis & roris. DIS. Ferme cur addis? MAG. nam ad generationem pruinę requirit frigus intēsius quam sit frigus in generatiōe roris: ut vaporē

Pruina

calidum nõ modo in aquã resoluat: sed & resolutum cõgelet. Hui⁹ generatio ad sensum patet tempe hyemis/veris aut autũni circa pilos aniali-um ex vapore calido/de ore aut corporibus eorũdem exeunte. DIS. Aptissime & ignitas & aquosas impssiones descripsisti/ad reliqua pgamus. MA. Siste paulisper/nam nõ dũ oẽs quæ in supioribus in aquosarum ordine numeratę sunt trãscurrimus: DIS. quas non? MA. Fontes & flumina. DIS. verum quidem: sed hę memorię exciderant.

De Fontium & fluminum origine & perpetuitate Capitulũ. xv. MAG.

Enter terræ ut p̃misimus/cõcauitatibus & meatib⁹ quasi visceribus plenus ẽ/in qbus (qm̃ vacui esse non pñt) vapores sunt eleuati a terra q cũ in lateribus cauernarũ in aquã resoluunt guttatim distillant/riuulos efficiũt: q undiqꝫ in loco bassiore cõfluẽtes/tandẽ ærumpentes fontẽ faciũt. DI. decliuior itaqꝫ ẽ locus emanatõis quã origĩs.

locus originis & emanatõis fontis

Ma. Etiã naturaliter aũt in valle opposita ascẽdere pñt aq̃ fontales ad altitudinẽ loci gñatõis. Altius autẽ si artis instrumento scandũt violenter fit: ne in natura vacuũ relinquat: ex eadẽ qppe cã nonnunq̃ in iugo mõtis/fons scaturire cernit: cuius aq̃ p cauernas q̃si p cãnalia q̃ arte fiunt in sublime ferunt. DI. Sed unũ est q̃ q̃sdam sp eq̃ mẽsura manare quosdã v̄o hyeme crescere: reliquos autẽ æstate minui aut penitus deficere cõspicimus? Ma. id ex dispositõe mõtis seu loci originis & q̃litatũ mutatõibus accidit. Mõtes equidem solidiores quorũ cauernas aer exterior facile ingredi nõ põt phẽniores aquas euomũt/priorib⁹ etenim vaporibus in aquã resolutis: ne sit vacuũ mox resoluunt alij/qbus rursum in aquã cõuersis sp alij succedunt. mõtes vero porosi vapores non continent. & aerem exteriorẽ (maxĩe autẽ estatis tempe) exiccatũ recipiunt cũ calore exiccãte: ut nec vapores: nec frigus cõuertens retineant. accedit ad hęc actio influentiæ exiccatiuæ: q̃ nunc in illo posthac in alio p̃domiat loco ex rotatiõe celorũ. unde etiã paludes in terrã ferti lẽ cõuertuntur. hyemis etiam tempore cum pluuiæ multę sunt accidentaliter hi fontes augentur. DIS. Sed calor in hyeme & frigus in estate fonti unde æueniunt: cum potius cõtrarium accidere deberet? MAG. Causa huius ex fortificatiõe frigoris cauernarũ terræ accipit. Hyemis eqdem tempore cum per exterius frigus pori terræ constricti sunt: exalationes calidæ exitum nõ inuenientes/clausi resistunt & vapores simul & resolutas aquas calefaciunt in quarũ ægressu & exalare vidẽtur. In estate vero pori aperiuntur & exalationes respirare possunt. Frigus autẽ cauernarum pp̃ter exteriorem caliditatẽ per antiparistasim fortificatũ & fontales aquas infrigidat. Eadẽ causa etiam celaria æstate frigescunt & hyeme calefiunt. DIS. assentio. sed dic quæso ũde thermis tãta caliditas & fontibus tanta diuersitas in colore sapore & varijs effectibus ĩnascit? MAG. Therme calefiunt quia circa mineras sulfureas & accẽsas fluunt. Fontium aũtẽ diuersitas est/ex varia primarũ q̃litatũ permixtione

de perpetuitate & defectu fõtiũ

Fõtes fiũt frigidiores in estate & calidiores in hyeme.

influentiarum cōcursu: minerarum quoq; & terrarum per quas transeunt diuersitate. Eorum vero quę mirabiliora videntur rationē particularem reddere difficillimū. Est enim ut recitat Aurelius Augustinus lib. 21 de ciuitate Dei fons apud Garamātes in die tā frigidus ut bibi non possit: in nocte autē tantę caliditatis ut tangi nequeat. Est & alius in Epiro qui accensam facē extinguit: extinctā autē accendit. horum ratio ut aiunt vis est naturę: aut potius voluntas dei. DIS. Hęc igitur trāseamus. quos autē pro usu nostro meliores estimas ędicito. MAG. Meliores sunt (ut phisici astruunt) leuiores in pondere/ puriores in substātia: nō stantes / sed cōtinuo sup luto puro ad orientē profluētes. DIS. Ecce in fontiū naturas digressi/ causas fluminū trāsiuimus. MAG. Fluminū causę eędem sunt quę & fontiū. Fluuien eqdē fontiū cōcursus est. unde ex fontibus Ior & Dan qui sunt ad radices Libani: fluuius Iordanis e quibus & nomē habet efficitur. Idē de fluminibus terrę nostrę in prompto est videre. DIS probe. Sed quorsum flūina iugiter labentia perueniūt? MAG. Oīa liberioris aquę maris scilicet sinus intrant ut ait Sapiens. DIS. Mare igitur ex his auctū terminos proprios trāsgredietur: contra id Psalmigraphi. Terminū posuisti quē nō transgredientur neq; cōuertentur operire terrā. & Dñs ad Iob Quis cōclusit ostijs mare & infra. Circūdedi illud terminis meis & posui vectē & ostia & dixi. usq; huc venies & nō procedes amplius & hic cōfringes tumētes fluctus tuos. MAG. Propter hęc quidā flumīa aliqua per occultos terrę meatus a mari exire/ rursus in alia parte illabi affirmāt. Nōnulli vero mare flūinibus auctū/ rursus cōtinuo Solis & aliorum astrorum feruore per eleuationē vaporū minui asserunt. & utrumq; sustineri potest. Ait enim scriptura. Oīa flumina intrant in mare: & mare nō redūdat. ad locū unde exeūt fluīa reuertunt: ut iterum fluāt. Quę autē parte adducunt scripturę: testantur diuini id esse operatiōis nō naturę quod maxime in eo apparet/ quod fluctus undosi maris tanq̄ montes aquarum insurgētes impetū suū ad littus illidunt: & constitutas terras custodiunt.

Fōtiū diuersitas

Aug de ciui. dei. c. 5

Idem. c. 7.

Fōtes meliores

generatio fluminū

Psal. 103.

Iob. c. 38.

oīa flumīna mare intrant

Eccle. 1.

De maris salsedine fluxu & refluxu. Capitulum sedecimum. DIS.

Via ad mare sermo noster defluxit: causas salsedinis/ quotidiani fluxus & refluxus eiusdem si in prompto sunt pandas. MAG Salsedinem maris prouenire ex permixtione sicci terrestris adusti virtute solis ęleuati: atq; vaporibus humidis mari incidentibus permixti: vulgatum est ex simili equidem causa aqua per cineres colata amara fit. Accedit ad hoc quod ardor solis dulciores leuioresq; aquas cōtinuo eleuat terrestreitatibus relictis. hæc equidem separata aquas maris dulces relinquit. sicut nouerunt qui per vas cereū undiq; clausum: missum in mari aquam dulcem per poros instillantē recipiunt. Flumina quoq; si quidē mari ęgrediuntur/ per arenam & terram colata/ nō amara sed dulcia ad nos perueniunt: & dulcia continuo reintrantia resistūt/ ne mare semper amarius & magis salsum fiat. Sunt tamen qui ipsum a primordio amarum

mare fit dulce

creatū asserunt. DIS. de fluxu autē & refluxu maris qui eodē die (ut aiunt) bis aut quater fieri solet: quid affers? MAG. huius cā ad lunā humidorꝝ dn̄atricē referenda est: ad ipius equidē crementū & decrementū humores pene uniuersorꝝ mutari certū est. unde luna sub sole currente (q̄d in nouilunio euenit) lumen utriusq; impeditū: aerē subtiliare nō pōt q̄ ingrossatus in aquā vertit: fitq; maris crementū in subā. q̄d effluxus necessario cōmitat. Luna vo in opposito solis cōsistēte q̄d in plenilunio cōtingit totū lumē suū inferiorib⁹ trāsmittit: nec solis lumē quo minus maria respiciat: prohibet. Hinc aq̄ maris: q̄ ob sui grossiciē vapores cōtinet rarefit ascēdit & effluit ad instar lactis calefacti. Est autem hoc crementū nō in subā sed accidēte p̄ rarefactōem. In quartis autē interpositis nūc crescit & nunc diminuit ex causis sil̄ibus. unde in prima q̄rta lunatiōis decrescit mare in substātia. in secūda augmētat accidētaliter rarefactiōis via. In tertia rarefactio decrescit ꝑpter luminis decrementū. in quarta q̄ iā soli appropinquat rursus substātia maris augetur p̄ aeris inspissatōem. Quantū autem ad q̄rtas diei naturalis mare lunę motū imitatur. Dū em̄ luna sup̄ orizonta versus cœli medium ascendit crescit & fluit mare. luna vero a medio cœli ad occasum declināte decrescit mare & refluit. Rursus luna ab occasu versus angulum noctis ꝑgrediēte/mare crescit & fluit. ipa aūt ab angulo noctis versus orientē ascēdēte/decrescit & refluit. DIS. Si flux⁹ maris motū & lumē lunæ imitat/maria supra orizontē a quo intumescūt & fluūt/luna sub orizonte gradiēte? MA. Sequūt motū ipius lunę cōcurrēte lumīe a stellis & p̄te cœli oppositis reflexo. ea aūt supra orizonta morāte idē fit lumine directo & modo fortiori. virtutes em̄ reflexę debiliores sunt virtutibus directis/quia ab origine sunt magis elongatę. DIS. Ex hoc ergo ratō patet cur/nūc fluxus diurni/nocturnis sunt fortiores: nūc debiliores: & ecōtrario. MA. nō tantū ex iā dicto hui⁹ cā sumi pōt cū reflexū lunare lumē tāti vigoris non sit: sed ex p̄dictis de cremento substātiali & accidentali. Insup̄ & ex distātia aut ꝑpinquitate maiore. unde luna existēte in auge ecentrici & epicicli fluxus debiliores sunt: eo q͂ tunc maxime sit elōgata a terra. In oppositis vero p̄tibus terrę maxīe est ꝑpinqua: iō tunc fluxus fiunt fortiores. Sil̄r si luna in circulo meridiano ipsi zenith fuerit magis ꝑpinqua. Coop̄ant ad hoc stellę fixę quib⁹ luna cōiungit sil̄r & planetarꝝ cōcursus & mora sup̄ orizonta. Vn̄ si taliū plures causæ coierint/nōnunq̄ diluuiū p̄ticulare efficiunt. Sic & nōnulli diluuij generalis cās assignare conātea/plurimorꝝ planetarꝝ cōcursum in Cācro calculatiōibus se iuenisse dixerūt: at vo illud sine rōne/cū hui⁹cemodi cōstellatōem ducētis & āplius annis diluuiū p̄cessisse cōptū sit. DIS Vnde autē est cū dictę causę nō tantū mare sed etiā cętera flumina respiciant: ea tn̄ intumescere non faciunt? MA. p̄ter dictas causas accedit etiā aquarꝝ dispositio: q̄ est spissitudo/salsedo: & in uno loco stat⁹ tempore lōgo. p̄ spissitudinē aq̄ spūs cōceptos fortiter retinet & in spumā vertit. a salsedine gn̄alē habet calorē & a statu in uno loco multorꝝ p̄ so

Fluxus & refluxus maris

Macrobi⁹.

Diluuiū.

Cur cęteri fluuij nō intumescunt.

lem recipit spirituū gñatōem. Hęc qa nō in oib⁹ maribus eq̄ fortia sūt/ nec in flumīb⁹ dulcibus repiunt/iō fluxus & refluxus in maribus nō est ęqualis: & in flumībus aut nullus/aut ita modicus ut pcipi facile nō possit. Sic & mare mortuū ppter nimiā ei⁹ grossicieʒ a lunę influentijs moueri nō pōt, dicit Alberthus. Oriʒon autē qa ubicūqʒ locoꝝ variat accessus & recessus in maribus variari necesse est. Sunt aūt q motib⁹ oceani alias ab his q̄ positę sunt rōes afferunt aiūt em̄ in mari abyssū profundissimā: de q̄ rupti sunt fontes abyssi &c. Iuxta quā & cauernę nō p uę: in qb⁹ de spiramīe aqꝝ vēti cōcipiunt. q aq̄s maris p patētes terraꝝ cauernas in abyssum attrahūt: & ea exundāte rursus magno impetu repellunt. Hos aūt vētos: spūs procellaꝝ intelligūt/q ab influxu lūę/& ne vacuū sit in natura frequētius mouent. alias cās breuitatis gratia trāseo

Alberth⁹

Plinius

De terrę motu Capitulū. xvij. MAG.

Ex his etiā tremor terrę prouenit. Cū em̄ in visceribus terrę vapores obstructi exeūdi locū nō inueniūt: in diep radios solares calefiūt & subtiliant: rursus autē p nocturnū frigus ingrossant/& utroqʒ mō moti exitū q̄rētes latera terrę & cauernaꝝ ɔcutiūt nōnūqʒ etiā rūpūt: & terrā tremere faciūt. sępius aūt in nocte. Quod si exitū nō inueniunt/nōnunqʒ terrā ad modū mōticuli aut collis ęleuāt/quā si rūpunt cineres & lapides eijciūt. Foueas magnasqʒ voragies causāt/q̄ si circa flumīa ęueniūt: ipa ad distantiā aliqʒ tota absorbēt. Si autē in alueo exierīt hi inclusi spūs aquā extra termīos ripaꝝ eijciētes pticulare diluuiū efficiūt. DI. Sane. sed ob quā cām nonnunqʒ pestis terrę motū cōmitat?

Ma. Spūs hi inclusi si venenosi fuerint/exeūtes aerē corrūpunt & inficiūt: ex q̄ pestilentiā pticularē saltē in locis ubi hęc accidūt seq necesse ē.

DI. Fortasse illius eccilesia memīt in bñdictōe salis & aq̄/cū dicit. nō sit ibi spūs pestilēs & aura corrūpēs. Ma. nimiꝝ: cū & ptātes tenebraꝝ his spiritibus multotiens utant: aut ut hoīes lędāt in corpe: aut sensus alienēt & visiōibus decipiāt. Ab his nōnunqʒ oculi & vultus eoꝝ q subterraneos specus aut antra ingrediūt/imutant/maxīe aūt eorum qui a dęmonibus responsa accipiunt/quę in huiuscemodi antris dare solent. Sed hęc eo loco latius discutiēda sūt q̄ necromātícoꝝ figmēta ɔfutabūt

Terrę motus

colles fiūt

diluuium pticulare

pestis seqtur terrę motum

De Ventis Capitulum. xviij. DIS.

Vm & a talibus cauernis mōtiū vēti egrediūt? Ma. nō oīo inficior. Vētus em̄ ut patebit exalatio ē calida & sicca/quā etiā ī visceribus terrę gñari certū est/q̄ egressa & lateralit circa terrā mota vētus noīat. DI. ad hoc fortasse alludere videt q Virgi. æolū cuspide latera mōtis infixa ęducētē vētos scribit. Et illd dauid dicū. q pducit vētos de thesauris suis. Sʒ ędicito cōem vētoꝝ originē. Ma. vētus ut pmissū est Exalatio est calida & sicca lateraliter circa terrā mota. Cum em̄ calida sit aeris regiones transire nititur: frigus autem mediæ regionis obuians eā deijcit: q̄ (ratione caloris q fortius in ea propter terrestreitatē tenet) reascendit: & rursus a frigore cū impetu versus terrā deijcit: propter ca-

Ventus

Virgili⁹ æneid. 1.

Psal. 134.

forē aūt q̄ semp in altiora tendit/simil'r & ꝑpter aliarū exalationū occur / sum nō directe versus faciē terrę sed lateraliter mouet. & ventus/spirit⁹/ seu flatus dicit. Dauidis aūt dictū glosa expōit de ocultis causis. DI. Cur autem hęc exalatio cū calida sit non ut hę e qbus ignitę fiunt impssiones accendit? MAG. ꝑpter unctuositatis carentiā: de qua si quid / di habuerit nonnunq̄ accendit. & ventus fit quē græci τυφωρ α ποτου τυφω id est incēdo nomināt. Hic fit dū exalatio terrestris unctuositatis nō oīno expers: in nube cōclusa per foramē ęgredit: & ps egressa a terra resiliens/rōne caloris reascendēs/pti alteri descendēti circulariter inuoluit. arbores quoq̄ eradicat: tecta atq̄ edificia alta deijcit: & inflāmata ad instar rotę ardentis apparet. Si vero exalatio tota sit a nube egressa atq̄ a frigore versus terram proiecta accenditur: domos aut villas cōsumit & a vulgo diluuium ignis/& ab alijs ethnephias dici solet. Cū au / tem duo venti oppositi ęque fortes concurrūt: aut unus a resistente for / titer repercutitur / aut descendens de aere superiore/ alium a terra ascendentem ventum obuium habuerit: per gyrum inuoluuntur: pulueres

Typho

Ventus alta edificia deijcit.

Ethnephias

Turbo



folia/paleas & similia a terra eleuant. & turbo dicit. DIS. Ventos op positos quos dicis? MAG. Quorum origo est ab oppositis terrę partibus. Quattuor equidē sunt venti principales a quattuor mundi plagis orientes: quorum quilibet duos habet collaterales: fiuntque numero duodecim ut præracta admonet descriptio. Hi omnes in origine calidi sunt & sicci: sed a terris diuersis per quas flare solent/diuersas qualitates sortiuntur: & in progressu ex permixtione exalationum quas reperiunt augentur. Flatus autem ipsorum nōnunquam ex defectu caloris intercipitur: calore autem vigorato restauratur. Pluuiæ etiam/ calor adurēs aut frigus intensum poros terrę constringens/ventos abscindunt. ex his nāque exalatio & materia venti aut absumitur aut ælevari prohibet. Sed nec hoc quidem silentio transire fas est: ventos scilicet collaterales nautis maria sulcantibus multo plures esse cognitos: secundū quos vela regere nouerunt. Concursu etiam mariū non modo collaterales/ sed etiā principales oriri pñt. Nam duæ reflexiones in occidentem: una in septentrionem: alia in austrum zephyrum generāt. Duę in orientem se diuidentes/eurum procreant. Orientalis autem & occidentalis in septentrione concurrentes boream/in austro vero austrum causant. Si orientalis vergens in austrum velocior sit occidentali: fit ventus medius inter zephyrum & boream. Si autem occidentalis velocior fuerit: fit ventus medius inter boream & eurum. Pariformiter & in aliis est videre. Verum tamen non semper ad nos deueniunt venti a quotidianis his fluctibus geniti. Interdum etiam cardinales nominibus collateralium: & collaterales nominib9 cardinalium inscriptos inuenies. ad reliqua transeamus.

venti sunt duodecim

venti maris

alia genera tō vēti

De Tonitru & Coruscatione. Cap. xix. DIS.

Sed adhuc quod circa naturas ventorum declarandum censeo. MAG. Quod? DIS. An ne sonus quem tonitrui dicunt/ ex ventorum aut potius nubium collisione in superioribus causetur. MAG. Verumque in scripturis non inferioris ordinis viri tradidere. Principalior tamen causa huius est scissio nubis: facta hoc modo. Cum virtute solis & aliorum astrorum æleuatur vapor: & in eo exalatio usque ad medium aeris interstitium: vapor exalationem circūdans/ in nubem inspissatur. huius frigus dum exalatio inclusa sentit/se cōtrahit: fortificatur contra latera nubis impellitur: inflāmatur & exitum non inueniens/ violenter nubem rumpit. Maxime autem dum hanc nubem alia superior comprimit & inferior fortius resistit. tunc enim exalatio nondū inflammata nubem scindit: & in exitu ex vehementia motus incenditur. Hunc sonum tonitru/& hanc incensionem coruscationē dicimus. Licet autem simul fiant: aut coruscatio post sonum (si exalatio non in nube sed exeundo inflāmatur) prius tamen ignem quam sonum percipimus propter visus subtilitatem. Nōnunquam ignem videmus & sonum nullū audimus: ut in ęstate tēpore serotino. Sonus enim nisi fortis fuerit antequam via multiplicationis (de qua in musicis) per aera ad aurē perueniat. deficit aut prop

causa tonitrui & coruscationis

visus velocior est auditu

ter debilitatem auditũ non mouet. Velocitatem visus & tarditatem auditus sensibiliter experimur: dum aliquẽ eminus ligna secantem cernimus, frequenter enim sonũ primi ictus tunc demũ audimus dum ipsum secundario lignum ferire conspicimus. Excalefacta autẽ exalatione/nubem frangi & ex fractione huiuscemodi sonum causari argumenta prębent castanea assata & vesica aere repleta & violẽter compressa.

De Fulmine & eius effectibus· Capitulũ vicesimũ. DISCIPVLVS.

Fulmen

Nde autem fit aut quid est quod tonitru comitatur: & fulmẽ dici solet? MAG Fulmen nõnunq̃ dicitur exalatio sulfurea venenosa violenter e nube depulsa: impetu suo & vi penetratiua & subtilitate arbores scindens: animalia interficiens: metalla & cætera resistentia demoliens atq̃ consumens, q̃ si grossior fuerit resistentia/corpora adurit: conglobatior vero dissipat. Quandoq̃ autẽ fulmen lapis est ex vapore & exalatiõe terrestri & minerali in nube maxime viridi aut nigra/ virtute ignis & influentiarum decoctus: qui rupta nube cũ impetu deijcit muros findit: edificia dissipat & inflãmat. Vtrũq̃ tamẽ exalationẽ scilicet & lapidem ventus subtilis antecedit/ qui corpora mouet aut diuidit versus quę fulmen venit. Quidã autem Phorum considerantes mirabilem fulminis operationem/ipsum nõ opus naturę sed sumi dei effectum ĩmediatũ arbitrati sunt. DIS. Hanc fulminis operationem patefacias. MAG

effectus fulminis mirabiles

Ex multis pauca adducã quę Auerrois/Alberthus & cæteri phorum commemorant. Primo nanq̃ fulmen gladium in vagina/ aurum in bursa & pedem in calceo demolitur: vagina bursa & calceo illesis. porosa equidẽ sine resistentia ingreditur: circa solida vero & resistentia diutius moratur donec ea cõminuat & resoluat Sic & hominẽ aut animal aliud intrinsecus in fauillam & cinerem redigit: extrinsecus autem illesum & sine macula relinquit. Retia etiam in aqua consumit: quę extra aquã minime ledit. Venenositate etiã sua unum interficit & proxime stantẽ minime ledit. Sua subtilitate de pariete in parietem: de cubili in cubile/inferiore in superius mirabili velocitate mouetur. Interdum vas cõminuit vino aliquãdiu in pellicula quadam ex viscositate vini subito extracta & indurata consistente. sed vinum hoc venenosum redditur. Animalia autẽ venenosa fulmine percussa omne venenũ amittunt. Nõnunq̃ arboris aut vitis medullam interimit/stipite propter porositatẽ illesa. Ligna autẽ poros tortuosos habentia a fulmine facile non ledunt. Aliquñ fulmen vestẽ aut crines hominis adurit homine illeso. nam cum debilis virtutis fuerit in id quod aliquid humiditatis cõtinet ut corpus hominis agere nõ potest: sed sicciora aggreditur. tale etiam si cutem hominis penetrauerit ipsum inflatum & colore ĩmutatum exhibet. De reliquis ex iam dictis rationes & causas assignare non erit difficile: cętera videamus. DIS. Quę? MAG Galaxiam/ Iridem/ Halonem & Cometem.

De Galaxia. Capitulũ vicesimũ primũ DIS

Alaxiam quid dicis? MAG. Circulũ album in cœlo per pedes geminorꝝ & sagittarij principiũ protensũ. DIS. Hic fortasse est quẽ libro septimo cũ de natura stellarꝝ differeres circulũ lacteum dicebas: non de natura elementari/sed cœlesti siue stellari. MAG Hic ipse est. & a gręcis galaxeas a gala quod est lac. latine circulus lacteus dici solet. Sed de eo mẽtionẽ fœcisse iam nõ meminerã. Iridẽ videã⁹.

Galaxia

De Iride & Halone. Capitulũ. xxij. DIS.

Ris quid est? MAG. arcus tricolor in nube rorida & concaua ex resplendentia solis oppositi apparens. Nubes equidem rorida ꝓpter cõtinuitatẽ guttularꝝ satis tersa atq̃ polita/ad instar speculi se habet: sed ꝓpter paruitatẽ guttularꝝ non figurã solis ut est/sed colores q̃sdam ex reflectione radiorꝝ solariũ repsentat: quemadmodũ ex resplendẽtia solaris luminis per vitrum aqua plenum in obiecto pariete videtur.

Iris

DIS. Sed unde prouenit hęc colorꝝ diuersitas? MAG. Ex nubis dispositione. Nam ubi nubes fuerit densior fit reflectio fortior: & videtur color puniceus. albũ em̃ visuꝫ ꝑ nigrꝝ/rubeũ siue puniceũ apparet. Vbi nubes rara fit reflectio debilis & videtur color viridis. Sed ubi rarior est nubes: fit reflectio debilior/ & videt̃ color alurgus ad instar lapidis laꝫuli. Color ꝟo glaucus siue sanchos generatur ex iuxta positione viridis & puniciei. Vnde & iride marcescẽte puniceus in glaucũ transit. Nõ nunq̃ ex resplendentia iridis in nube superiore alia iris cernitur: quæ est imago siue idolum inferioris a sole causati/ propter q̃d in ea colores debiliores & opposito modo situati apparent. Figura autem arcualis iridi ex radiorꝝ incidentia prouenit. Et huius causa principalius consistit in nube. ut dicit propositio decimanona tertię partis perspectiuæ. unde radius solis incidens per foramen rotundum/rotundus est. in berillo tamen hexagono obiecto iris non rotunda secundum naturam radij/ sed exigona apparet: progressum tamen radiorꝝ a spherali corꝑe solis cooperari non omnino abijciendũ censeo Est enim centrum iridis in eadem linea cum centro astri. unde sequitur ut iris semicirculo maior apparere non possit: nisi forte quantum distantia oculi videntis a terra addit: & tunc quidem semicircularis apparet cum cẽtra amborꝝ in oriꝫonte sunt unius in oriente, & alterius in occidente. Quanto autem sol ab oriꝫonte plus distat/tanto arcus iridis semicirculo minor apparebit. unde sole existente in meridie/minima iridis portio possit videri. DIS. Posset ne iris causari ex resplendentia lunę? MAG. Posset. Sed in coloribus longe debilior: propter lunaris luminis debilitatem: & non nisi luna plena: nocturno tempore & vapore siue nube rorida multum disposita.


Colores iridis

figura iridis

Centrum iridis

¶ Circulus autem circa lunam aut aliud astrum apparens: Halo dici cõsueuit. Et fit cum vapor in raritate & densitate mediocris/dyametraliter inter astrꝝ & visum nostrꝝ interponitur: suꝑ quẽ lumen astri incidẽs ipsuꝫ in medio disiũgit/in extrẽitatibus aũt radij refrangunẽ ꝓpt̃ vaporis

Halo


halo
Galaxia
Iris
Cometa

densitatē: in quibus etiā colores (& si debiles) videnť. Ex eadē causa colores varios in aere cernim⁹: maxime aūt puniceū circa solis ortum vel occasum. similiter virgas coloratas in nubib⁹ discōtinuis videm⁹. In nocte autē voragies & hiat⁹ in cęlo videre nos dicim⁹: cū eadē in vapore cuius mediū densius est: ꝓpter longiorē distantiā contingāt. Soli autem si nubes a latere obiectę fuerit: ex reflectiōe plures soles quas parelios greci dicunt: rep̄sentāt. sicut in speculo aquę imerso cū sole stella cernitur: q̄ non est nisi secundaria solis imago. DIS. Facile his assentio Sed de iride ambiguitatē imittit: q̄d nuper in Gen̄. me legisse recordor: post diluuiū generale deū in signum fœderis quod cum Noe pepigerat: hunc arcum in nubibus se positurꝫ spopondisse. Si igiť eo mō quo dictum est causareť/ utiqꝫ ante diluuiū sępius apparuisset. MAG. apparuit utiqꝫ: sed tunc signū fœderis non erat. Noe igitur in signū fœderis ex institutione hunc arcum accepat. ut quę ante hac pura res naturalis & nullius pacti signum erat/ tunc signū esse incipet: & res naturalis in causis suis esse non desineret. Quēadmodū lapis quo agrorum limites distinguimus nō tunc lapis esse incipit/ cū in signū distinctionis erigiť sed tūc signū esse cępit q̄ prius erat sed distinctiōis signū nō erat. DIS intelligo. Sequiť aūt ut iuxta p̄missorꝫ ordinē nūc cometā describas.

p̄es soles

Iris apparet ante diluuium

De Cometa & bellis: sterilitate terrę, morte Principum & cęteris malis apparitionem cometis consequentibus. Capitulum .xxiij. MAG.

Cometes est exalatio terrestris / calida & sicca pinguis & viscosa: virtute astrorum ad supmā aeris ptem ęleuata: & ibidē incensa. Sunt tn̄ qui cometā exalatiōem dicunt subtilē nō inflāmatā: sed lucentē a lumine solis & astrorꝫ in ipsa incorꝑato. Generať hęc exalatio actione astrorꝫ in viscerihus terrę: maxime dum pori ꝑ frigus stringūť & egrediťcū per calorē resoluūtur. Non autē tota simul æleuať/ sed ps post partem ascendit/ & nouę continue generantur: a quibus etiā cometes in superioribus nutritur diutius/ & ipis impeditis desinit citius. Diuersificantur autem in quantitate figura & colore s̄m materię differentiam. unde si materia in medio bene cōpacta /in extremitatibus vero circumquaqꝫ rara fuerit: videtur quasi astrum crinosum. Si autē materia ęqualiter spissa/ sed in longum protensa sit. ut stella caudata apparet. Si autem cauda corpore rarior fuerit/ cernitur ut stella barbata. Raritas etiam & densitas materię colorem variant. secundū astrologos autem Cometa de natura Saturni: Cerulei aut plumbei coloris est: quę autem de natura Iouis alba ad instar argenti lucidi videtur: & quę de natura martis rubea: quæ de natura solis: ut aurum argento mixtum apparet: quę de natura veneris / spissa ut nubes cernitur. Mercurius autem cometeꝫ suum ceruleum demonstrat. Cauda etiam & caput draconis & aliarū cōstellationum naturę mutatiōem in his facere dicuntur: sed hæc ad p̄sens commemorasse non probasse sufficiat. DIS. non dum motum & fig-

Cometa

diuersitas cometarꝫ

astrū Crinosum

Colores cometarū

nificationes cometarum explanasti. MAG Cometes mouetur ad motũ continentis aeris: per diem naturalẽ circuendo terrã. Significações cometarum sunt varię, generaliores autẽ sterilitates/pestilentię & seditiones. Sterilitas quidem maxime ubi siccitas & caliditas intense nocere possunt. hæ enim cometã & antecedunt & sequuntur. Priuatur etiã terra eo tempore cõmuniter omni fœcundo humore. In terris autẽ paludinosis sequitur quandoque fertilitas. Pestilentię autem sequuntur: nam cum substantia cometæ/quę subtilis est & bene digesta/alię exalationes segregatæ tanquã impuriores & venenosę eleuantur. Vnde & tẽpore cometę ante aut post ventus/terremotus & ignitæ impressiones plurimæ fiunt. ex his itaque aer infectus & continuo inspiratus/vitalem spiritum debilitat/& tandem extinguit: ratiõe etiam siccitatis homines incendit. Mortẽ autem Principum cometa fortasse ex eo significare dicitur: quod Principes ut magis delicati vel intemperati ab aere corrupto citius inficiũtur. aut quod mors Principis unius plus quam multorum popularium diuulgatur. Seditiones autem cometę forsitan significant: quod ab aere ĩmutato nõ modo spiritus vitalis sed & animalis ĩmutatur: ad cuius ĩmutationem sensationes quorum principium est/variantur: fantasia perturbatur: appetitus irascibilis & concupiscibilis excitatur: ad cuius impetũ nõnunquã ratio condescẽdit. & his motibus similia diiudicat: & voluntas quęuis de se libera/secundum dictamen rationis imperat. Sed vir sapiens ut in libro septimo conclusimus cũ Ptolemeo/dominabitur astris. DIS. quinimo & fatidicis astrologis.

motus cometarum

significationes cometarum

sterilitas terrę

pestilẽtiæ

mors principum

Seditiões

De mixtis tertiæ compositionis: quæ sunt mineralia. Capitulum xxiiij. MAG

Vę sequũtur in ordine mixtorum mineralia sunt: videlicet lapides sales & metalla: quę ex vaporibus & exalationibus actione qualitatum primarum & calore cœlesti in terræ visceribus procreantur. unde Plinius. Fundus terræ preciosissimus est. ibi enim omnes influentię cœlestes confluunt & gẽmas preciosas causant. ratoine huius calor maximus circa centrum generatur. secundum Ptolemeũ & Calcidium. Hinc non nulli ibi infernum esse argumentantur. Nõnulli etiam terrã intrinsecus lapidem continuũ/variis tamen coloribus distinctũ asseuerant. DIS Dictorum generationes particularius tangas. MAG. Lapides ex vapore & exalatione cum luto viscoso permixta/actione longa diuersorum colorum & efficatię multiplicis secundum materię naturas producuntur. Pura autem terra lapis non fit. vincens enim in eo siccitas/ipsam coagulari non permittit. Vñ nisi undique irrigua esset aquis/sicut corpus animalis sanguine: partes eius non cohęrerent. Aqua vero lapis fieri potest / si vel guttatim cadens congelatur frigore/aut coagulatur virtute minerali. Quod ingenium Raymundus lullij in Lapidario luculentissime prosecutus est. Interdum etiam spuma aquarum in lapidem vertitur. ligna quoque in aqua/in lapides vertuntur. Arena item ex luto viscoso induratur.

Plinius ĩ specło naturali

Ptolomeus ĩ alma. Calcidius in thimeo

Plinius de mirabilibus mũdi

Lapidorũ generatio

terra non fit lapis

aque fit lapis

Auicenna de mineralibus

Aristo. 4 methaur.

Raymũd.

Auicẽ. li.

DIS. Sales unde fiunt? MAG. Ex vapore exalationi forti actione in diuersa proportione admixto/diuersi sales generãtur, ut sunt sal harmoniacum/vitriolum/nitrũ: similiter & sulfur: argentum viuum: auri pigmentum: arsenicum & similia. Quorum quæ facile ab igne fugiunt, spiritus dicuntur Humores pingues in terra putrefacti bitumẽ efficiunt. DIS. Metalla unde generantur? MAG. Imediate ex argẽto viuo & sulfure. Est quidem argentum viuũ substantia aquea mixta terreo subtili mixtione forti. Quod quidem prouenit si vapor subtilis exalationi purę/virtute caloris/proprie Solis/ per diutinas solutiones & coagulationes iungatur. Huius partem terreã quidam sulfur argẽti viui nominant: & in eius separatione multũ laborant. Claritateꝫ habet ab aqua & aere inclusis: mobilitatem continuã/ab humiditate & pondere. ꝙ autem non adhęret/habet ex siccitate extrinseca. Huius natura mirabilis multorꝝ ingenia in stuporẽ vertit. unde quidam ipsum calidũ/quidam humidũ/quidam siccum/quidam frigidum a dominio esse voluerunt Sulfur autẽ est ex unctuoso aereo terrestri subtili & igneitate decocto. Ex his itaqꝫ duobus scilicet argento viuo & sulfure diuerse coadunatis & in mineris terrę decoctis/diuersa generantur metalla. & ut quibusdam placet: si in terra manerent/ natura decoctõem argenti viui iteraret donec in argentũ stabiliretur: & sulfur in aurum verteretur. Sunt autem metalla. Plumbũ quidẽ ex argento viuo impuro grosso & fęculento & sulfure impuro productum. Stannũ ex argento viuo puro & claro & sulfure imundo generatur. Ferrum ex sulfure spisso/impuro & adurente/cum argento viuo modico & imundo creatur. Auruꝫ ex arg. vi. puro & claro & sulfure rubeo & mũdissimo nõ adurẽte actiõe solis effectũ. Cuprũ vel æs ex arg. vi. nõ oĩno imũdo/& sulfure rubeo & grosso natũ. Alchimistę arg. vi. mercuriũ nominant: ꝙ omnib⁹ metallis iungit: sicut Mercurius in influentia secundũ Astrologos cuꝫ planetis omnibus. Argentũ ex arg. vi. mundo & albo/& sulfure nõ adurente mũdo & albo procreat. Accidit autẽ metallis ductibilitas ex unctuositate & liquefactibilitas ex mixta aquositate arg. viui. Vnde q̃ plus de argento viuo participant/citius liquefiunt. sicut plumbũ & stannũ. per oppositum æs & ferrum. DIS. Calibs vero unde generat? MAG. Calibs est ferrũ purgatum & depuratũ per ignitiões & extinctiones multas. unde efficitur unctuositatis minoris & facilius ꝙ ferruꝫ frangit: nec omnino in pondere ęquiparantur. Auricalchũ autẽ est cuprũ per tuthiam coloratũ. Electri vero species tres inueniunt. una q̃ ex quodã gummi arborꝝ indurescit. quod & succinum dicunt. Alia ex partibus auri tribus & una argenti conflatur. Tertia autẽ naturalis est & in mineris reperitur: sophisticata ab auro vix discernit: & inter alias virtutes habet unde venenũ miro splendore prodat, hinc in precio est.

Marginalia: Sales — Spiritus — bitumen — arg. viuũ — Sulfur — plumbuꝫ — Stannum — Ferrum — Aurum — Cupꝝ. æs — mercuri⁹ — Argẽtum — ductibilitas — liquefactibilitas. — Calibs — auricalchum — de hac ambro ĩ hex. li. 3. c. 15.



De metallorꝫ transmutatione. Cap.xxv. DIS.

Estat de quo circa huius generis mixta te dissertuꝝ auidius expe cto. MAG. Quod est hoc? DIS. Metallorꝫ transmutatio: de qua Alchimistæ se iactant: si sit possibilis? MAG. Eorꝫ quorum materia est eadẽ/crebrã fieri transmutationeꝫ docuimus. Nũ terra in aquam & aqua in aerẽ/aer in ignem/& hæc omnia in mixti speciẽ trãsmutantᷣ? Sic cinis / & arena obscura in lucidissimi vitri substantiã actione ignis vertunᷣ. DIS. Transmutanᷣ si in p̃iacentem redacta fuerint materiã: aut saltẽ in eam/cuius forma formæ generandæ nõ repugnat.

MAG. Quid igiᷣ obstat quo minus hac via metalla in se transmutari possint: cum oĩm cõmunis sit materia? Ad hoc equidẽ multi philosophorꝫ per calcinationes/sublimatiões/solutiones & coagulatiões laborarunt: licet minus utiliter ꝙ veraciter. cũ artẽ naturę actionẽ secunduꝫ pręcisionẽ imitari/aut difficillimum sit aut oĩno impossibile. Magis tamen veritati appropinquãt: qui ꝑ principia naturę talem rẽ efficere student: q̃ sine fumo fluat: ignẽ nõ fugiat: substãtię metalli ꝑ minima mixta totũ quod minus in minera decoctũ est/celerrima actiõe cõpleat. Hoc iam cõpletũ/elixar. hoc ouũ & lapidem Phõrꝫ: & in suis principijs acetũ acerrimũ: lapidem nõ lapidem/mineralẽ: animalẽ: vegetabilem: sanguinem: terrã oculosam: urinam & oĩm rerum nomĩbus nominant: ut sub metaphoris & figuris fatuos & auaros a via veritatis secluderent: philo

sophistarum & naturę principia secretius rimantibus/ocultas naturę operationes panderent.ars eqdem in se nullius laboris/sed opus est mulierum: & ut aiunt ludus puerorum. Huius auctores praecipui fuere Hermes/ Geber Auicen. & hi quos turba philosophorum comēorat. moderniores autē Raymūdus Lulij. Arnoldus de noua villa. Alberthus magnus. quorum oīm unus finis sed procedendi modus diuersus/omnis tamen in limitibus naturę cōclusus: e quibus omnibus huiuscemodi transmutatōis possibilitas indubitata cōcluditur. Sed procul dubio ab his qui diuitibus & Principibus se iungunt & magna pmittunt/nequaquam attingit. Nā si scientię huius secreta noscerent sese utique ocultarent: de thesauro tanto gracias deo agerent: pauperibus benefacerent nec aliorum opibus indigerent. Ab illis aūt maxime cauendū: qui aut receptas probatas / nescio a quibus Magnatibus se habere gloriantur : lunam figere & ad gradus auri mediocris aut optimi tingere: mercuriū coagulare: partē cum parte & varia augmenta posse efficere mentiri non verentur. a quibus nimirū tot hominū milia decepti/& alieni auri cupidi/proprij suo quod habuere. in sumptuosis expensis largiores/omnino defecerūt & quotidie deficiunt: nec alieno periculo cautiores desistunt. Quod cū in magnū reipublicę detrimentū vergat/non ab re est si a magistratibus & a cōmuni bono prouidentibus / a fatua eorum psumptione coerceantur. videntur enim esse & de numero illorum de quibus Paulus apostolus scribit. Sēper discentes & nunquam ad scientiam veritatis peruenientes.

Autores alchimię

a quibus alchimistis cauendum sit

.ad thi 3.



De Vegetabilibus. Capitulū.xxvi. MAG.

Varīū genus mixtorꝝ est vegetabiliū:ut sunt herbe arbores. & cętera hmōi. DI. horꝝ originē pādas. MAG. Si diuini phī traditiōēm attēdim⁹: Hęc a primordio ex terra iussu Creatoris prodierunt cū ait. Germinet terra herbā virentē & facientē semē: & lignū pomiferꝝ faciēs fructū iuxta genus suū:cui⁹ semē in semetipo sit sup terrā. Ecce creator oīm vegetabilia sib in esse pdire iussit & un̄ se p multiplicatōēm indiuiduorꝝ in spē cōseruarēt in semetipis semē habere dedit. Et nō mō vegetabilib⁹/sed & cūctis aīantibus hoc fœcūditatis bn̄ficiū pstitit. De hac re diuū Augustinū & theologū & phm̄ excellentissimum in de Trini.li.3.dissererētē audiam⁹. Oīm qppe rerꝝ inqt q̄ corpaliter visibiliterq̧ nascunī/occulta qdā semina in istis corpeis mūdi hui⁹ elemētis latēt. Alia sūt.n.hęc iā ɔspicua ocul nostris ex fructib⁹ & aniantibus. Alia vo illa oculta istorꝝ seminū semīa. Vn̄ iubēte creatore. pduxit aq̄ prima natatilia & volatilia. Terra aūt prima sui generis germīa: & prīa sui generis aīalia. Neq̧.n.tūc hui⁹cemōi fœtus ita pducti sūt:ut in eis q̄ pducta sunt:vis illa cōsūpta sit:sed pleꝝq̧ desunt cōgruę tpamētorꝝ occasiōes qbus erūpant & spēs suas pagant. Ecce.n. breuissimus surculus semē est. nā cōuenieter mūdatus terrę arborē facit. Hui⁹ aūt surculi subtilius semen aliq̄d eiusdē gn̄is granū est. & hucusq̧ nobis visibile. Iā vo hui⁹ etiā grani semē:q̄uis oculis videre neqamus/rōne tn̄ cōijcere possumus/qa nisi talis aliq̄ vis esset in elemētis. nō pleꝝq̧ nascerenī ex terra q̄ ibi semīata nō essent. Ne caīalia tā multa nulla mariū fęmīarūq̧ cōmixtiōe pcedēte: siue in terra siue in aqua: q̄ tn̄ crescūt & coeūdo alia pariūt: cum illa nullis coeūtibus parētibus orta sint. Et certe apes seīa filiorꝝ nō coeundo cōcipiūt: sed tanq̄ sparsa p terras ore colligunt. Inuisibiliū.n.seminū Creator ipe Creator est oīm rerꝝ. qm̄ q̄cunq̧ nascēdo ad oculos nostros exeūt/ex occultis semībus accipiūt pgrediendi primordia & incrementa debite magnitudis: distinctōesq̧ formarꝝ ab originalibus tanq̄ regulis sumūt. Et infra. Ista qppe originalit ac primordialiter in q̄dā textura elemētorꝝ cūcta iā creata sūt: sed acceptis opportunitatibus prodeūt. Nā sicut matres grauidę sunt fœtibus: sic ipse mundus grauidus est causis nascentiū Et ut testať Ambro. in hexa. neq̄ quā fieri pōt ut nō aut seibus utanť uniuersa gignētia/ aut habeāt aliq̄ q̄ videanť cū vtute seminū ɔuenire. Et ut Aug⁹ sup Gen̄.li.5.disserit: arbor ex arbore p surculi plātatiōē; & ex seīe arbor/& semē ex arbore sed semē ex seīe nullo mō nisi pri⁹ interueniat arbor nasceť. DI. luculētissime doctor hic egregi⁹: q̄ aīo meo de his insidebāt dubia dissoluit. Mirari eqdē āplius nequeo cur ex terra puluerisata/cribrata/& oī hūana industria seibus euacuata: sponte pullulāt plātę: & qdē in figura / vtute/ coore sapore & spē diuersę. Sic & de his q̄ in aq̄ supficie videnť oriri: qa elemēta (q̄ in supioribus apud nos pura nō esse aiebas) seibus taliū sūt impgnata. Sed ɔgruę tpamentorꝝ occasiōes qbus ea erūpe dixit q̄ sūt?

Moyses Gene.1.

Aug⁹. de trini.li.3. c.8.

oīm rerū in elemētis latent semina

idem.c.9.

li.3.c.6.

Augusti.

MAG. has q̄litatū primarū actões & cœlorū influxus in pportiõe naturę xcurrẽtes intelligo: & accidẽtes eãs (ut ipẽ doctor ait) s̄m naturam forinsecus adhibitas. His eqdẽ ea q̄ secreto naturę sinu abdita cõtinent: & foris creant q̄dãmõ explicãdo mensuras & nũeros & põdera q̄ in occulto acceperunt ab illo: q oĩa in mẽsura & nũero & põdere disposuit. Idẽ sed diffusi⁹ li. 6. sup Gen̄. psequit & oĩa primit⁹a deo creata fuisse: & p sęculi tractũ ex occulto in manifestũ locis cõgruis exerenda testatur.

ibidẽ ubi supra. li. 3 de trinita

Sapie. 11. Aug. li. 6. sup. Gen̄. ad litterã

De Cremẽto & distinctiõe plantarū. Ca. xxvij. MA.

Irus nãq; & influxus cœlestis supficiẽ terræ penetrãs ptes subtiliores: qbus dicta seialis vis occulta inẽ: in fumũ resoluit: rursusq; cõdẽsat & in radicis spẽs trãsfigurat. Hęc infixa terræ tanq̄ matri v̄tute caloris ɔnatalis & supcęlestis: hũorẽ terrę circũiacentis alterat: & q̄d naturę suę ɔueniẽs attrahit & in sui & plãtę subãm ɔuertit. Vn̄ plãta radice loco oris / q̄ nutrimẽtũ accipit & medulla p stomacho / corde & epate utit: ĩ qb⁹ acceptũ nutrimẽtũ digerit & digestũ ptibus singl'is per venulas subtiles trãsmittit. Stipitẽ p corpe medullã cõtinẽte: corticẽ p cute stipitẽ ptegẽte. Folia aũt ad fructuũ defensionẽ & nodos loco neruorũ mẽbra colligãtiũ accipit. Fructũ v̄o in usũ viuentiũ & ornatũ uniuersi / semẽ insup p spẽi cõseruatõe gignit. Et ĩ hæc q̄; elemẽtorū ptes pportionabilit distribuit. Terreũ nãq; q̄d multũ ẽ in stipitis & durarū priuq subãm transit. hũidũ aquosũ q̄d parū est in folia & corticẽ. Aereũ subtile q̄d est min⁹ in florẽ. q̄d aũt viscosũ in fructũ assumit. In eo aũt q̄d sementis vices agit / igneũ q̄d minimũ ẽ delitescit. Per terrã cohęret: p aquã se diffundit / p aerẽ & ignẽ plãta cõsurgit. DI. plãtas igit q̄ttuor elemẽtis cõstare asseris? Ma. Etiã. DI. Cur igit nõ in aq̄ aere aut igne quẽadmodũ in terra pullulãt aut nutriuntur: cũ & in his q̄; singulis singl'a elemẽta pmixta sint. Ma. elemẽta apud nos & fortasse ĩ toto uniuerso iã nõ pura sed sibi ĩ oĩbus mixta. Ambro. affirmat. & in naturalib⁹ exercitato facile pbat. Plãtas aũt nõ in singulis oriri oĩbus manifestũ. Hui⁹ aũt cãm (qa q̄ris) ex supioribus accipe: cũ terreũ in oĩbus abũdare: cętera aũt in q̄titate mĩore: & a terra cohęrentiã plãtis inesse oñsum ẽ. hinc in terra figunt & sufficiẽs nutrimẽtũ inueniũt. In aq̄ aũt ad tpus nutriri sed figi nõ pñt (paucis dẽptis) in aere v̄o diutius aut nutriri aut figi pter sui subtilitatẽ nequnt. In igne ab excessiuo calore citius ẽmarcescũt. DI. oẽs itaq; plãtas a dñio terreas asseueras. Ma. ita sentio. DI. uñ ergo q̄sdã calidas & hũidas multi scribũt: cũ neutra harū q̄litatũ terrę ɔueniat? Ma. In plãtis si ptes ĩtegrales cõsideras ĩpas terreas a dñio dephẽdes. Si aũt ptes v̄tuales & q̄litatũ gradus attẽdis: q̄sdã calidas & siccitas: alias calidas & hũidas: alias hũidas & frigidas: nõnullas etiã frigidas & siccas ĩuenies: & hoc vel in gradu prĩo scd'o tertio aut q̄rto secũdũ qualitatũ intensiones & remissiones / nã secundum has: sir & ptium elemẽtalium / in proportione multiplici variant plantæ: non modo in virtutibus verumetiam in fœcunditate modo germinandi & effigie. Creator equidẽ omniũ (ut præmisimus) vim hæc oĩa cõtinentẽ sic indidit; ut congruis tpamentorū occasionibus q̄d in secreto naturæ sinu

Ambro. ĩ hexaeme. li. 3. c. 14

Ambro. ĩ hexaeme. li. 1. c. 6

Varietas plantarū

abditum est/in ppatulum prodire possit. Vnde quædã sunt q̃ ex radice unicum stipitẽ habẽt: ex quo rursus rami/& ex his folia pullulãt. & sunt arbores. Quædã ex radice nõ stipitẽ sed ramos & ex his folia generant: & sunt frutices. Quædã ex radice nec stipite nec ramis medijs folia germinant & sunt herbę. Ex oleribus autem sunt quę ex una radice stipites & ramos multos accipiunt. Et rursus quędã fructificant/q̃dam sine fructu omni tpe manent. Fructiferę s3m digestiones semel tantũ aut pluries in anno fructificãt. Fructũ autem aut sub folijs super folia/in medio sub cortice: a stipite aut a radice pducunt. Amplius q̃dam oleum stillãt quędã folia nõ habent: q̃dam etiã floribus carẽt. Omibus aũt ut ait Plinius inest sexus diuersitas. in eadem vero planta teste Phõ/uterq; sexus non reperit. Ab auibus semen deuoratum & ęgestũ integrũ/si in rimam corticis ceciderit nõnunq̃ pullulat. fitq; ut in quercu aliaue arbore cerusus aut alterius generis planta repiatur. In his autẽ quæ per surculi insertionem/in alieno stipite crescunt: natura stipitis in surculi naturam cõmutatur. Sed his finem faciamus. Nam ut ait. s. Ambrosi⁹ in hexaemeron: li. 3. c. 15. Inexplicabile est singulaꝝ rerũ pprietates exquirere & vel diuersitates earum manifesta testificatione distinguere: vel latẽtes occultasq; causas in deficientibus aperire documentis. Et rursus. Quis autẽ possit cõpręhendere varietatẽ/spẽm gratiãq; pomoꝝ: singulaꝝ q̃q; utilitatẽ arborum fructuum/succoꝝq; proprietatem.

Plinius
Aristote.
Ambro.

De Animalibus Capi. xxviij. DIS.

D sequentis igitur ordinis mixta descendas. MAG. Quæ sequuntur quinti generis mixta & aĩalia sunt irrationalia q̃ in pręsenti quadruplici ordine distinguimus. Sunt em̃ quædam ut ait scriptura volatilia/q̃dam natatilia/quædã reptilia/& q̃dam gressibilia. Quorũ exordia ppagationes & naturas in medium ferre / ingeniũ vacillat: calamus tepet: & epitomatis breuitas non admittit. DIS. Saltẽ quę iam in pmpto sunt verbis planis succinctaq; oratiõe in uniuersali patefacias. MAG. Facile quidem tuis petitõibus acqescerẽ: sed ea breuitate quã expetis & obscurus fio & ęmulis quibus me feriant iacula administro. verũtamẽ non illis/sed tibi optime indolis adolescenti in hoc epitomate obsequi statueram ut petis pręmemorato ordine singula sub breuitate transcurram. DIS. probe.

Gene. I.

De Volatilibus & generatiõe ouoꝝ. Ca. xxix. MA.

Volatilia

Olatilia aues sunt quę alis seipas per aera quo tendunt mouent. Hoꝝ primordiale exordiũ similiter a Creatore est qui distincta elemẽta p capacitate sua viuentibus decorauit. aera qdẽ volatilibus/aquã natatilib⁹ terrã gressibilib⁹: & hæc utraq; reptilibus. ignẽ autẽ qui ppter sui subtilitatem & siccitatem viuentibus habitaculum pręstare non potest: a viuenti aĩa nudum reliquit. DIS. Hęc legislatoris historia pandit. naturalẽ volatiliũ generatõem ędoceto. MAG. volatilia qa se in numero cõseruare non possunt (qm̃ corruptibilia sunt) ab

auctore naturę dicēte. Crescite & multiplicamini: ꝓpagatōis vim accepe runt: qua se in specie cōseruēt. Fit aūt hęc ꝓpagatio p seminis decisionē, unde & in ipis sexuū discretio est: & nos in sequentib⁹ masculū gallum/& fęmellā gallinā appellabimus. His equidē duobus coeuntibus: in matrice gallinę/oua cōcipiunt: & ex illis pulli nascunt. primū de ouis demū de pullorum formatiōe tractabimus. DIS. Oua unde aut quo modo generant? MAG. ex spermate gallinę: cui⁹ ps humidior ad extremitates se expandit & fit albumen: terrestris vero ad centrū se contrahit & fit citrina: & vitellus dici solet. & hęc duo ꝓpter naturę diuersitatē telis puis sepantur. In qbusdam tñ ꝓpter caloris debilitatē: colores hi distincti non sunt. ut in ouis pisciū. Ouū cōceptū calore matricis cui colligatum est vegetat/donec ad cōplementū pueniat. exinde vinculo q̄ matrici iungit rupto in lucem ꝓdit eo ordine ut ps acuta q̄ matrici adhęrebat ultio exeat. testa in ventre mollis est ne pturiēdo lędat. mox autem ędita frigore durescit. Ouātibus nō eadem est natura: nā qdā semel tantū in anno pturiunt. ut rapaces. qdam pluries ut colūbę. gallinę autē domesticę multotiēs: & hę cito deficiunt: quoniā cibus in sperma transit. DIS. Scite hæc dicta videtur. Sed ad quid galli coitum necessariū arbitrare: cum ouū ex solo gallinę (ut ais) spermate formet. MAG. ut seminalē spiritū imittat: quo ouū & sustentatur & fęcunditatem accipit. uñ gallīa sine gallo ouās aut ex inani alteri⁹ gallinæ cōcubitu aut osculo vel olfactu galli vel flāte zephyro: oua qdē parit sed sterilia: quę oua venti appellant: fit autem hoc sępius. non enim gallina tantū quantum gallus coitū appetit/ideo multis gallinis gallus unus sufficit.

de ouis

ouātium diuersitas

foecūditas oui

De pullorū ex ouis generatione: formatione & diuersitate Capitulum. xxx.

MAG. Va itaq; galli cōcubitu concepta a gallinis nōnunq̄ a gallis/interdū alternatim ab utrisq; fouentur. Albumen q̄d calidū est & humidū: in quo & vis seminalis a gallo transfusa latitat: calore incubantis alterat & in triduo vel circa / guttula q̄dam sanguinea in albumine/versus oui acumē apparet: ex qua cor pulli formatur. Fitq; circa idē vena magna in umbilicos duos ramificata: quorū alter ad telā vitelli /alter ad eam qua pullus cōtinet ꝓtendit. p primū pullo cib⁹ de vitello mīstratur reliquus secundinę deputat. DIS Substātiā igit pulli ex albumine: nutrimentū vero ex vitello asseris? MAG. Sane. In argumentū huius accedit q̄ vitellus cōtinue minuit/ & si q̄d residuū est nascentem pullum in umbilico seqtur: ut statim natus cibum habeat cōuenientē: in pfectis autē umbilicus iam nō apparet. DIS. nō dū nascentis cōditōem: sed exurgentiū membrorū formatōem q̄ro. MA. in decē diebus omnia mēbra pulli manifeste apparent/ & inter hęc caput maximū. sequētibus decē fortificant/& ordinatius distinguunt: & a spiritu vitali singula viuificant. ita ut die vicesima pullus iam vociferare incipiat. Hæc autē est positio ipsius in matrice/ ut caput supra pedē dex/

de nutrimēto pulli in ouo.

trũ habeat/ & ala dextra caput tegat. Omĩs tamẽ in pedes nascit̃ ex acu-ta oui parte. Ex ouis aũt oblõgis galli: ex rotũdioribus gallinę freque-tius generant̃. DIS. Sed quid de ouis in quibus nõnunq̃ duo vitel-li cõspiciunt̃? MAG. Hęc ex duplici coitu: p aggregatõem duorum spermatũ concipiũtur. Et siquidẽ sit tela utrunq̃ distinguens/gemellos sinaũt pullũ mõstruosum p̃creant. Vultures autẽ ut refert. s. Ambro. in hexaemeron li. 5. c. 20. sine cõcubitu cõcipiũt & generãt. Et de carnib⁹ p̃mortuę Phenicis humore vermis exurgit & processu temporis in pri oris speciem reperatur.

vultur

Phenix

Ambros

idẽ. c. 23.

De mẽbrorũ in pullis diuersitate Ca. xxxi. DIS.

Nde q̃so tantã in organis & mẽbris volatiliũ diuersitatẽ: natu-ra ingeniauit? MAG. de interiorib⁹ si q̃ris ea ad op̃a vegeta-tiuę necessaria ex his q̃ post hac dicemus: cognosces. Exteriora vero ad alia op̃a. maxime autẽ ad ea q̃ p̃dę deputant̃ accomodata sunt. Vnde quibusdã visum acutiorẽ: alijs autẽ obtusiorem dedit. Acutum quidẽ rapacibus. ut a remotis p̃dam cognoscant: cęteris v̾o q̃ circa ter-ram aut aquas versant̃ obtusiorem: quia alimẽto sunt p̃p̃iquiores. Pal-pebras habẽt mẽbranules nõ carneas: nec oculos nisi p inferiorem clau-dunt: p̃pter duriciẽ corij cõtinẽtis caput. Dentibus carẽt & pro his utũ-tur rostris/quæ rursus in rapacibus acutiora sunt & adunca. ut prędam capere & captam facilius dilaniare possint/quoniam carnibus vescun-tur: ideo etiã ungues cęteris habẽt magis aduncos. In aquaticis rostra sunt lata: ut ipsis pro hamo: & collo p arundine hami/ & pedibus latis: (quorum & digiti membranis ligantur) pro nauigio utantur. loco an-teriorum pedum alas habent. volando se cauda dirigunt. Pectus ẽ acu-tum ut volando paucum aeris moueat & aera citius diuidat. carnosum tamen est ne ex frequenti aeris ĩpulsione aut ledatur aut interiora infri-gidantur. Nõ mingunt quoniam parum bibunt: & si quid superflui se-patur in plumarum substantiam vertitur. Cætera particularius inqui-rere non est præsentis negocij: Sunt enim. ut ait Ambrosius auiũ gene-ra diuersa/quę memoria aut cognitione compręhendere quis possit?

Ambo. in hexa. li. 5. c. 22.

idem. c. 14

aues non mingunt

idẽ in eo.

De aquatilibus Capitulum. xxxij. MAG.

B aere itaq̃ in aquã delapsi eã si possum⁹ trãsnatabius. spaciosũ & magnũ equidem est mare/ & illic reptibilia quorum nõ est nu-merus: & animalia inquit p̃pheta pusilla cum magnis. DIS. Et qui hæc viderunt? MAG. Qui descendunt mare in nauibus facien-tes operationem in aquis multis. ipsi inquit viderunt opera domini & mirabilia eius in profundo. Plura equidem in mari quã in terris sunt. ait Ambrosius in hexaemeron Et ea quæ in terris viuũt: ab his sibi no-mina vendicarunt/eo q̃ prius in mari ista ceperunt: diuersis quoq̃ flu-minibus. Et ea quæ timemus in terris: amamus in aquis. Etenim no-xia in terris in aqua innoxia sunt. Atq̃ ipsi angues sine veneno. Leo ter-ribilis in terris; dulcis in fluctibus sic videre est de cæteris. Verumtamẽ

Psal. 103.

Psal. 106.

Ambr. in hexaeme. li. 5. c. 2

II. 2. sente. distin. 15. ut testatur Petrus Lombardus omnia creata sunt inoxia, sed ppter peccatū facta sūt noxia. Nihil itaq; homi nocuissent si nō peccasset, sed hęc theologię res;uātes ad ppositū reuertātur. DI. videris astruere & aquatilia per creatiōem in esse prodijsse. MAG. Moyses hęc docuit. Dixit em̄ deus (ut ait) producāt aquę reptile anię viuētis. Omne aūt q̄d natat reptandi habet vel spēm vel naturā. ut asserit Ambrosius. Et ne hęc in seipsis deficerent, ipis generatōis fęcūditatē creator cōicauit dicens. Crescite & multiplicamini & replete aquas. fit autem plerūq; hæc generatio per semīs propagatōem: Vnde & in aquatilibus seu piscibus sexuū discretio est: & in pluribus corpis mole patet. Nam fęmię maribus & maiores sunt & longiores carne quoq; duriores reperiuntur.

Gene. 1. Ambro. ubi supra c. primo

discretio sexus ī piscibus

De pullificatione piscium. Capitulum tricesimumtertium MAG.

Vi sexu discernunt̄ ventr̄ attritiōe coeunt: tanta autem celeritate ut visum fallant. ordinē tamē naturę seruant in sexu & genere ut nunquā piscis cum alterius genere pisce cōmisceat̄: dēpta murena: quæ sibilo viperæ ad littus æuocata cū ea coit. ut refert Ambros. ī hexaemeron. Tempe itaq; coitus par cum pari ambulat: fęmella oua cōcipit in matrice: quæ tamē nō pficiunt̄ donec pariāt. tunc em̄ mas eas subito sequitur & semine suo aspergit: aspersa ab aqua: ut a blanda nutrice fouēda suscipiuntur: post diem albescunt, dehinc oculi apparere incipiunt & celeriter complentur. maxime autem si multo semine perfusa fuerint. Primum ex residuo oui humore, dehinc ex aqua nutriunt̄. Quæ autem masculino spermate tacta non fuerint sterilia manent. Foemella etiam maiorem partem suorum ouorum partus tempore deglutit quod fortasse sagax natura prouidit ne tot unda piscibus impleatur hinc etiam magni corporis pisces paucorū insectores sunt. DIS. quid autem de his quibus non inest sexus diuersitas? MAG. in omnibus utrunq; sexu3 esse astruunt, sola dempta anguilla: quæ scopulis se atterit: eaq; strigmenta virtute influentiarū viuificata in anguillarum speciem transeunt, vel ut ait Philosophus viscositatem per aures concipit: atq; foetum generat. Quidam etia3 e pisciū genere rore cęlesti (ut aiūt) concipiuntur, sicut ostreę & quæ in conchilibus degunt: & quidem ex limo & putredine ęrumpunt. DISCI. Facile his fidem habeo: cum sermonem diui Augustini de mundi foecunditate mente reuoluo.

Ambro. ubi supra c. 7.

murena

anguilla

Aristo. 5. de aīalib⁹

De diuersitate membrorum in genere piscium Capitu. xxxiiij. MAG.

Et in hoc genere animantiū, natura in membrorum distinctiōe defecit. Vnde primū corpus oblongum ędidit: quo aquas facilius diuidant id quoq; corio leni aspero squamoso aut spinoso tegit: loco manuū pedūq; brancias & pinnulas quib⁹ se moueāt ordinauit

ibi, c. 14.

Pisces corpus habent oblongum

Cauda aũt natãdo omẽs se regunt/hãc etiã cũ dormiũt pauper mouẽt. asserit Plini⁹. Sensuũ vias habẽt occultas/ne aq̃ ledant/pter oculos qui dariores sunt: nec colores medios discernere ppter visus debilitatẽ faci- le possunt: ob id & piscatores eo colorꝶ genere utunt sępius. Nõ spirant Quod nobis est spũs/illis est aqua. Sicut nobis spũs ita illis aq̃ viuen di ministrat substantiam. brancias habent. quas nũc plicant & colligũt: nunc explicant atq; aperiunt. In hanc ergo collectiõem & apertiõem dũ suscipitur aqua/& transmittit ac penetrat respirationis munus implet/ pulmone itaq; carent. humorẽ sanguini pportionatũ possident: linguã habẽt sed nõ undiq; discretã a palato. Dentes sunt ipis ex utraq; man- dibula acuti & pminẽtes: ut cibũ in ore tenere: diuidere & cglutire citi us possint: ne humiditate aquę effluat. DIS. Si aqua nutriuntur ut p̃ missum est/dentibus nõ indigent. MAG. aqua quidẽ nutriũtur: sed non pura: sed ea quae viscositatibus terrenis impinguata est. ut est plu- uialis & p stercorum loca transiens. Nec illa solum verũetiam/vermib⁹ herbis stercoribus/carne/pane. & generaliter semp minor est esca maio ioris ita ut tempore pullificationis etiam nonnulli pullos deuorent. Ha bitatio eorum confusa non est. sed ut ait Ambrosius. Hoc genus pisciũ in illo sinu maris alitur/illud in alio: & quod hic abundat, alibi deest. Fo uendi tamen partus necessitate quidẽ loca mutant. Hæc de aquatilibus cõmunibus accipienda arbitror nõ de singulis monstris marinis. Nũc stilus undarum procellis madidus terras reuiset: & alis excussis: reptilia gressibiliaue peruolet.

Plini⁹ in specło naturali

Ambro. ubi supra ca.4.

de nutrimento piscium

habitatio pullorꝶ

idem. c. 8.

De Reptilibus & Gressibilibus. & quare deus tã diuersas rerꝶ spẽs cõdidit: quę etiã nobis nociue & inutiles videntur Capi. xxxv. DIS.

Eptilia quae dicis. MAG. Quæ corporis contractiõi & exten sioni innituntur: quibus se in anterius mouent. parte equidem anteriore se extendunt. qua si aliquid solidi apprehendunt: reli- quum corporis post se trahunt. Et hęc rursus trifarie partiuntur. Sunt enim quae squamis pro unguibus/& costis crurium loco utũtur. & ser pentia dici possunt ut colubri. Et sunt quæ ore solidum comprehendẽ tes se trahunt: quæ trahentia dici solẽt. ut vermes. Et sunt quæ quãuis pedibus moueantur: magnam tamen corporis partem terrę applicant/ & cõmuni nomine reptilia appellantur: sicut lacertę/stelliones & plures vermium species. Quæ vero pedibus gradiuntur duobus pluribus ve semper tamen equalibus/& reliqua corporis parte terræ non innitun- tur/gressibilia sunt. Et hæc omnia Conditor rerum ab initio verbo suo ine se prodire iussit dicens. Producat terra animã viuentẽ in genere suo iumenta & reptilia & bestias terræ secũdũ species suas. DISCIPV. Quid Creator significare voluit tanta animalium diuersitate/cũ mul- ta sint humano generi non modo inutilia verumetiam nociua? MAGISTER Noli ponere os tuum in cœlũ/aut in altum extollere

Serpẽtia

trahentia

Reptilia

Gene. i.

cornu tuū & loqui aduersus Deum iniquitatē. Sed pone ori tuo custo-
diā: & ostiū circūstantię labijs tuis: & prohibe linguā tuam a malo & la-
bia tua ne loquanť dolum. nō enim potuerunt a Deo bono nisi bona fi
eri, ut & Plato affirmat. & Augustinus in Enchyridion c. xi. Naturę igi-
tur omēs qm̄ naturarū prorsus oīm summe conditor bonus est: bonę sūt.
& in de ciuitate dei li. undecimo nullā oīno naturā malā astruit: sed a ter
renis usq; ad cœlestia inqt/ & a visibilib⁹ usq; ad īuisibilia sunt alia bo-
na alijs alia meliora: ad hoc ineq̄lia ut essent omnia q̄ artificis sapiētia me
tiēda sunt. Faciūt eñ oīa ad decorē uniuersi queadmodū mľtę rerū speci
es diuersis colorib⁹ a pictore in eodem pariete effigiatę. Et sicut in specie
visibili hominis/ si unū radať supciliū/ q̄ propemodū nihil corpori &
q̄ multū detrahitur pulchritudini. unde & Ambrosius in Hexaemeron
Singula eorū q̄ generanť e terris specialē quandā rationē habēt: quę pro
virili portione cōplent uniuersę plenitudinē creaturę. alia ergo esui alia
alio nascunť usui. nihil vacat nihil inane germiat terra. quod tibi putas
inutile/ alijs utile est: imo ipsi tibi frequenter alio est usu utile. Quod es
cam nō adiuuat/ medicinā suggerit: & sæpe eadē q̄ tibi noxia sunt/ auib⁹
aut feris innoxiū ministrāt pabulum. Et rursus. Laudant etiā dracones
Dn̄m: quia natura eorū & species cū videť nō minimū vel decoris osten-
dit vel inesse rationis ostendit Non igitur oportet res insipiēter vitupe
rare. inquit Augustinus. Sed utilitatē rerū diligēter inquirere/ & ubi in
geniū nostrū vel infirmitas dficit ita credere occultā sicut erāt q̄dā q̄ vix
potuimus inuenire: quia & ipsa utilitatis occultatio aut humilitatis ex-
ercitatio est aut ęlationis attritio. Et quæ noxia putas /homini quadru-
plici ratione cōueniūt. ut ait idē sup Genesim. Aut enim pœnaliter ledūt
aut salubriter exercent: aut utiliter probant aut ignoranter docent. unde
diuus Hieronym⁹ sup psalmo 91. super illo. q̄ magnificata sunt opera
tua domine. Marcioni & Manicheo hereticis quęrentibus. Si deus om-
nia in utilitatē hominū fecit. quid culicē/ cinicē ac pulicē necesse facere fu
it? Respondet dicens. ut ostendereť tibi fragilitas tua qui cognitionē tu
am in cęlū ponis: respice morderis a culice & contremuisti: quid in cœlū
ęrigeris qui a culice vulneraris? Sed longius ęuagantē calamū ad ppo-
sitā methadum reuocem⁹. DIS. Operæpretium est ne quā cœpimus de re-
rū origine disceptationē descendente sole truncatam relinquamus.

Plato in thimeo. Aug. d ci. li. 11. c. 12. & lib. 83. q. idem ubi supra. Ambro. i hexaemer li. 3. c. 9. Augusti⁹ ubi supra de super Gene. ad litterā li. 3

De multiplicatiōe animaliū diuersis modis p multa. S. Augustini dicta. C. xxxvi.

MAVi & reptilia & gressibilia condidit: ipsis specierū conseruationē
per seminis propagationē concessit, dicens. Crescite & multipli-
camini & replete terrā. Est itaq; & talib⁹ sexuū differentia: quib⁹
coeuntibus ex semine in matrice fœmellę fętus formaľ: Salamādra dēp-
ta: quā sexus diuersitatē insciā aiunt. Lacertulos quoq; & Cocodrillos/
Tortucā & Cameleonē inter quadrupedia ouare / naturæ inquisitores
asseuerāt. DIS. Nū & ex reptilibus q̄dā sine semīs propagatiōe ex pu

Gene. I.

F

tredinibus qbusdã exoriri cõspicim⁹? MAG. Etiã fili Sũt em (ut ait diuus Aug⁹ in de ciui. dei li. 15. c. ultio & de tri. li. 3. c. 8 & sup gen̄. ad literã li. 6. & 5. & in 3. de tri c. 9) q̄ de qbusq; reb⁹ sine cõcubitu ita nascũtur/ut postea concũbant & generẽt. sicut muscæ. Alia vero in qbus nihil sit maris & fœīę. sicut apes: q̄ semina filior̃ inqt nõ coeũdo cõcipiunt/s; tanq; sparsa p terras ore colligũt Oĩa enim q̄ sequẽtib⁹ erãt ęuoluenda tpibus/primitus deus simul creauit cũ faceret mundũ. Sed quõ? In semine inqt oĩa producta sunt primit⁹ nõ mole magnitudĩs/sed in potentia causali & rursus Multi hoĩes nouerũt ex qb⁹herbis aut carnib⁹aut quarumcũq; rer̃ quibus libet succis & hũoribus/vel ita positis/ vel ita obrutis vel ita cõtritis vel ita cõmixtis q̄ aĩalia nasci soleant. Et hor̃ q̄ ex corruptis aĩaliũ corpibus nascunt: in primordio nõ nisi materialiter q̄ vero ex terrra/aquis vel eis q̄ terra germinãte orta sunt Mãgr in Sen. li. 2. di 15. tota creata nõ negat. DIS. Nunqd vero q̄ p seminis ꝓpagatione & rer̃ putrefactõe; nascunt eiusdẽ speciei censenda sunt? MAG Sunt utiq; nã quę ex putredine oriunt/postea concũbunt. ut visum est. Quod vero Auerrois Auicennę impingit oĩa nata p ꝓpagatione etiam nasci posse p putrefactõe; nõ nisi in ĩperfectis accipiendũ est. hominẽ eq dem ex putredine nasci quis sanæ mentis asseruit?

Augustĩ

Magister sententia

Auerrois

De modo propagatiõis animaliũ & formatõe corpis hũani: ac natura semĩs siue spmatis. C. xxxvij

D. Odum itaq; ordinẽ ac tempus conceptionis: formatõis ac part⁹ singulor̃ discurras. MAG. Rem petis fili quã non tẽpus nobis cõcessum/non ingeniũ/nec cõpendij hui⁹ breuitas admittit: de his autẽ uniuersaliora intelliges: si ad humani corporis cõstitutiõe; stilo habenas laxabĩus. DIS. Si itaq; iuxta Comici verbũ: nõ potest fieri quod volo/velim ergo q̄d fieri possit. MAG. Homini perfectum compositiõis gradũ qui est sextus attribuũt: cum sit quodãmõ finis oĩm/ & aĩantiũ perfectissimũ. huius corpus sator mundi in principio de limo terrę formauit. ait scriptura. & eidẽ spiraculũ vitę insufflans/ adiutoriũ ex costa una fœcit: & ipsis cõiunctis creata subiecit & gignendi virtutem cõmuni verbo indidit: dicens. Crescite &c. scilicet per seminis propagationẽ. Nã masculũ & fœminã creauit eos: qui se tpe/modo/ loco & ordine naturali cõcumbant: cœlor̃ influxu cõcurrente sibi simile procreant. Homo em inquit Phũs & Sol generant hoĩem. DIS. Ne noĩm obscuritas intelligendi semitã ꝑcludat: seminis rõem afferas. MAG. Semen q̄d & sperma dicunt: est pars utilis ultimi alimẽti post tertiã digestionẽ decisa: & pro conseruanda specie in vasis seminalibus (q̄ sunt testes) cõseruata. Hoc nõnulli ab epate: alij a cerebro: alij vero ab oĩbus membris deriuari cõtendunt: quor̃ sententię cõtrariæ non sunt: si semen ab epate principaliter/a cerebro pro parte maiore/ & ab oĩbus mẽbris originaliter descendere intelligimus. Manifestũ tamẽ in supflua eius ęmissiõe corpus totũ debilitari ac tandẽ ęmori: quod heu multis euenit: qui facti sũt

Therẽti⁹ ĩ eunucho

Gene. 1.

Semen

1. phisicor̃

Aristo. 1. de generat.

ficut equus & mulus quib⁹ nõ est intellectus. Cũ enim sit ex substãtia alimenti ultimi utilis & vitalis perfusa spiritu: in eius inordinata deiecti one alimentũ membris & vita corpori subtrahit. Multũ itaq; coeuntes citius deficiunt & moriunt. ut patet in passerib⁹. Eunuchi vero teste Galieno diutius viuere possunt. Sed de hac re post hęc si placuerit: medicorũ libros diligẽti⁹ pspicias: nũc quod cępimus sub breuitate percurram⁹.

Galienus

De formatione corporis humani in utero materno. Capitulũ xxxviij. MAG.

Seminibus itaq; viri & mulieris decisis/& in matrice fœmellę receptis/uniunt unitiua virtute & actione qualitatũ alterant. & ut phisici tradunt: diuus quoq; Augustin⁹ li. 83. q. q. 56. testat: in primis sex dieb⁹ totũ quasi lactis aut spumæ formã accipit. sequẽtibus tribus est inceptio linearũ & punctorũ vesicularũ. post hęc diebus sex penetrat in toto sanguinitas. Sequẽtibus duodecim solidat in carnẽ & extendit humiditas nuche. Deinde post dies nouẽ separat caput ab humeris & extremitates a lateribus & ventre: & usq; ad perfecta mẽbrorũ lineamenta format: ut q̃ttuor seq̃ntib⁹ diebus singula discerni possint Primũ tamẽ mẽbra principalia formant q̃ sunt cor/epar/cerebrũ & seruientia ut umbilicus: stomachus: testiculi. de hinc his propinq̃ ultio manus pedes & reliq̃. Constat enim humanũ corpus multis diuersisq; membris videlicet venis/neruis/arterijs/lacertis/musculis/ossibus/cartilaginib⁹ adipibus/carne. Cute insup & q̃ttuor humoribus: q̃ sunt Sanguis: Flegma: Cholera & melancholia. Ex his autẽ cętera q̃ sunt cor epar cũ alijs in humana effigie cõspectis: constant. quarũ creatões p virtutes q̃s quidã digestiuã/formatiuã/assimilatiuã & cõcauatiuã nominãt: speciali⁹ distinguere epitomatis breuitas fastidit. Verũtñ hoc silẽtio trãsire non licet q organisatões motus similit & ptus tpa variant/si est calor fortior & complexio melior. uñ corpus viri citi⁹ format corpe mulieris. Sed rursus in utroq; est diuersitas. Nã masculi corpus ad minimũ in 35. diebus format. & in tali motus vitalis incipit die septuagesimo: partus vero in mense septimo explet. Si vero corpus q̃dragesima die formatũ sit: mot⁹ est die octogesimo & partus in mense octauo: & illi freq̃ntius moriunt. Quod si corpus in 45. cõpleatur die/motus erit die nonagesimo/& partus mense nono. Corpus autẽ fœmellæ nunq̃ ante q̃dragesimũ diẽ/ sed cõmuniter q̃dragesimo quinto cõplet: & in tali motus die nonagesimo & partus mense nono seq̃tur: qui est cõmunior & partui cõuenientior. Vñ in 2. Macha. c. 7. legim⁹ matrẽ septẽ fratrũ uni dixisse. Fili mi miserere mei q̃ te in utero 9. mẽsibus portaui. Si aũt corpus 50. die pfectum sit ait decem motus in cẽtesima & ptus mense decio seq̃tur. Natũ tñ femellę corp⁹ citius q̃ masculi cremẽtũ pfectũ attigit. Patet itaq; iuxta Macro. doctrinã de somno Scipiõis quõ dies q̃ sũt ab hora cõceptiõis usq; ad diẽ motus triplicati nũiũitatis mẽsem indicãt mẽsi cuilibet 30 dies tribuendo. hñt em õia aĩalia certũ piendi tpus scribit Aristo. homine dempto.

formatio corporis humani


temp⁹ formationis fœt⁹ motus & pt⁹

Macha. 2.

mensium tempe coagulat⁹ fuit in sãguĩe. sapię. c. 7.

Macrobi.

Aristo. 9 de aĩalib⁹


pulmo
cor
epar
splen.
ren
ren
Vesi
ca

De nutrimento fœtus in utero materno. De Secūdina & venenositate sanguinis mēstrui mulieris. Capitulum. xxxix. DIS.

Oetus in utero unde crementū sumit? MAG. In muliere grauida cōceptu / menstrua cōsuera fluere desinūt: & in tres partiuntur ptes: q℞ una ad mãillas trāsit: in qbus in lacteā subāʒ decoqtur. Secunda in epate matris perfecte digerit. Tertia q̄ supfluitas est stat donec hora veniat ut expellatur. De prima infans natus pascit de secunda in utero fœtus a die motus cibari incipit & auget nō tñ eam p os sed p venasq̄ in umbilico sunt quib⁹ & matri iunctus est: sumit Cū aūt hic sanguis mēstrualis optime sit digestus: supfluitates nullas / nisi urinales paucas in alendo fœtū relinquit: q̄ interpelliculas circa secundinā recipiunt: & in natiuitate simul expellunt. DIS. Secundinā quid dicis? MAG. Folliculū in quo fętus cōtinet & sequēdo cū eo nascit unde & secundina nomē sortit. hic per cotilidones matrici alligatur. Est & alius pāniculus cui nomē biles: qui dimidiā pteʒ fœtus circūdans / recipit aq̄sitatē urinalē ex vena umblicali. Est & terti⁹ pāniculus quē abgas nominãt: q totū fœtū circūdat. Necessarius est autē hic folliculus p̄ter alia: ut fętū a nociuis custodiat: maxime v̄o a sanguine menstruo indigesto: q si nudū fœtū attingeret / statim necaret. cū & mulieres mēstruosę solo visu speculū nouū macula rubea depingãt: & tenerū infantē inficere possint. unde & nōnunq̄ guttulę q̄dã ex eo infantē contingētes / maculas rubeas in ipso causant: quas nec etiā p cutis excoriatōem deleri contingit. Hic sanguis in viris propt̄ calorē fortiorem superflua digerentem / nō est: & si quod residui est in pilos transit.

Biles

Abgas

De Gemellis monstris & Abortiuis fœtibus. Capi. xl. DIS.

Vce clari⁹ q̄ volui tradidisti. Sed restat ut causas diuersitatis sexuū / gemello℞ / monstro℞ & abortiuo℞ ędoceas. MAG Audisti seminū cōceptionē esse in matrice. hęc autē (ut aiūt) septē diuisa est interstitijs: quo℞ tria ad dexterā / tria ad sinistrā / & unū in medio collocat. dextera autē sinistris calidiora sunt: similiter & semen testiculi dextri semen testiculi sinistri in calore superat. Si itaq; semen testiculi dextri in unā ex cellulis dextrę ptis ceciderit mas / si aūt semen testiculi sinistri in unā de cellulis sinistræ ptis recipiat fęmella gñatur. Si vero semē testiculi dextri in ptē sinistrā ceciderit: virago cōcipitur / & cū semen testiculi sinistri in partē dextrā transfertur: vir effœminat⁹ nascetur. In medio vero interstitiū cū semen recipitur: fœtus ex utroq; genere pmixt⁹ nascetur: quē hermaphroditū dicim⁹. Si autē semē sit multū / & in duas cellulas diuiditur gemelli nascuntur. qui tamē q̄nq; sed raro / duplici coitus cōcipiūtur Similiter si semē plus debito aut deficiat aut abundat: aut gemelli indebito ordine cōcipiatur: aut diuersę species cōmisceātur: vel etiaʒ si

fęmella

virago

effęmiat⁹

hermafro ditus

monstrũ coit⁹ sup coitũ fecundũ iterat/fet⁹ mõstruosus nascet. Fe⁹aũt nõnunq̃ ex inordinato motu/saltu/cibo/potu/vehem̃ti terrore matris alijs q̃z pribus causis ante aut post cõpletã organisationẽ interficit: qui eiectus abortiu⁹. a matre aborsus siue abortiuus dicit. Leprosi vero & elephantici (ut ait Lepros. Hieronym⁹ sup Ezechielẽ) tũc nascunt: cũ vir cũ muliere tpe mẽstruorũ cõmiscet. causas alias si q̃ sunt nõ excludit. DIS. Est & aliud cuius causaz pandas quęso: uñ scilicet infans nõnunq̃ plus uni parentũ q̃ alteri interdũ vo nulli assimilat in effigie? MAG. Hui⁹ rei cãm nõ oms eandẽ asserunt. Sed si rẽ ppensius cõsiderabĩus: assimilatõis causas/virtutẽ generãtis/calorẽ/fortitudinẽ & imaginatõez inueniem⁹. Quarꝫ ultĩa patriarcha Iacob ĩ discolorãdis ouib⁹ nõ ĩpuide p varietatẽ virgarꝫ usus est. Inhæserat enim (ut ait Aug⁹) aĩæ illorꝫ discolor fantasia ex cõtuitu variarꝫ virgarꝫ p oculos impssa: q̃ nõ potuit nisi corpus q̃d sic affecto spiritu animabat/ex cõpassione comixtõis afficere unde teneris fetuũ primordijs coloretenus aspergeret. Sic repte sunt mlieres q̃ æthiopes nigerrimos perent: cũ vterq̃ parens candidior esset. qa tales imagines in cubilibus depictas coitus hora cõtemplabant. Quod aũt de virtute gñantis/calore & fortitudĩe seminũ dictuz est: nõ modo de matre sz etiã de patre intelligi debet. Mulier eqdẽ nõ mõ passiue (ut qbusdã visũ est) verꝫetiã actiue ad prolis generatõez cõcurrit. teste Aristo. li. de aĩali bus. Attñ semẽ viri actiuitatis maioris repitur. in eo nãq̃ igneitas & aeritas. in semine vo mlris aqueitas & terrestreitas vincũt. uñ spma viri se habet ad sperma mlris ut coagulũ ad lac. ob id dictũ est. Spma viri qualitati & sperma mulieris quantitati infantis congruit. Hec autem missa facientes: in partu huic libro finem imponamus.

Margin: Gene. 30 — Hierony sup ezech — Augusti li. 3. de tri. c. octauo — Aristote

De Partu infantis. Capitulum. xli. MAG

Vm itaq̃ infans tpus suũ in utero materno expleuerit nũero su pdicto: natura instigante fortitudĩe sua neruos qbus matri alligatus est embrio rũpit via q̃ cõceptus est sup caput/manib⁹ sup coxas extẽsis mundũ erũnosum ingredit. Interdũ vo nõ sine piculo in latus/aut pedib⁹ aliq nascunt. & tales nisi sagax obstetrix vterit cõmuniter piclitãtur. DIS. Qua de re infans mox nat⁹ doloris & flet⁹ vocẽ emittit? MAG. qa frigus incõsuetũ sentit. & crudas tenerrimæ carni admouere manus abhorret queadmodũ caro sauciata. uñ in aqua calida posit⁹ cõpescit. Aut qa quid malorꝫ ingressus sit pphetat quodamõ. uñ & marẽ A/femellã vo E/vagire dicũt: q̃si pthoplastos nostros Adam & Euã inculpãtes: q & sibi & nobis iusticiã originalẽ ãmittẽres has miseri as meruere. Solus aũt Zoroastes (ut refert Aug⁹) natus risit. nec ei boni mõstruosus risus ille portẽdit: nã magicarꝫ artiũ phibet fuisse inuentor: q̃ quidẽ illi nec ad pñtis vite vanã foelicitatẽ cõtra suos inimicos prodesse potuerũt. A Nino quippe rege Assyriorꝫ cũ esset ipse Bactriãorum rex bello superatus est. Hactenus de origine rerum naturaliũ/ & modo nascendi hominum in hanc vallem lachrymarꝫ.

Margin: Sapiẽtiæ — Zorastes solus natus risit — Aug. de ci. dei. li. 21. c. 14.



De sex etatibus qbus tota vita hois metit. Ca.xlij. M.

Vid aũt post hec circa naturã homis agat / pacientie exẽplar Iob clara voce deprõsit in haec verba. Homo natus de muliere breui viuens tpe: repletur multis miserijs: q quasi flos egredit & cõterit & fugit velut umbra & nunquã in eodẽ statu pmanet. Variat equidẽ p sex etatis gradus, q ut scribit Isidorus i ethimologijs: sunt infantia ab ortu infantis usq in septẽniũ. Hinc puericia usq in annũ qrtũdecimũ. Abhinc adolescẽtia generatõi apta usq ad annũ vicesimũoctauũ. ab eo iuuẽtus oĩm etatũ firmissima usq in annũ qnquagesimũ. Grauitas q est declinatio a iuuẽtute in senectutẽ anno septuagesimosecũdo finit. post has qntũcunq vite est senectuti deputat. Hĩc & regi9 ppheta dies annoR nostroR septuagĩta ãnis: Si aũt in potẽtatib9 octoginta ãni: amplius eoR labor & dolor. Hec de hoĩs ortu: scire putile: ignorare vo turpe: quis est q ignoret? CeteR si qd aliud te moueat / alio volumie cõmodius ptractabim9. nũc iuxta illud Ambrosianũ Art9 solutos: nocturna quies laboris reddat usui / mentesq fessas alleuet. vale. DIS. & tu semper bene valeas. Finis libri noni.

Etates hominis sex

Iob

Isidorus ethi. li. xi.

Psalmista

Ambro.

Liber decimus de Anima & potentijs eiusdem Tractatus primus De opinionibus phõR circa naturam anime. Capitulum primum DIS.

Alue pceptor colendissime. MAG. Et tu semp salu9 sis fili. Vnde est q pter solitũ ante Solis ortũ gressu celeri aduenis? Sane ne oĩa q hesterno vespi de hũani corpis generatiõe disseruim9 intelligis? DIS. Sane oĩa: ut videre videor. Vnum est aũt me iudice scitu dignissimũ: de cui9 natura plurima cõiectãs: totã pene noctẽ insomnẽ duxi: formidãs vehemẽtius / ne fortasse id silentio transire decreueris. Est aũt (ne lõgiorib9 ambagib9 utar) qd viuẽtibus vitã & motũ pstat. MAG. nõ ab re hoc scitu dignissimũ iudicas: de quo ferme totius mũdi sapiẽtes retroactis seculis dubij / diuersa posteris reliquere opiniõis sue monimẽta. nõ qa tale aliqd esse dubitarent. Quãdoquidẽ (ut ait diu9 Augustin9 li. x. de Trini.) etiã si qs dubitat viuit si dubitat / unde dubitet memĩt: si dubitat / dubitare se ĩtelligit. Sed quae eius natura substantiaue sit in dubiũ versum est. Vnde qdam (inqt Augustinus) id corporis animã existimabãt / qd amplius valeret in corpe ut Empedocles & Ericates opinati sunt. Alij sanguinẽ: alij cerebrum: alij cor eam esse putaueruut: alij ex minutissimis indiuiduisq corpusculis: quas athomos dicunt: cõcurrẽtib9 in se atq coherẽtibus eã confici crediderunt. Alij aerẽ: alij ignẽ substantiã eius esse dixerũt. alij eam nullã esse substantiã: quia nisi corpus / nullã substantiam poterant cogitare & eam corpus esse non inueniebant: sed ipam tempatiõem corpis nostri vel cõpagẽ primordioR: quibus ista caro tanquã connectit esse opinati sunt: eoq omnes eam mortalẽ esse senserunt. quia siue corpus esset / siue ali-

Aug. li. x. de tri. c. 10 idẽ ubi supra. c. 7.

Opĩones de Anĩa in genere quid sit

Empedocles Ericates

qua compositio corpis/ non posset utiq; imortaliter permanere. Qui vero eius substantiam vitam quandā nequaquā corporeā sed vitā omē viuū corpus animantē: ac viuificantē esse reperint: cōsequenter & immortalem (quia vita carere vita nō potest) ut quiq; potuit pbare conati sunt. DIS. Quæ huius dubietatis causa tam ingens: ut tot ęleuata sapientū ingenia attonita redderet? MAG. hęc nimirū. quoniā cum omnis nostra cognitio a sensibilibus ortū habeat/ spūales aūt substantiæ de quarū nūero est ea quę viuentib⁹ vitā & motū largitur sensib⁹ nō pcipiuntur: facile non erat nisi ex opationibus ad substātię illius cognitionē deuenire. unde & ex his pene omēs positiōis suę argumēta/ sensere Qui em̄ eā principalē aliquā corpis pticulā dixerūt/ inde moti sunt: q ab ea principalius motū aut sensum originari credebant. Qui vero ea; sanguinē/ humorē/ aerē/ vaporem/ ignē: aut aliuđ huiusmodi corporu; putauere: cōsiderabant: quia sine calido & humido vita esse non potest. Qui autem ipam ex elemētis oībus aut numeris cōpaginatā tradidere ea ad vim intellectualē: cui⁹ est oīa discrete cognoscere referebāt. Quorum singillatim deducēdi argumenta hic locus nō est: ne epitoma/ op⁹ imensum accrescat: breuibus aūt & planis sermonib⁹ ipam ad mentem Peripateticorū q̄rū pricipatū Aristotel' tenet describā: dehīc vo quid religio nostra ex his/ pręsertim autem de intellectiua recipiat/ quidue respuat commemorabimus. DIS. optime.

Aristotel' 1. posteri. — Opīonū diuersitas — Aristotel'

De quidditate anīe: gradibus viuēdi & tribus animarum generibus Capi. secundum MAG.

tare potest facies: in collo quidē cōiunctas/si sit planū īferius: aut in vertice colligatos/si planū superius situetur. Sic & in speculo īmerso aquæ & soli obiecto stella videtur/quę stella non est sed secundariū solis idolum ex diuersitate supficierꝝ speculi & aqua resplendēs. In aliis tamē lucidis hoc fieri nequit: propter radii debilitatē. Hæc autem ęnucleatius in perspectiuis perquirenda sunt: ad reliqua properemus. DIS. Restat q̄d fortius angit: an idolum obiecti in aere propinquo aut pofunditati speculi sit īmersum nec necꝫ MAG. neutrꝝ affirmo: ipm equidē in aere speculo cōtiguo non esse/hoc maxime approbare videtur: ꝙ tali aeris pte continue agitata & variata idolum rei visæ īmobile persistit. ut fortissimo subtiliqꝫ ante speculum vento spirante. quod utiqꝫ neutiqꝫ fieret: si idolum hic aer contineret. Motis enim nobis inquit Aristoteles mouetur & ea q̄ in nobis sunt. Rursus aūt idolū profūditati speculi īmersuꝫ non esse: ppō. 19. 2. partis perspectiuę adiuncto cōmento late ostendit. ꝙ autem idolum qnqꝫ profundi⁹ īmersum videt̄ ex distantia obiecti est ad cui⁹ situm & motum/idolum variat̄: & nō ad motum speculi. Mirabile tamē quoddā in speculis repiri est q̄d etiā Augustin⁹ ad Nebridium occultū esse dixit. qꝫuis specula ingētia sint/nō reddūt maiores imagīes q̄ sūt corpa: etiā breuissia obiecta. in puis aūt specul' sicut ī pupillis oculorum/& si magna facies sese opponat breuissima tamen imago pro modo speculi formatur. Hic aliquid latet. Probabilius itaque videtur idolum rei visę superficie speculi recipi: non quidē supficietenus: sed in pūcto saltem naturali. Huius autem certissimum argumentum est: ꝙ non mai⁹ in maiore nec minus in minore apparet superficie. Similiter si speculum frangitur: in qualibet parte totum videtur: & cęli medietas in puo speculo cernitur: quę utiqꝫ nullatenus fierent si dimensio longitudinis & latitudinis attenderentur. nec idolum dimensiones habet: sed est dimensionum species: sicut forma lapidis existentis in anima indiuisibili. Hoc autem necessarium esse dinoscitur ut species in oculo distincti per partes locari & rem ut est in suis lineamentis repręsentare possint. Nec idem idolum est quod videtur: sed semper aliud & aliud ad pręsentiam obiecti generatur. Hoc autem ex eo apparet: ꝙ ad situm & motū obiecti: variatur situs & motus idoli/non eiusdem ut diximus in numero sed similis per continuatam generationem in specie. Possibilitas autem dictorum facile apparebit. si visionem sub angulo pyramidis cui⁹ basis est in re visa fieri consideramus. Hinc propositio. 15. scd'æ partis perspectiuę asserit: a superficie speculi infinitas fieri completas reflexiones formę rei visibilis. Hæc omnia ex perspectiua Guictilonis Alacen: Bacchonis & alioꝝ: insuper & libro de Speculis latius demonstrari habent: ad presens autem cōmuniora pręlibasse sufficiat. ad methodū nostram/unde longius digressi sumus iam tandem reuertamur. DIS. optime. Verumtamen quod pauloante hac/de visionis modo cōmemorabas/indiscussum haud pretermittas.

Aristote. in topicis

Augusti⁹

Guictilo Alacen Bacho

De modo videndi. si fiat extra mittendo vel intus suscipiendo. & quō omīs sensatio fit via assimililationis. Unde spūs sensitiui oīno a sensibilibus sint depurati. Capitulum.xiiij. MAG.

Aristotel.

Plato im. conienssis alchindus

Isionē fieri p̄ egressum spūs visibilis :ab oculo ad rē visam :nō cōtemnēdę auctoritatis viri tradidere. & Aristoteles cām assignans. cur oculi p̄fundi /aut in puteo exn̄tes clarius videt : idem sentire videt :cū ait id ob hoc fieri: q̄ radij exeūtes minus dispergunturHunc spiritū immateterialē & agillimū dicunt: ut in momēto ad remotissima etiā visibilia/egredi & regredi possit. Sunt tn̄ q species visibiliū & ęgredientē spm̄ in medio cōcurrere imaginant̄. Hanc positionem de ęgressu spirit⁹/fortasse non oīno esset difficile saluare : a multis tn̄ tanquā & phię & perspectiuę dissona exploditur. Ea p̄pter & nos cōmuniorē sententiam amplectentes:dicamus visionem fieri p̄ receptiōem specieꝝ visibilium in oculo:per modum pyramidis :cuius basis in re visa & conus in oculo est. Spirit⁹ autē visiuus lucidus & clarus / a cerebro p̄ neruos (de quibus supra) ad oculos usq̄ descendēs : & a speciebus īmutatus /sensatiōe cōfusa regredit̄/ ad cuius regressum excitata anima/ & cernens dyaphoni sui purissimi & penitus incolorati supficiem/ in similitudinem tingi se conuertit ad obiectū: unde splendor venit & ip̄m discreta sensatōe p̄cipit. Fit aūt hoc assimilatōis via. Sicut em̄ cera flexibilis/artificis ingenio cōfiguratur rei/artifici p̄sentialiter appositę :ut puta faciei humanę /leonis vel asini:nec artifex hanc cōfiguratiōem facere posset:si animā non haberet. Si igitur cera esset aīata : mēs intus exn̄s/ cōfiguraret ceram omī figurę sibi pręsentatę. Sic spirit⁹ visiuus animatus /anīa sensitiua:p̄ aīam configurat̄ speciei visibili: quā offendit in oculo. patet igitur discretā visionē sine attentiōe rationis fieri nō posse: quādoquidem multos pręter euntes (quorum species in oculos recipimus)minime agnoscimus: dum attenti alijs/ nō aduertim⁹. pariformiter & auditu olfactu gustu & tactu intelligendū est. Nā sicut spūs in oculo cōfiguratur specieb⁹ coloꝝ: ita in aure assimilatur specieb⁹ sonoruꝫ In naribus speciebus odorū. In lingua speciebus sapoꝝ: & in toto corpore speciebus tangibiliuꝫ. Opeprecium est igitur huiuscemodi spūs a sensibilibus omino esse depuratos : ne intus existens extranea prohibeat . unde si spirit⁹ visiu⁹ colore p̄ticiparet nō indifferēter oēm colorē sed eū tm̄ quo tinctus esset/p̄cipet. quēadmodū vidēs p̄ vitꝝ rubeū oīa visa rubea existiat. Spēs. n. mutuo se tingūt ait p̄pō pria: scd'ę p̄spectię Hacten⁹ d' visu:nūc auditū p̄currā⁹.

modus videndi

de visiōe exteriore vide. c. 2. li.11 d'tri. Augusti.

Id p̄missoꝝ ordo expostulat q̄ visus & auditus sint sensus disciplinę:auditus definitur organum & medium audiendi declarantur Capitulum.xv. MAG.

DI.

Erum quidem/nam in ordine sensuum/ Auditum secundum ob‑tinere locum Philosophi tradidere: quia præter visum sentit re‑motius & ad disciplinam magis est necessarius: quę enim a cuna‑bulis discimus/aut visu aut auditu percipimus. Est autem Auditus po‑tentia sensitiuę apprehensiua soni in aure mediante aere vel aqua. DI. In hac descriptione similiter obiectum/ organum & mediū auditus ęnu‑merasse videris. Sonum em̄ obiectū/aurem organum/ aerem vel aquā‑ mediū auditus accipio. MAG. Sane accipis: & eo quidē facilius quo hęc sępius audisti. DI. Verum, nam in principio logices & in Musicæ theorematibus de sono haud obscure dissertum esse memini. Hic tamen & organum & medium latius veniunt explicanda. MAG. Auris (in qua organum auditus) substātia est cartilaginosa: ut fortitudine sua sit semper patula. Tortuosa vero & anfractibus ornata: ne extrinseca & au‑ditui inimica/ipsū quoquo modo per subitū ingressum ledere possint. In profundo auris os quoddā est porosum/siccum & durū: in quo rur‑sus pellicula quędam (quā alij meringā alij timpanū auris vocant) aere connaturali repleta continetur: speciebus soni prorsus vacua: ut omni sono assimilari possit. medium audiendi aerem vel aquā esse ex eo mani‑festum est. ꝙ auris sana in utroq; constituta sonum percipit. audiūt em̄ in aere aues & in aqua pisces. Vnde etiam circa aquas silentiū facimus/si quando prendere pisces attemptamus. DI. Quis his contradicere po‑sset? sed modum audiendi dilucida.

Auditus. | Auris | Pisces audiunt.

De modo audiendi, & quare dormientes patentibus auribus nō audiunt. Insuper qualiter orbicularis multiplicatio soni a Boetio declaratur. & ꝙ idē sonus per diuersas species a pluribus auditur. de sono echo & quō per murū audire possumus. Insuper qualiter sonus acutus stuporem dētibus ingerat. Cap. xvi.

MAG. Cerebro neruus quidam protenditur: & palulum progressus/ bifurcatur: cuius rami singuli ad singulas aures descendunt/ spi‑ritum auditiuum ad timpanū usq; deferentes/qui a speciebus so‑ni aerem inclusum pulsantis īmutatum. & his configuratus regreditur: ad cuius regressum excitata anima/ipsum īmutatum cernens: ad obiect‑um unde species mltiplicātur se conuertit ipsumq; discrete pcipit. Egre‑ssum autem spiritus sensibilis ad organum esse necessariū / ex hoc facile patet. ꝙ in somno sonus in aure receptus multociens minime auditur. nerui equidem vaporibus opilati/spiritum audibilem exire prohibent. fortior autē sonus meatus aperit & causato calore vapores resoluit. hic spiritus audibilis exiens dicto modo īmutatur. Multiplicationem vero speciei sonorū ab obiecto versus aurem: Boetius vir utiq; doctrina & æ

Mod⁹ audiendi | Boetius .1 musicę.14

loquio clarissimus in primo Musicę per simile manifestat dicens. Cũ in paludibus vel quietis aquis iactũ eminus mergitur saxũ: prius in paruissimũ orbem undam colligit: deinde maioribus orbibus undarũ globos spargit: atq; eousq; dum fatigatus motus ab æliciẽdis fluctibus cõquiescat. semperq; posterior & maior undula pulsu debiliore diffundit: q; si quid sit quod crescẽtes undas possit offendere/statim ille motus reuertitur: & quasi ad centrũ unde profectus fuerat retondatur. Ita igitur cum aer pulsus fecerit sonum/pellit alium proximum: & quodamodo fluctum aeris ciet: itaq; diffunditur: & omniũ circumstantium simul ferit auditum. Atq; illi est obscurior vox/q longius steterit: quonia; ad eum debilior pulsi aeris unda peruenit. DIS Vnus itaq; sonus nũc/ro ab omnibus circumstantibus pcipitur? MAG. Idem & unus per diuersas tamen species. sicut idem color a pluribus simul videtur. Formato em̃ sono/aliç cuius species multiplicant̃ versus aurem meam qui sum ad dexteram/aliç versus tuam qui es ad sinistram: similiter aliæ ab ante & retro/sursu; & deorsum in modũ sphęrę. sicut globus ignitus orbiculariter de se diffundit radios: & in quolibet puncto medij pyramide; sub qua videri potest terminat. DIS. Intelligo. Sed unde est/q siluas muros q̊q; nobis vocãtib⁹ reclamare audimus? MAG. audisti sonũ & eius species in occursu obstaculi reflecti/& ad locum unde pfecti fuerant quasi ad centrũ retõdari. si igitur reflectio sit fortis/ad aures nostras usq; perueniunt. Sic eundem sonum quẽ ore ęmisimus reflexe/aure percepimus modo tamen debiliore: quia virtutes reflexę directis sunt debiliores. Hic sonus reflexus a græcis ἠχω latine vero echo proferri solet

Echo

At tamen non ita sonum reflecti accipiendum est/ut omnino nulla eius species murum aut obstaculũ penetret: experiẽtia nanq; testat̃/per murũ parietem aut similia auditionem fieri: & si nõnunquam cõfusam. in penetratione nempe figura confunditur substantia remanente: hinc sępi⁹ sonum audimus. sed an ne vox & qualis sit: non percipimus. Sic colorũ nõnullas species opaca penetrare dicũt: quæ a visu acutissimo/& linceis oculis appręhendi possunt. DIS. Subest questiuncula: cuius solutio tractatum de auditu claudat. Est autem: qua via sonus acutus dentibus stuporem ingerere possit? MAG. Neruus sensitiuus in mãdibuia singulis dentibus ramusculis colligatur. hinc neruus audibilis coniungit quem quidã acutiores soni penetrãtes: ramusculos nerui sensibilis pulsant & obstupescere faciunt. DIS. optime. nunc Olfactũ videamus.

unde stupor dẽtiũ

Quid Olfactus. quid odor. quõ generet̃: & quę odoris species. de organo olfactus. Et quare homo non nisi excellẽtia olfacit. & q̃ animalia in singulis sensibus hõi pręstãt. C. xvij.

MA

Olfactus

Lfactus est potentia sensitiuę apphensiua odoris p nares: mediãte aere vt̃ aqua. Obiectũ em̃ olfactus est odor. organũ in naso. me

dium autẽ aer vel aqua. DIS. Odor quid est? MAG. est passio sicci digesti in humido: alteratiua olfactus de potẽtia in actũ. unde cum siccitas terrestreitati coniũcta vi caloris in humido digerit/ generat q̃litas quã odorẽ dicimus. Patet in pomis: in qbus siccitas terrestris in humido calore solis digeritur donec odoriferũ fiat pomũ. DIS. Principia igitur odorum sunt siccitas in humiditate & calor agentis? MAG. Apte dicis. hęc autẽ principia qa in harmonia & pportione variant: nec semper eodẽ modo concurrunt: hinc varię odorũ species gignunt. q̃ sunt odor aromaticus/ salsus/ amarus/ acutus/ acetosus/ stipticus/ ponticus/ unctuosus/ dulcis/ insipidus siue foetidus: & si qui alij repiunt ad hos reduci habent. DIS. Organũ dispiciamus. MAG. organũ Olfactus ĩ cerebro sup nasum situũ est: ne facile possit a cõtrarijs offendi. Sunt autẽ duę caruncule ad modũ mamillarũ concauę & spongiosę: versus cerebrũ suspẽsę: habentes coopculũ q̃d per aeris inspirationẽ & respirationẽ aperitur & clauditur. Id organũ natura calidũ & oĩm odorũ expers est: ut omniũ sit susceptiuũ. In hominę aũt ppter magnitudinẽ cerebri cuius cõplexio frigida est/ olfactus multũ leditur: ideo nõ nisi excellentia olfacit. rarissime etiam odorum somnia patitur. Vnde a quibusdã dictũ est. Nos aper auditu: linx visu: simea gustu: vultur olfactu & aranea tactu excellit.

Odor

Species odoris

organum olfactus

De medio & modo olfaciendi. Et si odor realiter vel spiritualiter per mediũ diffundatur. Capitulum. xviij. DIS.

E medio quid noui affers? MAG. nihil. Nam sicut sonus per aerẽ vel aquã ad auditũ usq; puenit: ita & odor. olfacimus enim nos in aere & in aqua pisces. DIS. Olfaciẽdi autẽ modus quis est? MAG. A corpe odorifero calore resoluente/ odor per mediũ diffunditur: usq; ad nares/ ibi inspiratiõe attrahit: & aperto coopculo ad caruncula pertingit: ad quas rami unius nerui a sensu cõmuni exeuntis/ protẽdunt: per q̃s spiritus olfactiuus delatus in occursu specierũ odoris ĩmutat: fitq; olfactio confusa. anima aũt ad regressum spiritus excitata cernens ipsum ĩmutatũ spẽbus: se ad obiectũ unde huiusce pcessere species cõuertit: ipsumq; assimilatõis via secernit atq; diiudicat. Verũtamẽ de odoris per mediũ mltiplicatõe est non pua inter Phõs disceptatio: aliis opinantibus odorẽ nõ per species & spiritualiter/ sed realiter a corpore odorifero usq; ad organũ peruenire: qa per longinqua terrarũ spacia pcipitur. Vñ & vultures occisorũ cadauera ante Troiã p quingenta miliaria olfecisse scribũt. Species autẽ ppter sui spiritualitatẽ citius in multiplicatione deficiunt Accedit ad hoc q nõnulli habitatores Indię odore cuiusdam pomi viuere/ a quo & diutius seiuncti emori dicuntur. species autem a materia sequestratę/ nec calidę nec siccę sunt: nec nutrire aut cerebri humiditatem & frigiditatem temperare possunt. Odor autem ut ait sanctus Ambrosius in Hexaemerõ libro. 6. c. 6. ideo nõ perfunctorie

modus olfaciendi

Si ordor realiter vel spũaliter p mediũ diffundit

Ambrosi.

transit/sed diutius inheret naribus: ut cerebrũ sensusq; depascat. Ab aliis vero oppositã ptem non omnino respuentibus/dicitur: odorẽ in principio realiter per fumalẽ euaporationẽ p mediũ transire: circa organum autem iã non realiter/sed per species diffundi spiritus enim olfactibilis ob sui spiritualitatẽ non nisi a speciebus potest immutari: sensibile quoque supra sensum positum non sentitur. DIS. Hec opinio singula cõcordans/amplectenda videtur: ad alia progrediamur.

Quid Gustus, quid Sapor, quae eius species: & quõ generãtur, de medio & modo gustandi. & cur febricitãti dulcia videtẽ amar. C.xix.

Gustus

MA. Vis sequitur in ordine sensuum Gustus/est potentia sensitiuae apprehensiua saporis in lingua/medio humido saliuali. Sapor eqdem gustus obiectũ/in lingua organu3: & humidum saliuale est mediũ. DIS. Saporem describas. MAG. Sapor est passio seu qualitas humidi digesti in sicco terrestri: alteratiua gustus de potentia in actum, nã sicut odor generatur ex digestione sicci in humido: sic ecõuerso sapor generatur ex digestione humidi in sicco. utrobiq; aũt causa efficiens est calor solis vł ignis. unde & fructus imaturi cocti igne/dulciores efficiuntur. Et sicut ex diuerso concursu in harmonia & pportione humidi in sicco cũ calore odores multi pueniunt: sic ex multifario concursu sicci in humido cum calore diuersi sapores pcreantur. qui sunt Sapor insipidus: dulcis: amarus: acutus: salsus: acetosus: ponticus: stipticus: unctuosus: insuauis: asper & durus: & si qui alij reperiũtur hoȝ naturas participant. Ex quo manifestum est: odorum & saporum principia ita esse connexa ut separatim non inueniantur. sic nec he qualitates: quãobrem etiam in nobis concurrunt. DIS. Aperte loqueris. ad organi explanationem nunc stilum vertas. MAG. Organum gustus neruus quidam est a cerebro descendens: in lingua ramificatus/& per eam ad instar retis expansus. Medium antem est caro lingue porosa / humido saliuali delibuta. Cum igitur hic sensus omni animali sit necessarius: nulli talium lingua aut caro loco lingue deesse potest. Cũ itaq; ab obiecto sapor ifero species per hoc medium usq; ad organum multiplicantur: spiritus gustatiuus per dictum neruum descẽdens/in occursu specieȝ imutatur: fitq; gustatio confusa. regresso autem spiritu/anima excitatur: & cernẽs ipsum imutatũ / ad obiectum unde multiplicantur species se conuertit: ipsumq; diudicat. DIS. Vnde autẽ febricitans dulce /amarũ iudicat? MAG. Ex eo. quia pori lingue eius impleti sunt crudis & amaris fumositatibus/ a stomacho ascendentibus: per quas dum species saporis multiplicantur/amaritudinem contrahunt. sicut species luminis transeuntes vitrũ coloratum tingũtur: aut quia intus existens fortius mouet.

Sapor

Saporis species.

organum gustus

gustandi modus

cur febricitãti omnia sunt amara

Tactus qui omni animali necessarius est definitur, obiectũ, organũ & mediũ tactus pnume-

rantur: & quare obiecta sensuum contraria complectantur aperitur. Hinc visio corpalis & intellectualis beatorū iucundissima ostenditur. Et homo melioris tactus esse probatur: insuper quomō tactus plures sensus & organum habere circa cor exponitur. Capitulum vicesimum. MAG.

Ostremo loco sensuū Tactū collocauim⁹: qui omni aīali ita necessari⁹ est/ut sine eo similiter & gustu: qui quidā tactus est: nequaquā viuere possit p ipm nanq; vitę contraria fugit/ & amica prosequitur. Est em̄ tactus potentia sensitiuę animę appręhēsiua q̄litatis tangibilis: in neruo expanso adinstar retis p totum corpus mediāte carne. Hic neruus/quem & organū tactus dicimus: a cerebro orit̄: p ceruicem ad medullam spinę dorsi deducitur: & p illam q̄ continet̄: i ossibus quibus spina dorsi cōiungitur: inde tenuissimis quasi riuulis per cuncta se membra diffundit. DIS. Cum hic neruus organū tactus sit: carnem ipm coopientē/medium tangendi/ qualitatem vero tangibilem obiectum tactus intelligo. MAG optime. nec ista dilucitatiōe egent: nisi forte/ut p qualitatem tangibilem intelligas /cōmune quoddam ad calidum/frigidū/humidū & siccū: ad quas qualitates secundę reducuntur. de quibus libro nono /cū de transmutatiōibus elementoꝶ agerem̄: dictum est: si meministi. DIS memini: sed unde est q non modo tact⁹ verūetiam omniū sensuum obiecta/contraria complectunt̄? MAG. Ex eo quia sensitiuę cognitio debilis est/nec sine cōtrarietate differētias sensibilium facile apphenderet. sagax igitur natura obiectis cōtrarietatem indidit/opposita em̄ iuxta se posita magis elucescunt. Hinc & ipsorum eadem est disciplina. verūtamen hęc cōtrarietas in obiectis: ita ad sensum moderata est quadam harmonica pportione: ut excellens sensū corrumpat/discōueniens dolorem causet/ delectatiōem vero debite pportionatum ingerat/ & quidem tanto maiorem/quanto quod sentit/ plus de natura obiecti pticipat: viuere em̄ sensitiuę est sentire/& obiecto suo refici. Vnde si visibile esset quod lucis lumīs & omniū colorū naturas includeret. id delectabilissimā visui proportionato sensationē pręstaret. Pariformiter & de aliis sensibus dicendum arbitror. Qualis igit̄ istec erit visio quo oculus beati pfectissime dispositus intuebitur hūanitatem Christi: omniū visibiliū pulchritudines cōplectentem? qualis deniq; visio/oculi intellectualis intuentis intimi⁹ diuinitatem /nō modo visibilium sed & omnium sensibilium & intelligibilium exemplar pfectissimum? DIS. Qualis sit nescio: sed mirum in modum gaudiosam ex his facile cōiecto. MAG. Sane dicis/qualis sit nescio. nam nec oculus vidit/nec auris audiuit: nec in cor hominis ascendit/quę pręparauit deus diligentibus se. testatur ille qui raptus in tertium cęlum vidit: & arcana/audiuit quę nec loqui licet. Sed unde digressi sum⁹ reuer-

Tactus

tamur sicut enim sensibilia non ęque ratiõem obiecti pticipant: sic nec in omnibus animalibus (ut pręmissum est) sensus ęque vigent. nam linx visu / aper auditu / vultur olfactu / simea gustu / aranea vero tactu pręualere phibentur Hominẽ autem temparatissimę cõplexionis & ideo ad ęqualitatem magis accedentem hinc & subtiliores tangibilium differentias sentientẽ asseuerant & in ipso per tactus diuersitatẽ ingenij discrimen diiudicãt. Molles em̃ carne/aptos mente autumãt/cęteris cõcinentibus. de quibus phisonomia tractat. DIS. Gratissima hęc fuere. Sol aũt occiduas mersus in undas/ tractatũ de sensibus claudere iubet: Verumtamẽ in modo tangendi si quid speciale est paucis ędicas. MAG. Nihil: nisi fortasse quod organũ q̃litatiuis dispositiõib⁹ informat: qb⁹ diuersis obiecti differentijs ꝓportionatur Hinc & Arestoteles hunc sensũ plures astruit. In libro quoq; de sensu & sensato, organũ eius / similiter & gustus circa cor ordinauit: ideo forsitan/qa sensus sunt alimẽti/quod post digestionẽ cõpletã formã vi caloris in corde orientis accipit. Nos aũt eos secundũ ꝙ obiecta discernere habent ꝓsecuti sumus. Vale. DI Et tu semper bene valeto.

Aristoteles

De natura/numero & organis sensuum interiorum in genere. Capitulum. xxi. DIS.

Salue præceptor colendissime. MAG. & tibi salus fili. Quid sibi vult quam vultus ostentat lęticia? DIS. audies: quæ hesterno vesperi de sensuũ naturis disseruimus/dormiẽs reuidi: & intellexi luculẽter. mirari autẽ haud sufficio: dormitantẽ quę vigilãs agit/ posse recolere. MAG. Postq̃ sensuũ interiorꝫ quẽadmodũ & exteriorũ naturas agnoueris: finem accipiet istec tua admiratio. DIS. Censen istoc die singulos dilucidari posse? MAG. Etiã. ꝓpanca em̃ habeo q̃ de his in mediũ ferre conor. Est autem (ne diutius inhiantẽ animũ tuuʒ morer) potentia sensitiua interior: quæ sensibilia in eorundẽ absentia apprehendit Nã ut pręmissum est: sensibilia per species & idola propria sentiuntur. hæc autem a sensibus exterioribus recepta/per neruos organorum ad cerebrum usq; conscendunt: ubi cum sensibus interioribus etiã remotis sensibilib⁹ sensatiões causãt. Et ut ęnucleati⁹ q̃ volo intelligas/ sensuum interiorꝫ & numerũ & organorũ discrimina præmittã. DI. Optime. MAG. Sensus interiores nũero quinq; sunt. videlicet. Sensus cõmunis: Imaginatiua: Estimatiua: Fantasia / quę etiam imaginatiua dici solet: & Memoratiua. Horũ organa in substantia cerebri subtilissimis secernuntur pelliculis: quæ primum totũ cerebrum tribus distinguunt ventriculis: quorum anterior & medius (quoniam maiores sunt) rursus bipertiuntur. Prima portio ventriculi anterioris/ organuʒ est sensus communis. Secunda Imaginatiuę. Prima autem vẽtriculi medij attribuitur Estimatiuę. secunda Fantasiæ. posterior vero vẽtriculus totus memoratiuæ deputatatur. Hęc de organis dicta sufficiant: operationes percurramus eodem ordine.

Sensus interiores

ANIMAE SENSITIVAE



De Operationibus sensuū interiorum triū primorum: & qualiter estimatiua intensiones elicit: & q̄ in homine cogitatiua siue ratio particularis dicit. Capitulum vicesimumsecundum.

Sensus cōmunis opus

DIS. Perationes sensus cōis quę sunt? MAG. Tres sunt. primo. nā cognoscit sensationes & sensibilia omnium sensuū exteriorū et iā non p̄sentib⁹ obiectis: ideo cōmunis dicit. Secundo couenietias & differetias inter obiecta sensuū discernit. cum em̄ primo obiectū uni⁹ cognoscit/secundo obiectū alterius apphendit. tertio actum format cō tinentē virtualiter noticias amborum obiectoꝝ: in quo & ipoꝝ conuenientias & differetias ponit. ut albū est dulce: son⁹ non est frigidus &c. Tertio absentias obiectoꝝ diiudicat. ut q̄ visus nō videt: audit⁹ non audit: sic de tenebra/silentio cęterisq̄ obiectoꝝ priuationibus iudicat. DIS. Hic ne is sensus est/a cui⁹ organi centro/nerui ad organa exteriorum ptendunt? MAG. is est. unde & p hosce neruos omniū visibilium species recipit: & quidē facile/ppter organi humiditatē & calorem. diutius aūt retinere non potest: quapropter facta sensatiōe eas per neruoꝝ meatus/imaginatiuę transmittit: cui⁹ opatio est receptas spēs & imagines reseruare: unde & nomen accepit. Hinc organū hui⁹ sicci⁹ & frigidius esse describitur. ne autem quę sequuntur potētię ociosę permaneant: spēs ab imaginatiua ad ęstimatiuā transeūt: ex quibus hęc potētia intentiōes nō sensatas ęliciat. queadmodū ouis ex specieb⁹ lupi: colore scȝ figura & aliis inimicitiā nō sensatā ęliciens ipm̄ fugit sm̄ Auicēnā sexto naturaliū: & hoc vel naturali instinctu: si forte prius fraudē lupi expta non sit/vel expimento/ut asinus foueæ qua nuꝑ piclitatus est appropinquans casum timet & declinat: vel ratione coniuncti. ut cerusa purpurea ęstimāus dulcia. DIS. intentiones q̄ res sunt? MAG. Species sunt sensationum/ideo sensibiliū specieb⁹ multo simpliciores & a sensibus exterioribus impceptibiles/propter organoꝝ indispositionem. hinc autem potentię sunt pportionatę quā si ratio decorauerit: ut in hominibus: iam nō ęstimatiuam sed cogitatiuam appellare solem⁹ siue rationem particularem.

Imaginatiuę opus

Aestimatiue opus

Auicenna

Intentiōes quid sint

De operationibus fantasię diuersis in hoīe & bruto. & an in vigilātibus fantasia opet. Ca. xxiii. DI.

Antastice potentię opatio quę est? MAG. Ex speciebus p̄memoratis cū ad organū ipi⁹ puenerint: diuersas imagines cōpōit quę a sensu cōmuni pcipiunt: dum rursus ad ipm̄ descenderint. Quoniā vero hæc potētia in homine ratiōe decoratur/ideo non necessario eodem mō opatur. nōnunq̄ em̄ ex cōpositiōe specierū & intentionum diuersarum monstra fingit: quorum nec aliquando sīlia vidit. In brutis autē instinctu naturę regit: qui in oibus eiusdem speciei sīlis est: ideo in talib⁹/fantasię opa nō variāt. simili equidē igenio oīs hyrūdo

nidum/& aranea telam texit. Huius potētię opera & si vigilantibus nō desint/raro tamen ab ipsis percipiūtur: propter fortiores motus exteriorum. Dormientes autē quorū sensus exteriores vacant/ frequētius hæc sentiunt: & somnia appellant: quia in somno appareant.

Somni & vigiliæ descriptiones ponūtur. & causę eorundem varię declarātur. hinc omni aīali necessaria esse cōcluditur. Cap. xxiiij.

MAG. IN huius dilucidatione parūper ab instituto tramite digredi fortasse non omnino erit inutile. DIS. imo pnecessariū. nā fere q̄rtā partē vitę aut amplius inerti somno transigo: & unde in me proueniat/nondū plene intelligo. MAG. Somnū qdam Phōrū impotētiā sentiendi & mouendi definiunt. Eadē quippe via est spiritus mouētis & sensitiui. Vigiliam ecōtrario potentiā sentiendi & mouendi describūt. Alij Somnū ligamentū sensuū: vigiliā autē solutionē eorundē aiūt. In somno equidē sensus exteriores ligati ab opibus cessant: similiter & sensus cōmunis in ea operatione qua respicit sensus exteriores. In vigilia autem quę finis est somni: ligati sensus rursus soluūtur: & ad solita procedunt opera. DIS. Hæc ita se habere in meipso experior: sed vinculum hoc quale sit/aut unde proueniat ædicito. MAG. Dum nutrimentū digeritur: ab ipso ęuaporationes grossæ cerebrū petūnt: a cuius frigore in aquam resolutę/ob grauitatē descendunt: & cum cæteris vaporibus similiter a frigiditate cerebri reuerberatis/ meatus spirituū ad sensus exteriores opilant: & ne egredi possint in occursum specierū sensibiliū cohibent. Vnde q̄uis dormitantis aures sonorū species penetrent: & ad organū usq; perueniant/auditionē tamen facere nequeunt: eo q spiritus audibilis per opilatos neruos ęgredi non possit. cōpleta autem digestione separatur sanguis: cuius ps purior superiora conscendit/grossior vero inferiora nutrit. Similiter & calor q fuerat circa digestiuā congregatus: & ab exteriorib9 ad īteriora collect9 rursus diffundit/meat9 spirituū penetrat: & residuum vaporū consumens/spiritibus viam aperit. Hinc Algazel somnū definiens ait. est attractio spiritus ab exterioribus ad interiora. Sic somni causa effectiua est caloris & spirituū in organis sensuū absentia: & causa vigilię eorundē præsentia. Sed causę absentię taliū multiplex est. scilicet ęuaporatio nutrimēti: labor ęgritudo: ætas prima id est infantia: studij attentio: cura & pauor. DIS. Sane. nam in oībus his reperire est quod aut neruus opilet aut calorem minuat. Sed cum omne animal necesse habeat nutriri quoad vixerit/nullū somni expers esse potest. MAG. Optime: tamen in quibusdam vix est momenti aut morę perceptibilis.

Somnus. Vigilia. causę sōni. Algazel

De Somnio quid sit: & qualiter a sensu cōmuni cognoscitur. Et quomodo aliqui in somno loquūtur & ambulant & nisi excitati non cadunt. quare

etiã eorꝫ q̃ gesserũt nõ recordant̃ Ca.xxv. DIS.

Somniũ

Vnc demũ quid sit Somniũ describas. MAG: Somnium (ut aiunt) est apparitio vel appręhensio fantasmatũ facta in dormiendo. Fantasmata autẽ imagines & rerum simulacra dicimus: quæ potentia fantastica ex speciebus diuersis fabricat. hæc enim in spiritu lucido & claro quasi in speculo resplendent: vel sicut figura in aqua. Vnde sicut turbata aqua figurę indistinctę in ea relucent / sic turbatis spiritib⁹ indistincta somnia habemus quorꝫ vix aut raro recordamur. ut sunt sõnia in primo somno/cũ grossa fumositas ex prima digestione cibi ascendit. Deferuntur autem ad sensum cõmunẽ: a quo appręhensa/ad organũ fantasię/nõnunq̃ ad cellam memorię reuehunt. multorꝫ nanq; somniorum reminiscimur. Rursus si sensus cõmunis sup p̃sentata simulacra cõuersus fuerit: ut sunt a sensibilibus proprijs: dormiens se videre/ audire/ bibere/loqui aut similia agere somniat. Interdum etiã dormientes non modo huiuscemodi somniant/sed ad instar vigilantiũ exercent: sunt.n. qui ambulant: loquuntur & similia operantur. DIS. Causam huius si potes afferas. MAG. Alberthus naturalium indagator studiosissimus causam in his duplicem inuenit. videlicet fantasmatis impressioneꝫ fortem: & solutionẽ sensus a calore accidentali. qui cũ sanguine cholerico ad caput ęleuatos/per organa virtutis animalis descendens/sensus q̃sdam & maxime remotos soluit: similiter & virtutem motiuã ad motuꝫ progressiuũ excitat. adde consuetudinem. DIS. Cur autẽ per abrupta scandentes minime cadunt: mox autem excitati nõnunq̃ pręcipites ruunt? MAG. Casus his qui per abrupta ascendunt/tunc maxime euenire solet: cum pericula attendentes/formidare ceperint. eo enim virtutes ab exterioribus ad cor formidulosum se colligunt: & lacertos/ neruos & musculos motiuę organa destituunt. dormientes igitur in talibus securiores sunt ubi excitati sepius cadunt. DIS. Sed unde est q eorꝫ q̃ dormientes gesserunt/æuigilantes recordari non possunt? MAG. Recordatio uti in sequentibus patebit: fit per species eorꝫ quæ sensimus in memorię archa reseruatas. cum autem actus illorꝫ fiant a sensibus accidẽtaliter solutis/specieb⁹ ad memoriã liber non patet introitus. qui autem in ipsis actibus excitantur/ facilius saltem in semiplenam memoriã eorundem deuenire possunt.

fãtasmata

Albertus

De Varijs Somniorum causis naturalibus & ab anima & a corpore somniantis prouenietibus. Ca.xxvi. DIS.

Istis plane assentio. Sed si quid causę subest cur nõnunq̃ quæ vidimus somnia vana sunt: interdum nobis vigilantibus ęuenisse cognoscimus/ ædicito? MAG. Somnijs somniorumq; euẽtibus causas subesse certum/sed easdem dilucidare perdifficile. DIS. Libeat saltem ex his quę presto sunt cõmemorare. MAG. Somniorum quasdã

causas naturalis philosophia/reliquas sacra eloquia manifestant. quas omnes diuus papa Gregorius in octauo moralium libro ad sex genera reduxit. Aliquando namque ait somnia ventris plenitudine vel inanitate. aliquando illusione. aliquando cogitatione simul & illusione. aliquando reuelatione. aliquando autem cogitatione & reuelatione generantur Prima duo genera ex naturalibus nota relinquit. sequentia testimonijs scripturarum confirmat. Omnium equidem somniorum causa/ si rem ipsam attentius consideramus vel intrinseca est vel extranea. Intraneam dicimus corpus vel animam somniantis: Sepius enim quae vigilantis mens cogitauerat solicitius/sopitis sensibus recogitat. & quod optat speratque vigilans/in somnijs videre solet. Hinc Aristoteles in Ethicis Somnia studiosorum laudabilia asserit. & Virgilius. amantes sibi somnia fingunt. Hinc & de amicis nostris de quibus magis solliciti sumus/multa per somnia preuidemus. Interdum etiam tranquilla dormientis anima cupitae dubietatis solutionem inuenit. Corporis etiam diuersa habitudo varias somniorum causas administrat. Hinc Melancholici res obscoenas/ formas horribiles & teterrimas demonum species nonnunquam vidisse se attestantur: maxime autem dum hic humor per medicinas aliquas aut balnea motus fuerit. Sic cholerici de igne/bellis/cede hominum & similia somniant. Flegmatici se in aquis vel niue consistere/aut etiam mel comedere/si modo flegma dulce ad palatum linguam distillauerit. Ex sanguinis autem abundantia incubos somniamus: quos phisici apoplexie future nuncios dicunt: ideoque his a carnibus/ouis/vino & ceteris que multum sanguinem generant abstinendum esse persuadent. Quandoque necessitas viros naturales exequi corporis sui curas coartat. Ideo famelicus comedit: sitibundus fontibus labra admouens satiari nequit. Nonnunquam ad membrorum passiones conformes imagines formantur. sic pueri dum urinam emittunt/se in orto vel amoeno loco vigilantes hec operari existimant. Sic & interdum dum natura seminalia vasa alleuiare studet/pruriginem quam semen in membris efficit in descensu deformitas que dam nefarij amplexus aut osculi comitatur Augustinus 10. x confessionum libro asserit tantum honestatis habitum hominem posse acquirere. ut virtute ipsius dissipabuntur fantasie male que per somnia ingeruntur dormienti. DIS. Hinc fortasse est ut nonnunquam illicitis in somnis repugnare nitimur. MAG. Etiam fili: rursus Cause intranee ab extraneis sepe mouentur Corpus quidem ab influxu celorum & circumstantium elementorum contactu/& anima a deo vel angelo: fieri enim potest quas influentia coelestis materie elementari/plantis aut metallis imprimit formas: easdem causet & in fantasie organo. sic & elementorum qualitates quas circundant/maxime autem nudati capitis partes consimiliter afficiunt. Nonnulli etiam natali constellationi non infimum locum in causandis somnijs concedunt Hinc interrogati astrologi per duodecim domorum/ & planetarum habitudines/quod quisque somniando viderit predicere conant ut patet in libro Hali Abenragel de iudicijs stellarum: eo loco quo interrogationes

Gregori. li. 8. moralium

causę somniorum

Aristote. 2. Ethico.

virgilius in bucco.

Augusti⁹

Hali

pertractat: sed illos libro septio a vera phia explodēdos cognouimus: ad somnioꝝ extraneā spūalem cām accedam⁹: quā Simonides solā somnijs assignauit dicēs. Somnia sunt solius dei īmissiones. quodsi verum esset bruta non frequenter somniarent.

Simōides

Quomō deus & angeli boni & mali iubente aut permittente deo varia īmittunt somnia. Ca.xxvij. DIS.

Anc pauloante deum & angelum dicebas. MAG. nec ab re deū nanq; p somnia loqui scriptura testat. Per somnium inquit loquar ad illū. DIS. de Angelo autē quale testimoniū affers? MAG. de angelo bono est: id qd Matheus euangelista angelū in somnis apparuisse ioseph primo ne timeret accipere Mariam cōiugem suam. scdo ut cū puero & matre eius fugeret in Aegiptū. Silr de angelo indicante Danieli & Ioanni euangelistę q̄ ventura essent nouissimis diebus. Et ut scō Thomæ placet: dum angelus bonus imaginariam visionē causat siue ī vigilāte siue in dormiente/nullam formā imprimit: quę prius p sensuꝫ saltem aliq̄ mō suscepta non sit. non em̄ facit cęcum imaginari colores: sed spūs humoresq; formis pręacceptis informatos monet ad eā quam ptendit imaginatiōem. Et rursus quandoq; intellectū illuminat: ut qd visio prędicat intelligere possit. patet de Ioanne euangelista & daniele. Interdum imaginatiōem sine intelligentia fabricat: sicut in Pharaone: cū vidit septē vaccas & spicas. Interdū somnia & eorūdē ītelligētia etiā malis īmittunt. patet de somnio quod audiuit Gedeō a Madianitis: de quo Iudicum septimo. Multotiens quoq; deo permittente: angeli mali mentibus hominū per somnia illudūt. ut testatur. c. episcopi. 26. q. 5. de sceleratis mulieribus/quę demonū illusionibus & fantasmatibus seductę credunt se & profitentur cum diana nocturnis horis dea/vel cū Herodiade (quæ caput s. Ioannis Baptistæ ab Herode adultero expetijt) vel cum innumera multitudiue mulierum equitare super quasdam bestias & multa terrarum spacia in tempestate noctis silentio ptrāsire &c. de quibus libro. 7. lati⁹ dissertum est. quare autem deus talia permittat in fine libri octaui ex sententia Augustini expositum esse memī. de talibus illusionibus beatus Iob conqueritur dicens. Terrebis me per somnia: & per visiones horrore concuties

Nume. 12.

math. 2.

Thomas

Iudicū 7.

Iob. 7.

Si & quę somnia euentuum futurorū signa causa ue existant. insuper qualiter & somniorum obseruantia vana sit & deo odiosa Ca.xxviij. DIS.

Vfficienter p epitomatis angustia somnioꝝ causas explanasti: nunc quod volebam/a quibus futuros euentus expectare possumus ędicito. MAG. Diuinatiōem somniorum inquit Aristoteles. 2. li. de vigilia & somno nec est cōtemnere idoneū: nec omnino suadere Somnioꝝ em̄ quædam signa sunt euentuum. quędam causa: quædam nec signū nec causa. Signa sunt ea quæ a corporis complexione &

Aristote.

habitudine accidunt, quæ etiam medici non negligenda autumant: ut ĩ causas egritudinum facilius deuenire possint. Signa item dici possunt quæ a reuelatione dei vel angelorum bonorum fiunt. Alia quædã causa sunt & occasio ̃ euentuum. Vnde cum quidam somniasset se morderi a leone marmoreo: ex his qui in templorum vestibulis cerni solẽt: die postero cum templi fores preteriret: cõspecto leone dicebat. En nocturnus hostis meus: & ĩmissa manu in os ipsius/a scorpione diletiscẽte ĩibi letaliter lesus est. His ꝓxima sunt somnia casualia: q̃bus extãtibus nõnunq̃ euentus illorum eueniunt. Hæc duo postrema somniorum genera: ita vanitate & malorum spirituũ illusione circumuallata sunt: ut somniãtibus pestifera/& Creatori odiosissima ex sacris litteris palam sit. Vnde in Leuitico legimus. nõ auguriabimur: nec obseruabitis somnia. Et in Deu. propheta autem ille aut fictor somniorum interficietur. Et rursus nec inueniatur in te: qui ariolos sciscitetur aut obseruet somnia. In Ecclesiastico autem. Somnia extollunt imprudẽtes. & infra ne dederis in illis cor tuum. Et ecclesiastes. ubi plura sunt somnia. ibi plures vanitates. Quanta autem pericula euenerint obseruantibus somnia hic cõmemorare/nec locus nec tempus admittunt.

Somniorũ causæ

Leui. 19.
Deu. 13.
ibidẽ. 18.
Eccl. 34.
Eccle. 5.

De memoria & reminiscentia. & quorum aut qualiter recordari possimus: de clausura memoratiuę & qualitatiua eius dispositione. Capitulum vicesimumnonum. MAG.

Vides fili dum calamo in somniorum campo habenas laxamus instituti callem reliquimus. DIS. Quid mirum si somniantium more oberrauit calamus: qui somnia describere aggressus est: cũ (ut inquit diuus Ambro. in hexaemerõ) natura quadam fieri possit: ut hi qui aliquid intuenẽ vel dicendo exprimere volunt eorum qualitatẽ quæ vel intuentur vel loquunẽ assumãt. Correptis igitur loris ipm ad semitam reducito: ut quod reliquum est memorię officium velocius ꝑcurrat. MAG. memorię est species & intensiones ab ãsaris potentijs acceptas reseruare: donec rursus operandum sit. DIS. Nũ id imaginatiuę attributum est? MAG. Etiam sed non eo modo quo memorię. Hæc equidem solas species a sensu cõmuni receptas sine temporis differentia custodit. Memoria vero & has/& intensiones ab ęstimatiua elicitas insuper & fantasię imagines cum differentia tẽpis p̃teriti in q̃ sentiebãtur reseruat. Accidit autem ut eas vel totas ãmittat: vel remissas ordine tamẽ cõfuso retineat. Quas totas ãmittimus ita obliuiscimur/ ut nec dum volumus earum recordari possumus. Hinc Aurelius li. xiiij. de Trini. Quod autem quisq̃ penitus obliuiscitur nec cõmoneri eius utiq̃ potest. Quarum autem reliquias tenemus reminiscentia esse poterit. DIS. Reminiscentiã quid dicis? MAG. Aristotiles eam dicit resumptiõem memorię alicuius non totaliter obliti: ꝑ diuersum ratõsignatiuũ ex memoratis ad inueniendũ ꝑtialiter oblitum. Hinc Augustin[9]

Ambrosi

Officiũ memoratiuę

Augusti[9]

Reminiscentia.

idẽ. lib. 11. ca. 7.

voluntas reminiscendi esse non potest/nisi vel totum vel aliquid rei cuius quã reminisci volumus in penetralibus memoriæ teneamus. Hac nemque adiutorio fantasmatis sumpti aut a simili aut a contrario /aut a loco aut tempore & sic de aliis/potentiã cognitiuã mouent ad apphendendũ specialiter oblitum/talibus equidem memoriã plurimũ posse iuuari compertum est. Nonnunquam etiam saluis speciebus tardius quod volumus recordamur. Organũ enim memoratiuę partiuncula cerebri /vermiculo simili claudit. spũs igitur in quibus deferunt species nec introeunt nec exeunt/nisi hostiolum tale apiatur. unde quidam caput inclinant aut eleuant dum oblitũ quęrũt. DIS. manifesta sunt hęc. Sed dic quæso unde hęc memoratiuę accidat diuersitas? MAG. Ex disproportiõe qualitatũ & nimia frigiditate & humiditate. Vnde calidi & humidi facile est recipere: sed non diutius seruare. Rursus autem sicci & frigidi tarde est recipere & firmius retinere. Iuuenes autem & senes male memoriæ sunt: propter nimium & augmenti & decrementi motum in ipsis. sicut enim recordatio exigit motus agiles: sic memoria animũ quietũ. hęc & alia memoriam naturalem cõcernentia in speciali tractatu: de artificiali autem in fine rhetorices disseruimus. DIS. memini.

memoriæ diuersitas

De Potentia motiua Impatiua & prosecutiua. de Concupiscibili & irascibili: a quibus oriuntur quatuor animi passiones. Capitulum. xxx. MAG.

Actenus apphensiuę naturam explicauimus/nunc ordo præmissorum expostulat ut & motiuã percurramus. DIS. probe.

MA. hanc bifarie ptitã manifestũ est. Quedã nãque appetit & imperat/altera imperiũ progrediendo prosequit. necesse enim est omni aĩali perfecto ut quod per apphensiuã agnouit/per appetitiuã appetat cõueniẽs /aut respuat contrarium: per pgressiuam autem quod appetebat prosequatur & fugiat quod respuebat. DIS. Est igitur appetitiua potẽtia qua aĩal inclinat ad psecutõem vel fugam eius quod cognoscit? MAG. Scite definis appetitiuã: quã & sensualitatem & appetitũ animalẽ dicũt. Huic rursus subsunt. Concupiscibilis & Irascibilis. DIS. Cõcupiscibilis quæ est? MA. quæ tẽdit in bonũ verum vel appens/maxĩe aũt delectabile. DI. Irascibilis quæ est? MA quæ contra malũ insurgit: & fert in bonũ arduũ /utile vel honestum: etiã si delectabile non sit. ut potio amara: ut cõiter Philosophi autumant. Non desunt aũt qui volunt quod cõcupiscibilis respiciat per se bonũ vel malum fugiendum vel psequendũ: at vero irascibilis impedimẽtum prosecutionis mali & fugę boni attẽdat/quod magis probabile videt. Impat igit Cõcupiscibilis moueri ad ea quę vident bona & necessaria. Irascibilis autẽ mandat fugã eorum quæ sunt cõtraria & nociua. Illa quietat per cõiunctiõem boni optati: hęc pturbat per eius ablatõem/& præsentiam cõtrarii. Vnde & ab his affectiões animi oriunt quæ sunt Gaudiũ & spes a cõcupiscibili: dolor & timor ab irascibili. Has Poeta iuxta Platonicorũ sniam tanquam origines viciorum accidere anĩę ex corpis societate

Potentia appetitiua siue sensualitas
cõcupiscibilis
Irascibilis

virgilius

phibet dũ inquit. Igneus est ollis vigor & cœlestis origo Seminib⁹: q̃ñ tũ nõ noxia corpa tardant. Terreniq; ebetãt artus / moribũdaq; mẽbra Hinc metuũt cupiuntq; dolentq; nec auras Suspiciunt: clausæ tenebris & carcere ceco. Sed nõ omnia vicia aĩę ex carnis corruptę societate acci dere. diuus Aurelius de ciui. dei li. xiiij. manifestar. qualiter aũt hę affectiones vitiorũ scaturigines existant: ĩ moralibus apparebit. DIS. Institutũ igiẽ psequere: & organa dictarũ potẽtiarũ explicato. MAG. organũ cõcupiscibilis & irascibilis circa cor / vel ipm cor esse autumãt: eo q̃ cor in actibus earũ & dilataẽ & cõstringiẽ: & sanguis ab exterioribus ad cor / vel a corde ad exteriora remittiẽ. Hinc timidi pallent & irati excandescunt: in his nempe aĩalis spũs ad vitę fontẽ ut securior sit retrocedit. In illis anima in ppatulo videri desiderat ne videatur formidulosa: & in ultionem se extendit.

Augusti⁹

organum cõcupiscibil & irascibilis

De Triplici virtute motiua naturali / vitali / & animali. de pia & dura matre cerebri. vnde nerui sensuum & motuũ instrumenta oriuntur. Quomodo fiat motus. Quę trahentia: reptilia: gressibilia: natatilia. & quę res potẽtia motiua organica & nõ organica. Cap. xxxi.

DIS Onsequẽter motiuã q̃ impatũ psequiẽ paucis pstringito. Ma motiua trifarie scindiẽ. Est eñ q̃dam naturalis: quędã vitalis / & quędã aĩalis. Naturalis in epate pcipue ex nutrimẽto sanguinẽ opaẽ: quẽ p venas ab epate ortas ad singula corpis mẽbra trãsmittit: ut inde nutriant & crescant. Hui⁹ naturã in prioribus cũ de vegetatiuę potentijs dissertũ est: ẽnodauim⁹. Vitalis opatur ĩ corde: cui⁹ feruorẽ motibus dilatatiõis & cõstrictõis / p aeris inspiratõem & expiratõem tpat: Et in sanguine p arterias a corde ortas / ad singula mẽbra exiens / omnibus vitã largiẽ. Attrahit autẽ cor aerẽ a pulmone: & pulsantes venę (q̃s arterias dicimus) cordi pximę a corde aera trahunt: quę aũt cuti cõiũctę videntur / ab extrinseco p poros refrigeranẽ. Inter has medię a venis nõ pulsantib⁹ sanguinẽ subtiliorẽ accipiũt DI. vitalis itaq; quã & pulsatiuã nomĩas his solum aĩatis necessaria est quæ pulmonem habent?

Motiua Naturalis

Vitalis

Arterię

MAG. optime: pulmo etem caro est spõgiosa / ut follis aera recipiens In plantis aũt motus oẽs: vis naturalis opatur. Silr & in aĩalib⁹ impfectis. ut sunt conchę & ostreę: mõ tñ pfectiore q̃ in plantis. Aĩalis in cerebro est / a q̃ p neruos ĩde exeũtes sensib⁹ vigorẽ / & reliqs mẽbris motũ ĩfluit. Vñ cerebrũ q̃d sub craneo locaẽ / duab⁹ pelliculis ĩuoluiẽ q̃rũ exterior craneo proxima solidior est: & dura mater dicitur. Interior autẽ q̃ & tenerior est: pia mater appellaẽ. A prima oriuntur nerui q sunt instrumẽta motus volũtarij: & ad capitis puppim ptenduẽ. A secũda aũt nerui procedunt: qui per capitis prorã ad singula sensuum organa descendunt. de quibus supra. Nerui vero durę matris per corpus animalibus ramificantur & in musculis & lacertis confluunt: per quos motiua vis dilapsa / animal mouet: eo quo sequitur ordine. Nam obiectum ab apprehensiua cognitũ: p appetitiuã appetiẽ aut respuiẽ. Hæc motiuę vigẽti

Animalis

Cerebrũ

in neruis/musculis & lacertis imperat: ut ad prosequendum desideratū aut fugiendum contrarium corpus moueat: quę dicto citius obtēperās ligamenta mēbrorum contrahens & relaxans: primū quidem propinqua mouet: & hęc rursus alia donec obiectum vel prosequendo obtineant: vel fugiendo abijciant. DIS. Ita esse manifestum videtur. nā brachium motū mouet manum: manus digitū: digitus obiectum contrectat.

MAG. Pariformiter de cruribus/pedibus & alijs sentiendū. Hoc imperium in brutis eo modo accipiendū est quo perfectiones superiorum in inferioribus esse possunt. Sortitur autē motiua in diuersis diuersa nomina. namq̄ dilationibus & constrictionis motu operatur/ cōtractiua dicitur. ut in vermibus conchis & ostreis. Quae autē de loco ad locum mouet/progressiua appellatur. & hęc rursus in organis diuerse aenunciatur. Quędā enim pedibus gradiuntur. & sunt gressibilia. ut homo/equus. quędam alis feruntur: & sunt volatilia. ut aues: quibus tamen sagax natura pedum usum/propter alimēta quę in terris venantur nō negauit: quę in superfluis non abundat nec in necessarijs deficit. quędā costis trahuntur & ventre reptant. & sunt reptilia. ut serpentes. quędā pennulis aguntur natando. & sunt natatilia: quorum generationes in superioribus exposuimus. Rursus q̄ in manibus rostris alijsue mēbris ad operationem adaptatur/operatiua dici solet. Quę pulmonē & vocalē arteriam una cum lingua ad formationē vocis mouet vocatiua: & affectionum indicatiua dici potest. DIS. Aperte singula discussa videtur. sed nondū quę res sit motiua perspicuum est. MAG. Motiua vis substantia quędam est a corde originata: formā accipiēs in membris diuersis ad distincta opera. Vnde ad operationē nutrimenti formā accipit in epate. ad operationē vitę in corde. ad opus vero sensus & motus formā accipit in cerebro. Animatur autem hęc substantia quā & Spiritū dicimus/anima sensitiua (ut visū est c. de mō vidēdi) & sine sanguine corpi nō iungitur. Spiritus enim inquit Aurelius in sicco habitare non potest. Praeter hanc autem homini inesse aliā motiuam non organicā/q̄ non partē post partem sed totum simul moueat: & eiusdem essentiae sit cū intellectiua Schottus astruit. hac mouebuntur corpora gloriosa. DIS. Corpus est igitur motiua organica: spiritus autem propter & subtilitatē & agilitatem appellata. non organica autem cuius ultimo mentionē facis/ nō corpus sed ipsa anima intellectiua censetur. MAG. diserte dicta refutamis. DIS. Restat igitur ut Intellectiuae conditiones edoceas. MA. Id ab alio libro cōmodius ordiemur. DIS. optime.

Motiua.
cōtractiua.
progressiua
gressibilis
volatilis
reptilis
Vęso ne succenseas: si dictis aliud q̄d fortius mouet adiungā: totā in qualibet parte aīam astruis: abscisa manu anīa cum eadem decidet/aut in brachiū in qua tamē prius erat retrocedit. MAG. Quātocunq; diuiso a toto membro/ in diuisibilis anīę substantia nō ptitur: nec se retrahit: cum prius in qualibe tpte tota sit. Abscisum tamē mēbrū viuificare desinit. nihil autē obstare videtur quo minus huic loco p̄sens sit/quem abscisu; membrū ante occupabat cum toti cōiūgeretur. DIS. Contradictiōem admittis: simul equidē informans & non informans esset. Informās quidē corpus & nō informans abscisę ptis locum. MAG. hęc contradictōem/quę est ad idem & s;m idem non includūt. DIS. probe. memini nunc/talia libro secūdo audisse. Sed quid si manus arescat: arescit ne in eadem aīa? MAG nequaq; incorruptibilis est em: ut mox patebit. desinit autē in tali mēbro vegetatio & sensus: ipso manēte unito toti: quod in sanis quoq; potest: saltem ad tempus fieri. Vnde & Augustinus in de ciuitate li. xiiij. c. 24 plerosq; fratres recentissima memoria expros ait: prębyteru quendam restitutū nomine/ in parochia Calameñ. ecclesiae: ita se dum voluisset abstulisse a sensibus/ ut non modo vellicantes atq; pungentes nō sentiret/sed nec aliquando admoti ignis adustionem declinaret: in ipso etiam tanquā in defuncto nullus īueniebatur anhelitus / hominū tamē voces si clarius loquerentur/tanquā de longinquo se audisse postea referebat. Clarum est hoc argumentū unitatis vegetatiuę/sensitiuę & intellectiuę in homīe/& dominij mentis sup vires suas. Hic homo mortuus nō erat/qui adhuc astantiū voces/ quasi e longinquo audiebat sed in eo animi se a tactus sensatione cōtinebat/ ne multiplicatas ad organū qualitates aduerteret/quia spiritui ęgredienti ad organa sensuum influxum suspenderat. queadmodū si candela/illuminans cubile esset aīata: radios suos ad centrum lucis dum vellet attraheret: fieretq; cubile tenebrosum sine luminis extinctione vel candelę separatione. DIS. de idēptitate vegetatiuę: sensitiuę & intellectiuę in homine. similiter & ipius in ptibilitate: quae volui audiui. de quātitate vero vegetatiuae & sensitiuae in vegetabilibus & brutis: si idem sentias nondum intellexi.

Augusti⁹

Si anima sensitiua in brutis sit extensa & diuisibilis opiniones ponuntur. & si diuisione: anima multiplicari possit perquiritur Ca.xviij. MAG.

Ensitiuã brutorꝝ esse indiuisibilē: nec in minore minorē: aut maiore maiorē: nō spernēdę auctoritatis philosophi credidere: q̄ tota sentit/quod in singulis ptibus corpis fit: cum totã non lateat/ nec absens sentire posset. manifestũ est etiã ex prioribns: quoniã species visibiliũ in oculo extensę nō sunt: igitur nec potentia p idem de speciebus & interioribus potentijs intelligendũ: nō est aũt epitomatis nostri positiões multis ratõibus fulcire: sed unũ ex ꝓbatissimis in testem assumere. Cedentib⁹ autē cęteris diuo Augustino/placuit hunc aduocare: q in li. de quantitate aīę/non mõ intellectiuę/sed sensitiuę quoqꝫ extensionem localē demonstrat longe abesse. Sed in oppositum multos mouere solet: ꝙ in annulosorꝝ & quorundã vermiũ diuisione /utraqꝫ ps & mo/tum & sensum seruat: id aũt aut ptitione: aut multiplicatiõe anię fiat necesse est: multiplicationē uti naturæ principijs contrariam refutant: ptitione igitur fiat concludunt. DIS. Et egꝑ nõ inerter cõclusum existimo: ni argumenti nodulum inualidũ deduxeris? MAG. Animã de aīa multiplicari. & quasi extraduce nasci/in superioribus explosum est quod autem de candela accensa/aliã accēdentē sine luminis sui diminutione in delucidarõem dicti adducunt /falsum esse constat. non em̄ lumē sine substantia in quo snbiectatur in alterã trans fertur candelam (accidens em̄ de subiecto in subiectũ nõ migrat) substãtia igitur lucida quã in candelæ capite flagrare cernimus: nisi continuo de corpore candelæ restauretur citius ad incensionem adductarꝝ candelarꝝ cõsumeret. DI. ad aliud autem quid dicis? nam ut aiunt indiuisibilis pũctus ad diuisionem lineę in utranqꝫ ptem totus cadit: sic & anima. MAG. punctũ actu esse in linea li. octauo reprobatũ est. esto autem actu sit/vł desit uit si actiõem diuisionis accipit aut in alterã ptem solus cadit. DIS. Sic pars reliqua esset actu infinita: quia termino non clausa. MAG. non esset qdē clausa t̄mio extrīseco s3 intrīseco DIS. duo igit̄ in lineapuncta in potentia fuere/quæ diuisione facta in actũ redncuntur? MAG. probe. Sic quidam in planta vel bruto/unam actu dicunt animã: potētia plures/quæ diuisione cõsumata in actum prodeũt virtute formę prioris: & beneficio corpis cęlestis/calore coagente. Hui⁹ nempe maxime est seminaria excitare: cubantur em̄ & oua a calore fimi Sic utranqꝫ partium diuisæ plantæ / plantam dicunt impfectam. Facile autem pfici posse ꝑpter partium similitudinem / utrobiqꝫ enim manet quo alimentum digeritur. In surculo autem abscisso/& si radix non sit (cuius est alimentum sumere) sufficiēs tamen cibus p poros donec radices mittat/potest introire: ipsa nempe radix non nisi per poros solet alimentum attrahere quibus obstructis deficiet planta & æmoritur. facile autē iuuatur si radix finditur & lapillus in fissuram ne concrescant extrema immittitur.

Augusti⁹

Anguillę autem & huiusce gñis animaliũ partes diuisiõis animalia vocant imperfecta: nec posse perfici ꝑpter partium maiorem diuersitatem non enim os/& id quo digestio celebratur in singulis partibus reperit.

Augusti⁹ At vero diuus Aurelius eo libro quem de animæ quantitate prętitulauit: non modo intellectiuam verumetiam brutalem/nec loco contineri & ideo corpalem quantitatem non habere docuit. Id quoq; non omnino extranea similitudine explicuit. Nam & si nomẽ per litteras tanquã per partes diuidi possit/intelligentia tamen seu significatio non potest. quia nec lõga nec lata est. Sicut aũt dilaniato corpe aĩa discedit/ sic diuisum non significatõem quã habuerat perdit In quibusdam tamẽ nominibus viuunt partes litteraꝝ: quasi frusta corpoꝝ anima non diuisa. ut in hoc nomine lucifer/quod in duas partes sectũ/ in utraq; viuit vel poti⁹ quasi viuit: non enim eandẽ vitam. id est significatiõem habet diuisum quam integrum. DIS. nescio si expressior similitudo ad hanc rem demonstrandam inueniri possit. Iam tamen in mentẽ venit: quod nudi⁹ tertius ad dissoluendam hanc de ꝑbibilitate sensitiuę animę questionem in mediũ attulit ignotus quidaꝫ: quem habitus & mores delirũ magis q̃ Philosophum ostentabant MAG. Quid ait is? non enim amictus corpis magnopere/sed dicentis verba pensanda sunt: DIS. dicebat is brutalem animã p se quidẽ indiuisibilem esse per accidens autem diuidi posse ad diuisionem corpis quod informat. MAG. non ꝑter philosophiam locutus est. nam & diuus Augustinus loco quo supra/positõem hanc non improbat sed doctissimorum virorum esse affirmat. nos ad alia ꝑperem⁹ e regiõe qppe cãpũ spaciosissimũ intueor cui nomẽ ẽ origo

anima nõ est quanta

quõ anĩa sensitiua sit diuisibilis

Campus originis De origine animę gentiliũ & catholicoꝝ opiõs sub breuitate recitant. & manicheorum insania hic improbat: quia dicit animã esse partem diuinę substantię. Capitulũ. xix. DIS.

Quid in hoc cãpo venatu dignũ arbitrare? MA. id q̃d nõ mõ omniũ seculoꝝ & gentiuꝫ Philosophos attonitos reddidit: sed ex nostris quoq; nõnullos ꝑniciose errare cęteros sñiam suã aliquãdiu suspẽdere & qd veri⁹ salubriusq; de essentia & origine anĩę dici possit/ingẽti labore ꝑqrere coegit. DIS. In primis de philosophis: deinde de cęteris te absoluas. MA. Phõꝝ positiões in principio li. x. saltẽ ubi sermõe cõmẽorauim⁹: nec tã necessariũ quã operosũ est oẽs singillatĩ explicare. Diogenes equidẽ & Anaximenes subãm aĩę aereã esse voluere. Permenides ex terra & igne. Xenophãtes ex terra & aq̃. Epicurus ex igne aere & spũ mixtã. unũ Varro aĩam definiẽs ait. Aĩa ẽ aer conceptus ore deferuefactus in pulmone tempatus in corde/diffusus in corpus. Empedocles ex quattuor elementis concretam. Circias sanguinem cordi suffusũ. Crisipp⁹ spiritũ. Hiparc⁹ ignis vigorẽ. Hic & Maro Inge⁹ est ollis vigor. Eraclitus scitillã stellaris eẽntię. Philolaus Aristpxenes.

diogenes Anaximenes Permenides xeuophates

Epicurus varro Empedocles Circias Crisipp⁹. Hiparcus

Almeon / xenocrates

harmoniã. Almeon diuinum quoddã se semper mouẽs. Xenocrates nũmerũ maximę virtutis. Anaxagoras intellectum. Aristoteles endelechiam siue actum & corporis formã. Et rursus de origine disceptantes: quidam eã semper fuisse. alŋ incepisse tradidere. Taliũ sententias diuus Hieronymus nostris cõmiscens/quinq; præcipuas opiniões de origine Animæ cõmemorat: scribens Marcellino & Anapsichię: dicens. Sup animæ statu memini vestrę questiunculę imo maxime ecclesiasticę questionis: Vtrũ lapsa sit de cœlo (ut Pythagoras philosophus: omnes platonici & Origenes putant) anima. An a propria dei substantia. ut Stoici: Manicheus & Hispanię Priscilliani hereses suspicantur. An in thesauro habeãtur dei olim conditæ. ut quidam ecclesiastici stulta persuasione confidũt An quotidie a deo fiant & mittãtur in corpora: secundũ id quod in euãgelio scriptũ est. Pater meus usq; modo operatur & ego operor. An certe ex traducere. ut Tertullianus/Apollinaris & maxima pars occidentalium autumant. ut quomodo corpus ex corpore/sic anima nascat̃ ex anima. & simili cum brutis animantibus conditione subsistat. Hęc ille. Augustinus quoq; easdem opiniones/dempta secunda in libro tertio de libero arbitrio: in epistola ad Marcellinuw: in epistola ad sanctum. Hieronymũ de origine animę: in epistola ad Optatũ de eodẽ recitauit/sed nullam amplexus in sententia aliq̃diu suspensus permansit. Manicheorum tamen errorẽ semper refutauit. quẽ & beatus Hieronymus in expositione fidei ad Damasum papã anathematisat. Tanto enim facilius hic error conuincitur quanto manifestiore cõtradictione in Vngaria se conclusit Si enim anima dei pars est/creata esse nequit: creatã tamen dicit qui ipsam de dei substantia productã inteligit. Amplius dei essentiã non omnino simplicẽ/sed tot particulis distributã quot sunt animę. rursus dei partem toti homini imperfectiorẽ/aut quãlibet animarũ imensam omnipotentem & si quę talia de deo verificantur/dici necesse est. & quod execrabili⁹ est: deũ peccatis obnoxiũ/sicq; ęternis supplicŋs cruciãdũ necessario sequit̃. Hũc errorẽ a diuo Augustino multifarie explosum relinq̃mus: si prius unũ testimoniũ ex ipsius libris adduxerimus: in li. xi. de ciuitate dei. c. xxŋ. circa finem intulit. Si Manichei non desiperent vel potius insanirent: si dei naturã sicuti est incõmutabilẽ atq; omnino incorruptibilem crederent: cui nocere nulla res possit. animã vero q̃ voluutate mutari in deterius & peccato corrumpi potuit atq; ita incõmutabilis luce priuari: non dei partẽ nec eius naturę quę dei est sed ab illo conditam longe imparẽ conditori christiana sanitate sentirẽt. hęc ibi. Quod vero duplicem animã in homine/unã bonã/alterã mouentẽ ad malum & bonũ facere nequeuntẽ fabulantur: errorem nõ minuit sed auget. Nã fingunt: cum deus videret quanta labes & vastitas imineret regnis suis nisi aliquid aduersę genti opponeret & ei resisteret: misisse hanc virtutẽ id est animã bonã: de cuius cõmixtione cũ malo & gente tenebrarũ mũdus sit fabricatus. Errorẽ hunc teterrimũ diuus Augustinus li. de duabus animabus & libro contra Fortunatum funditus ęliminauit. Quid

de origĩe anĩę opiniones

Anaxagoras / Aristoteles / Hierony. / pythago. / Plato / Origenes / Stoici / amniche⁹ / priscilianus / textulian⁹ / apollinaris / Augusti⁹

improbat̃ error manicheorũ

Hierony.

Augusti⁹

enim stultius & execrabilius dici potuit q̄ omnipotentē aliquā aduersam gentem timuisse. Primā & tertiā opiniões in campo īmortalitatis ventilabimus. Philosophoꝝ autē opiniões q̄ttuor principales / q̄ dicūt animā vel aerē/fumū/flatum/ignem siue scintillā/ sanguinē mouentem cor &c. sapiens philosophus li. Sapiē c.2. refutauit. & Aristoteles primo de anima incōueniētes docuit. Nūc duas ultimas sub breuitate percurramus. DIS. ut libet.

Animē nō sunt extraduce: sed singulē singulis corporibus a deo creātur nouē & infundunt. Opinio Auicennē de intelligētiaꝝ productione refutatur. Capitulum vicesimum. DISCIPVLVS.

Nimas ꝓcreari extraduce/ pter scripturaꝝ auctoritates/ q̄s diu⁹ pater Augustinus in p̄fatis epistolis resoluit: id maxime arguebat: q̄a ab Adam omnes nascimur filij iræ: non autem rōne carnis (cui peccatū inesse nemo sanus credit) igit̄ rōne animē: q̄ ex anima illius traducatur: vel ut corpus de corpore vel ut lucerna de lucerna accendit̄. aut in semine a parentis anima simul decindatur. Discussis autē falsitatis tenebris hēc quoq; opinio reiecta est & singulas animas singulis nascentibus q̄tidie a deo fieri/ut rōni & fidei consonū receptū & approbatū est/tū ab Augustino tū a Hieronymo: qui p̄ cēteris hanc questionē elaborauere. Vnde Augustinus lib. de ecclesiasticis dogmatibus sic ait. Animas hoīm nō esse ab initio inter cēteras intellectuales naturas / nec simul creatas: sicut Origenes fingit. neq; cū corpib⁹ per coitū seminant̄ sicut Luciferiani Cirillus & aliq latinoꝝ p̄sumptores affirmāt: sʒ dicim⁹ corpus tm̄ per cōiugij copulā seminari. creationē vero animē solū creatorē nosse: eiusq; iudicio corpus coagulari in vulua & cōpingi atque formari/ac formato iā corpe animā creari atq; īfundi ut viuat ī utero homo ex anima cōstans & corpe: & egrediatur viuus ex utero plen⁹ humana substātia. attestat̄ idē glo. in c. q̄d vero. 32. q. 2. Consentit diu⁹ Hierony. li. 2. cōtra Rufinū. & in epistola ad eūdeʒ. & regius ꝓpheta dicēs Qui finxit singillatim corda eoꝝ. Isaias quoq; ait in p̄sona Dn̄i. omneʒ flatū ego feci/quas scripturas de animabus exponūt. Aristotel. quoq; li. de animalib⁹. 16. solū intellectū ab extrinseco aduenire docuit. Q d' autē Auicēna in sua methaphīca de intelligentiaꝝ unius ab alia: insup & animaꝝ ab intelligētijs ꝓductōe disseruit: & auctor li. causaꝝ eundē secut⁹ affirmauit ut mi⁹ sufficiēter ꝓbatū & catholicē assertōi ɔtrariū explodit̄.

Marginalia: li. 2. sentē. di. 28. — Aug. c. 13. — idē de spū & anima c. 48. & c. 40. — Ania creādo infunditur — Hierony. — Isaias c. 57. — psal. 32. — Aristote. — Auicēna li. 9.

Anima est essentia simplex: nec ex materia corporali nec spirituali composita phisice: licet cōposita sit methaphica compositione. Capi. xxi. MAG.

Erūn̄ catholicoꝝ nōnulli & si animas ut dictū est singulas singulis a deo creari & infundi astruant / imateriales tamē illas esse nō

admittũt: quorũ alij ut facilius q̃ obijciũtur ꝓpellere valeant/animas nõ de materia corporali sed spirituali/extensionis/priuatõis & corruptõis penitus imuni consistere affirmant. facile utrũq; sine phię & fidei iactura defensari potuit. eas tamẽ nec de materia corpali nec spirituali/sed de nihilo a deo creari: Magister sentẽ. li. 2. dis. 17. & Dionysius li. d' diuinis nominibus scripserũt. Substãtiæ qppe spirituales sicut sunt incorporales ita & imateriales. Q d' autẽ Augustinus li. de ecclesiasticis dogmatibus. omnẽ creaturã corpeã dicit: mox causam & intellectũ dicti subiũgit. qa non ubiq; sunt/sed localiter circumscribũtur: sicut anima q̃ carne clauditur: ut posthac declarabitur. Idẽ in epistola ad Hieron. de origine añæ deducit. DIS. Simplex igitur essentia est anima? MAG. Simplex est per exclusionẽ cõpositionis phisicæ: q̃ ęst ex materia & forma naturali. composita vero est cõpositione methaphisica: q̃ ęst ex realitate & realitate: quarũ una se habet in potentia ut quod/altera in actu ut quo. ab illa genus/ab ista differentia sumitur. Hinc Boetius li. de trinitate. In omni quod est citra primũ/est hoc & hoc: id est quod est & quo est. Est & in ea accidentis & subiecti compositio. de luce enim in tenebras: de scientia in ignorantiã mutabilis est. de illa Augustinus li. 6. de trinitate & xi. de ciuitate dei disseruit. nos reliqua percurramus.

magister sententia. Dyonisi⁹ Augusti⁹

quõ añia dicatur cõposita

Boetius' Aug. c. 6. & c. 10. de ciuitate

Excusat se auctor de tarditate ad respondendũ. & positiões de origine animę vegetatiuæ & sensitiuę ænumerat. Cap. xxij. DIS.

Væ de origine & substantia animę digesta sunt/de sola intellectiua intelligenda inducta testimonia ꝑsuadent. de vegetatiua igitur & sensitiua qd astruis? MAG. Difficiles difficillimis quæstiones accumulas: nõ aduertẽs materias grandes (ut inqt Hierõ.) ingenia parua ferre non posse. insup q̃ odiosum sit/ex mł'tis positõibus unã præferre: nihilipendis. Ego autẽ econtrario ad respondendũ efficior tardior: quo ingenij puitatẽ/stili ruditatẽ & epitõatis ꝑscriptos limites cõsidero attenti⁹: quorũ primũ arcana naturę nõ penetrat: alterũ sane cõceptũ obscurius explicat. ultimũ nec selectũ corroborare/nec neglectũ finitiõnibus cõfutare. DIS. In singulis his eo facilius veniã dabo/q̃ minus ea a te exquiro. plano aũt sermone ad ꝓpositã q̃stionẽ respondere te plurimũ hortor. MAG. de brutali anima diuersi diuersas ꝓtulere sententias. Asserentibus alijs a creatore omnium has animas in primordio ex materia quadam spirituali ꝓductas: conseq̃nter vero ex illis in specie consimiles actõe naturę æductas. Alijs oppositũ tuentib⁹/visum est eas & a primordio & deinceps a solo creatore de nihilo fieri. qbus suffragari videt dictũ Augustini li. de vera religione: dicẽtis. Nulla vita est q̃ non sit ex deo: quia deus utiq; sũma vita est & ipse fons vitæ. & regius ꝓpheta cũ de animãtibus terrę marisq; sermonẽ texeret: subiecit. auferes spiritũ eorũ & deficient & in puluerẽ suũ reuertent. Emittes spiritum tuum & creabunt & renouabis faciẽ terrę. Cęteris deũ a quotidiana creatõe se

Hierony⁹

Augusti⁹ psal. 103.

questrantib⁹ ꝑsuasu; est: aiam ab anima generari nõ per decisionẽ aut ꝑtiũ sepatione/sed quẽadmodũ accensa candela alias accendẽdo sine luminis ꝓprij diminutione multiplicat. cũ eñ oĩs anima (ut aiunt) indiuisibilis sit: ad diuisionẽ materię ĩ ptes utrobiq; tota cadit. sicut cernere est in surculi decerptõe. & anguillarꝫ diuisiõe. Sed qa nec ea sententia satis ꝑspicua videt: placuit reliqs anĩas hui⁹ generis a primordiali rerꝫ origine beneficio creatoris vel ex nihilo vel ꝑ creata rõne seminali/esse cœpisse. deinceps aũt non ꝑ creationẽ sed naturę actiõem/ ex inditis a creatore elementis generatiuis seminalib⁹/coagente cęlorꝫ influxu inꝓpatulũ prodire. scd'm q̃ scriptũ est in Genesi. producãt aquę reptile aię viuẽtis &c. Hęc sentẽtia v̈bis diui Augustini corroborari posset: q̃ ex ægregij de trinitate ipsius volumine li. 9. cũ de plantis agerẽt inseruim⁹. Et libro de ecclesiasticis dogmatibus ait. Animaliũ vero animę cũ carne ipsa carnis viuacitate nascunt & cũ carnis morte finiunt. Sic e in lib. de spiritu & anima legitur. Libro quoq; de aĩalibus Aristoteles idẽ sensisse videtur. Sunt tñ q nec semen nec cœli influxũ viuentes substantias attingere cõcedunt. agens eqdem ꝑstantius est passo: omne autẽ viuens ꝑstãti⁹ est non viuente. ex. xij. de ciuitate dei. inanimati igitur cœli & quælibet semina/ viuentẽ animã attingere nequeũt. Omĩs itaq; animę causalitatẽ deo ĩmediatius attribuũt: nec tamen animas tales creari admittũt. creatio nanq; nullã pro recipienda forma materiam exigit: sicut in plantis & aĩalibus esse conspicimus. Hęc positio & si philosophiæ principijs innitatur/præcedenti tamen præiudicium non facit. Nam q̃d de nobilitate agentis assumit: nõ ratione essentiarꝫ/sed causalitate accipi potest. nobilius est enim agere q̃ pati. vel quia in simplicibus & uniuocis locũ habet: cœlum autẽ & seminaria vis unã causam aggregãt: cuius ad minus pars una ęquiuoca est ad formã introducendã. Cœlũ insuper inanimatũ ex his q̃ libro septimo digesta sunt cõcedius. Seminaria autẽ elemẽta omnino mortua dicere non possumus. viuũt enim semina/accepta a creatore vita latenti: quæ oportunis tẽpamentorꝫ occasionibus excitata erũpit/& species suas peragit. iuxta s. Augustini traditionem

lib. 3. c. 8. & 9.

Aristote. 16. aĩaliũ

Semen viuit

Campus ĩmortalitatis. Inquisitio ĩmortalitatis animæ multorꝫ fuit/sed inuentio paucorũ: quorũ nonnulli ob amorẽ alterius vitę necauere seipsos: q̃d tñ mĩme licet. insuꝑ qbus rõibus tũ a Platone tũ ab alijs aĩæ ĩmortalitas ꝑsuasa sit. Cap. xxiij. DI.

Eleri nunc gressu quem ex aduerso campum intueor auidius percurrãus: ut simul cũ solis occubitu hic liber finẽ accipiat. MA Haud scite hũc vastissimũ cãpum ĩnumeris anfractib⁹ interceptũ/varijs itẽ & densissimis vepribus consitũ celeriore cursu ꝑcurrendu; mones. nã diuus Aurelius in tredecĩo de trinitate de vera beatitudine & aniæ immortalitate differens ait. Humanis quippe argumentatiõibus

Augusti⁹

hęc inuenire conãtes/vix pauci magno pditi ingenio/abundãtes ocio/ doctrinisq; subtilissimis eruditi / ad indagandã solius anię ĩmortalita tem puenire potuerunt: Q ui tamẽ aię beatã vitã nõ inuenerũt stabilẽ/ id est verã: ad miserias eam qppe vitę hui⁹ etiã post beatitudinẽ redire dixerunt &c. DIS. lento igit passu hęc duo per ordinẽ despiciamus. MAG. Anię ĩmortalitatẽ/Phõrꝝ nõnulli cum didicissent/ amore fu/ turę fęlicitatis sibiipis manus intulerunt. ut Cleantes: Crisippus: Zeno: Empedocles & Cato. inquit Lactantius li.3.c.18. institutionum. Et be. Hieronymus sup Danielem c.1. zenonẽ principẽ stoicorꝝ inferos & im mortales animas cõcessisse/astruit. Theobrotũ quoq; lecto Platonis li bro ubi de immortalitate anię disputat: se pręcipitem dedisse de muro: atq; ita ex hac vita ęmigrasse ad eam quã credidit esse meliorem. Augu stinus primo de ciui. dei. c.22. refert/ Verũ in eodem/nulli hominũ lice re in seipm manus truculẽtas iniicere abũde deducit: nos huiuscemodi & varias ratiões pro affirmanda animę ĩmortalitate consulto pterim⁹ nec ex his quę ab Aristotele in libro de Anima / in methaphisica: aut in ethicis scripta cernunt/ęuidens demonstratio colligi poterit. Cęterum in de animalib⁹/solum intellectũ ab extrinseco aduenire astruit. in li. ve ro de pomo & morte (si ipius est) id clarius expressit. DIS. Platonis autem argumentũ quod est cui Theobrotus tantũ credidit? MAG. Numerus seipm mouens/indeficiens est: anĩa nũerus est seipm mouẽs: non igitur anima interire potest. DIS. Numerꝝ & motum inter acci dentia cõnumera li. octauo digestũ est: animã vero substantiã esse ea quæ in decimo libro tractata sunt cõprobant. sic syllogismi pręmissi al terã ppositõem falsam esse necessario sequitur. MAG. Numerꝝ nume rantem & motum se mouentem (qualẽ Plato credidit aĩam) substãtiã; esse nihil horum quę disseruimus phibet. vnde cum in mouentibus & motibus dęueniendũ sit ad id qd ex se mouet: non pticipatõe mot⁹ pter intellectũ nullũ aliud assignari pot. Prima nempe causa ĩmobilis est: & primũ corpm stare põt: in ipo em mot⁹ a substãtia secernit. DI. Nũ & aĩa exuta corpe ipm mouere desinit? MAG. etiã fili. accessori⁹ eq/ dem est hic mot⁹. Vñ debita corpis harmonia corrupta/mot⁹ viuifica tionis in eo desinit: & aĩa (quę sine tali motu corp⁹ nõ informat) recedit seipam aũt motu ĩtellectuali mouere in ppetuũ nõ cessabit. ĩtellectis. n. aliis super seipsum reflectitur motus: & circularis efficitur. nunq; enim seipam intelligere destitit ex quo esse cepit. ait Aurelius. DIS Habet igit motus sui principiũ? MAG. aĩam sui esse deũ habere auctorẽ co gnouimus. quõ ergo motũ ipius quo viuit principio carere dicemus? Vides qa rotũditas motui cõgruit: facili⁹ em mouet qd magis rotũdũ est: maximũ igit rotundũ quo rotundi⁹ dari nõ posset / si sup perfecte planũ caderet/motũ cõtinuaret sine termino: esset nanq; mouens & mo bile. Sic intellectualis natura/ex quo esse cepit/seipam sine fine intelli/ git/& cũ alia cognoscit/ratiocinãdo se mouet: ut quattuor nõ sunt duo quia qttuor tria cõtinet: duo aũt tria nõ habẽt. pariformiter & ĩ cęteris.

Lactanti⁹
Hierony.
Theobrotus
Aristoteles
Plato in phedone
Augusti⁹ de tri. lib. 14.c.10.
anĩa seipsã intelligit semper

Preterea tempus inter corruptiōis causas Aristoteles cōmemorat. q̄ eñ corrūpunt generata sunt & tēpore mēsurant: tēpus autē ut visum est cū sit numerus/ab anima dependet. aīa vero tempori subdita non est/sed ad tēpus se habet ut visus ad oculū: qui licet sine oculo nō videat / tñ nō habet ab oculo q̄d visus est. sic anima in mensuratōe motuum tp̄e utit. & in hunc usum varia instrumēta fabricat. Motus itaq; discretiōis animę q̄a tempore mensurari nō habet/tempore finiri nequit: ideo ppetuꝰ est. Adde quia nullus vel numerus vel motus potest animæ mensurandi ac numerandi motū æuacuare: quia omnes præcedit motu suo intellectiuo. Vnde ratio circuli ante omnē motū est/ nec tempore constringit hęc tamen in anima rationali reperit. similiter & cęteræ mathematicę disciplinę: & incorruptibiles scibiliū veritates. quare & aīaȝ īmortalē esse manifestū erit. DIS. non mediocriter mouet/ q̄ꝑ veritates īuariabiles quas anima abstractas intelligit cōplicat: & addiscenti miromō explicādo manifestat: nec in talibus corpe necessario utit. limpidius nanq; hęc intueor dū clausis oculis & quoad fieri potest mentē sup̄ corpus æleuo.

MAG. plane. nā Prophetę in extasi aut raptu/similit & in somnis secretissima cōtemplabant. clarius autē ab omi corpali mole liberata anima talia intuetur. DIS. persuasus sum. MAG. Cōfirmat hoc: q̄ꝑ marcescente corpore/reddit anima ad cōtemplādas altissimas veritates expeditior: nec a maxime intelligibilibus ledit quēadmodū dissolubiles potentię ab excellenti sensibili corrūpunt. Pręterea desideriū naturale frustratoriū esse nequit. li. 3. de anima. 2 phisicoꝝ & primo de cęlo & mundo Aristoteles astruit. Omnes hoīes autē naturali desiderio beatitudinē appetunt. ait s. Augustinꝰ li. 3. de tri. c. 8. & Aristoteles primo Ethicoꝝ. Beatitudo vero nō potest haberi in hoc mūdo. secundū btm̄ Augustinū li. 22. d' ciui. & Boetiū li. tertio de cōsolatōe phie. igit necessariū est aīas in aliud sęculū durare: ibiq; desiderata beatitudīs ęternitate potiri. Sed q̄d plura? imago & resplendētia viuentis in sęcula creatoris quō desineret cū nᶜ dies illustrata sole deficeret/ si ī nostro hemisphærio sol sp̄ ɔsisteret

Aristote. Augustiꝰ Boetius

Quibus scripturaꝝ testimoniis ɔfirmari possit aīę īmortalitas. & quō aīa respectu dei mortalis sit q̄a mutabil'. & de duplici eius morte. Cap. xxiiii.

MAGISTER. Ed ne a q̄piaȝ veritatis lumen q̄d ex p̄missis de animę ppetuitate hausisti/obtenebrari possit: ipsum sacroꝝ ęloquioꝝ muro circūda. uñ ait veritas. ego vitā etnā do eis. & Aure. in ecclesiasticis dogmatibꝰ c. 15 (quē libꝝ nōnulli Gennadii dicūt) solū hoīem credimꝰ habere aīaȝ subsantiuā: q̄ exuta corpe viuit: & sensus suos atq; ingēia viuaciter tenet. non cum corpore morit sicut Arabs asserit. neq; postmodū interitura sicut Zenon dicit: quia substātialiter viuit. Idē li. de spiritu & aīa c. 48. dicit. & Dionysius d' diui. no. c. 4. Animę humanę habēt ex bonitate diuina q̄ꝑ sint intellectuales. & q̄ꝑ habeant substātialē vitā & incōsumptibilē. & Cicero in li. de senectute introducit Socratē apud Pla

Aīę īmortalitas Augustiꝰ Ioan. 10.

Cicero Valerius Maximꝰ Virgiliꝰ Ouidius 1 Thi. 6. Ezech. 18.

tonē dicentē. Quid multa sic mihi ꝑsuadeo/sic sentio: cū tanta celeritas animoꝝ sit: tanta mēoria ꝓteritoꝝ/futuroꝝ prudētia: tot artes/tātæ sci entię/tot nō posse eā naturā q̄ res eas continet esse mortalē? Et ī fine ad iungit. O ꝑclarū diem cū in illud animoꝝ cōciliū proficiscar: & cū ex hac turba & colluuione discedā & plura ibidē. Valerius q̄q3 maxim⁹ li. secūdo nōnulla ad id ꝓpositū cōtulit. Virgilius quoq3 in. 6. æneı. & Oui dius li. 9. methamor. & poetaꝝ numerosa turba aīam īmortalē credidit Sed q̄bus nec ista satis faciūt. c. pe. 24. q. 3. legant: & contrariū asserētes inter hęreticos inuenient. DIS. Si sacris litteris dicta firmare cōtendis q̄ contraria videtur ex his testimonia dissoluas necesse est. Ait enī Apo stolus loquens de deo qui habet īmortalitatē solus. & propheta Ezech iel. Anima q̄ peccauerit ipsa morietur. MAG. Fortiter opponis. sed hæc longe aliter accipiēda sunt. Solus enim deus īmortaliatē habet: q cum incōmutabilis sit/sicut vitā in semetipo habet sic seipsum cōseruat: & ip sum nō esse impossibile est. anima aūt mutabilis de bono in malū/acce pit esse p creationē: & a creatore ꝑpetuatur per indesinentē cōseruationē. Ezechielis autē vaticiniū de morte p peccatū q̄d priuat animā vita gra cię intelligendū est. de qua in li. Sapiētię. Per maliciā occidit homo aīam suam: q̄a peccatū graciā expellit. cuius præsentia anima/sicut corpus per ipsam viuit. inquit Augustinus. Est & alia animę mors & q̄dē summa: ali enatio scilicet eius a vita dei in ęternitate supplicij. ut testatur idē lib. vi. de ciuitate. sed de hac in cāpo miserię: nūc q̄ restant in hoc cāpo lustrabim⁹

i. Thi. 6. Ezech. 18. Sapie. 16. de pe. di. 1. pa. resusci tatus. & Aug. li. 6. de ci. c. 12.

Sola rationalis anima īmortalis est. positio autem

Platonicoꝝ de aīa mundi/in quā plantaꝝ & brutoꝝ aīaliū aīas re soluendas putāt: exploditur. & contrarium luculētissimis testimo nijs sancti Augustini astruitur. Capitulū. xxv. DIS.

nimę humanę solū/an & cęteris īmortalitatē inesse credis? MA premissū ex li. de ecclesiasticis dogmatib⁹ testimoniū/solū ho minē īmortalē habere aīam explicat: q̄d si minus est: adducā q̄d in eodē. c. seq̄nti additur. Animaliū ṽo aīę nō sunt substantię (intellige corruptibiles) uñ seq̄tur. sed cū carne ipsa carnis viuacitate nascunt: & cū carnis morte finiunt. & ideo nec rōne regunt sicut Plato & Alexander putāt: sed ad oīa naturę incitamēta ducunt. DIS. Si igitur iuxta Platōi coꝝ positōem īmortales sūt aīę etiā irrationales: arbore succisa & bestia moriēte/ubi manēt illaꝝ aīæ si nō corrūpunt? MAG. In aīam mūdi inquiūt resoluunt. nā ut aiunt ab ipsa sunt. Vnde sicut anima rōlis tota in toto & tota in qualibet ꝑte homīs est: sed nō eadē officia in oībus ex ercet. in oculo etenī videt: & dicitur visiua. in aurib⁹ audit: & est auditiua & sic ꝺ alijs. sic ut aiūt: aīa mūdi imꝑtibilis in toto mūdo tota &c. lapidi bus prestat esse: plantis vegetare: brutis sentire. Hęc inqunt ante aduen tū intellectiuę embrionē vegetat: & id exercitiū in nōnullis mortuis ex ercet: q̄bus & ungues & capilli crescūt. Triplicē em gradū animaꝝ Var ro distinguit. ut refert Aurelius li. 7. c. 25. vegetatiuū in plantis/ sensitiū

Platonis & Alexā. positiōes

Aug. ꝺ ec clesi. dog. c. 15. & 16

Augu. de ciui. li. 4. Varro

in astris q̄ mundi sunt oculi: & intellectiuū in q̄ hoīes deo videntur simi-
les. Solos em̄ illos aīaduertisse quid sit deus credidit: qui eū animā mo-
tu ac rōne mundū gubernantē affirmāt. nā & ipse ut ait Aurelius: dicit
deū se arbitrari esse animā mūdi: & hunc ipm mundum esse deū. Alludit
Vergilius cū ait. Iupiter est q̄dcunq; vides quodcūq; mouet. Plato au-
tē mundū esse aīal beatissimū & sempiternū: sic & sydera instanter affir-
mat. unde & homo grece microcosmus id est minor mundus dicit: hoc
autē q̄ im pprie diceret si macrocosmus. i. maior mundus/ cuius homo
similitudinē gerit aīam nō haberet? Et quia ab hac anīa oīm motus/ or-
do & discretio est: ipsa quoq; numerus seipm mouēs appellat. Nec mirꝫ
si Aristoteles eā ipsā naturā sagacē/ aliȷ̄ Fatū / aliȷ̄ necessitatē cōplectiōis
dicere voluere. Singuli tn̄ positiōes suas moderātes: de quib⁹ disserendi
locus nō est: in illa nō modo animas/ sed & oīm rerꝫ formas ante rerum
productiōes/ nō quidē tp̄e sed natura p̄existere Platonici voluere. nᶜ for-
mas ut in rebus sunt & in mundi aīa s̄ʒm rē / sed essendi modū tm̄modo
differre. Mlta & secretiora q̄dā phiē circa aīe mdi declaratōeʒ explicāda
veniūt: q̄ cōsultius in epitōate istoc silētio p̄terimus. Augustin⁹ vero in
locis p̄nominatis positōeʒ de aīa mundi satis exterminat. Quid autē de
aīabus stellarꝫ/ & ex cōsoquēti aliarꝫ mūdi ptiū sentit li. 7. nō oīno p̄ter
isse memini. DIS. Concl'oēʒ igit in p̄misso ex li. de ecclesiasticis dog-
maticis capitulo tenendā censes? MAG. etiā fili. uū & in li. de fide ad
Petrū loq̄ns ait. Quosdā spiritus sic deus creauit ut sp essent: q̄sdā ve-
ro ut qn̄ʒ spiritus desineret: illos itaq; desituros: quosdā ex aqua/ q̄sdam
quia sic voluit pduxit ex terra. & infra. Spiritus oīm aīaliū tā diu spūs
sunt q̄ diu in corpib⁹ viuūt. aīa quippe q̄ rōnis capax diuinitus facta n̄
est/ cū carne sua & incipit & desinit viuere. qa qn̄ corpi vitā non tribuit
& ipsa nō viuit. Atq; ita miro mō cū oī carni aīa sit cāviuēdi/ spūs tamē
irrōl' tā diu viuit q̄ diu in carne māere potuerit: & dū a carne sua sepat /
extinguit. Alludit dictis q̄d beatus Grego. in. 4. dialogorꝫ d' triplici spi-
ritu a deo creato astruit. DIS. de rōne ꝟo quā idem locus a brutis se-
iungit /quid ais? MAG. Tu primū quid te moueat exponas.

Idem li. 7 c. 6.

virgilius.

Augusti.

Gregori⁹

Animalibus brutis inesse rōem impfectā & informē quō cōcedi
& argui possit ex his q̄ opari solent. Capitulū. xxvi. DIS.

E multa p̄ter ordinē ɔmisceri videāur/ a pprio capite de hoc loq̄ ex
ordiāur. videsne (ut a mīs ad maiora ascendā) araneas circa edium
fenestras telas suas ordinatī ɔtexere: & in centro vl' circūferētia p̄dā aduo
litantē scʒ muscā diligēter obseruare? Formicas in æstate granorꝫ acer-
uū ɔportare/ in cōseruandis singulari industria uti? Itē hyrūdines q̄ ar-
tificiose ex luto nidos ɔglutinare/ oī videnti pspicuū est. Quid dicā d' ca-
nibus? q̄bus tanta inest discretō ut dnm̄ ab alienigēa/ latronē & homici
dā ab insonte in vindicta secludāt: in biuio/ ferā altera d'clinasse p̄te sillo
gisāt. Ciconiarꝫ/ eq̄rū & elephantiū naturas longū esset ɔmēorare: q sing
lri pditi noscūt ingēio. M. d' brutorꝫ rōe Philonē scripsisse Hie. li d' vi.

Hierony.

Philo alexandrin⁹.

Illustribus testatur. Hanc si nos quoq; irrationabilib⁹ nõ oĩno adimere voluerim⁹: ipsam nõ simpliciter rõem: sed ratõem informẽ dicere possumus. Sicut eñ visus in colorꝝ discretõne confusus est/& informis: formatur autem ratione inter album & nigrum discernente: sic brutorꝝ discursus si quis in opando cernitur confusus est nec satis distinctus. Hui⁹ in homĩe similẽ quodãmõ conspicius: intellectu tñ formari haud ignoramus. Nunquid qui vocabulorum vim ignorat: legẽs librꝝ ꝑ differẽtias litterarꝝ syllabarꝝ & vocũ discurrit: intellect⁹ autẽ si adhibeť discursum esse bene aut male diiudicat? DIS. Sic cani a deo vim collatã dici posset qua ex his quæ sensu dephendit specialius syllogiset: informẽ tamen esse hunc discursum. cũ nesciat si bene an male discurrat. MA. Hãc vim rõe nõnulli appellant cũ discursus & discretio (q̃uis cõfusa) oĩno a ratõe seiungi non possit. Vnde & Aurelius li. xi. de ciui. c. xxvij Inest sensibus irrationabiliũ animalium & si sciẽtia nullo modo: at certe quędam scientię similitudo ait aũt scientia nullo modo nã ut in li. de fide ad Petrũ scribit: nullã intelligendi facultatem diuinitus acceperunt. Et Dauid rex. Nolite fieri sicut equus & mulus quibus non est intellectus. In imꝑfectioribus autẽ opibus: utputa grana illo vel illo loco reponere: telam in fenestra potius quã alia domus parte texere &c. ꝑtim ex expimento & memoria ꝑteritorꝝ est in his quæ ex parte sunt: partim ex naturę ĩstinctu: [illegible] telã texit aranea/& grana colligit recenter formica ꝑducta. Opatur aũt & inclinat naturę instinct⁹ in eisdẽ specie ad similia ideo oẽs hyrũdines similes nidos/araneę telas fabricãt. qui aũt cognitione ratiocinatiua opantur opus ad placitum variant. unde nec omnes homĩes scriptores: & qui scriptores non similib⁹ characterib⁹ scribunt

Augusti⁹

Psal. 31.

DIS. apte loqueris: nec alia dilucidatiõe opus est. ad alterꝝ q̃d Augustinus in ꝑmissis verbis innuit: animarꝝ sc3 regressũ sermonẽ vertam⁹.

De Reuolutione animarũ a cęlo in humana & bestiarum corpora: & de regressu earundẽ in cœlum qui & quid Philosophi senserũt. Ca. xxvij. MA.

On omnibus quibus (utcunq;) animę immortalitas innotuit causa cõiunctionis cũ corpore/& recessus ab eodem ęque patuit. In primis autem opinionem illorꝝ qui animas tempe pręcessisse corpora voluere sub breuitate transcurramus: dehinc innixã veritati sententiam teneamus. DIS. probe. MAG. Pythagoram aiũt primũ μετεμψυχωσιν id est transanimationẽ docuisse: & adeo quidẽ generalem ut animarum nostrarꝝ in bestias/& rursus bestiarum in homines & taliũ in plantas transitũ crederet. Hinc (ut testatur diuus Hieronymus li. 2. contra Iouinianũ c. 35.) Pythagorici omne q̃d mouetur & viuit edendũ non putant: & eiusdem criminis reos arbitranť qui abietem/quercumue succiderint/cuius patricidę sunt & venefici. Ipse insuper Pythagoras se dicit in bello Troiano fuisse militem Euphorbũ/& ibi occisum a Menelao qui minor Atrides dicebatur. Vnde Ouidius li.

Pythagoõ

Hierony.

Ouidius

xv. μεταμορφωσεων id est de transformatis opinionē Pythagoræ pertractans in psona ipsius ait. Ipse ego me memini Troiani tempe belli: Pantoides Euphorbus erā / cui pectore quōdā Hęsit ī aduerso grauis hasta minoris Atride. & rursus in eodē. Morte carent animæ semp priore relicta Sede: nouis domibus viuunt habitātq recepte. Oīa mutantur: nihil interit errat & illinc Huc venit: hic illuc & quoslibet occupat artus Spūs: ęque feris humana in corpa transit: Inq feras noster nec tēpore depit ullo. Vtq nouis facilis signatur terra figuris: Nec manet ut fuerat nec formas seruat easdem: Sed tamen est eadem animam sic semp eandem Esse: sed varias docet migrare figuras. Plato altissimarū speculationum cupidissimus: Pythagorę dogmata audiens non modo non respuit/sed ipse quoq animas hominū post mortem reuolui usq ad corpora bestiarū scripsit & tenuit. Hunc secuti Apuleius: Plotinus: Porphirius Varro/Vergilius Tertulianus Origenes quoq nonnulla quāuis impia/de animarū reditu scripsere. Quorū alij oēs anīas puras ab initio conditas arbitrant. & eas quæ ab omni cōtagione corpis liberę sunt/ cęlum possidere: appetitiuas vero corporū /latenti desiderio de cęlo pspicere. & pondere terreni cōtagionis/paulatim in inferiora dilabi corpib9 diuersis cōiungi/& ab his tandē resolutas & purgatas nō ea qua descenderunt porta ad superos reuerti. Duas equidem in cęlo portas p descensu & ascensu aīarū: Macrobius super somnio Scipionis ad mentē Platonicorū explanat. Prīa est porta hoīm & descensus: Cancer sc3. altera Capricornus porta deorum/q̄ rursus ascendentes anię īmortalitatē deorū consequūtur. Galaxia aūt per signiferū protensus circulus / locus ē beatorū. Cętera autem signa transeuntes/quasi ebrie ex viciis diuersis obliuiscuntur eorum quæ habebāt in cęlo. In sphera Saturni acquirūt intelligentiā. in Ioue vim agendi. in Marte animositatis ardorē. in Sole sentiendi opinandiq naturam. in Venere motus voluptatum. in Mercurio interp̄tandi vigorem. in Luna vim auguriādi. Purgatas quoq euocari ad letheū fluuiū: ut inde bibentes obliuiscantur p̄teritorū malorum quæ in corporib9 passæ sunt & ad supera cōscendāt /& ab his rursus ī inferiora reuerti cupiāt: Vergilius platonice dixit. Letheū ad fluuiū deus euocat agmine magno (sc3 aīas) Scilicet īmemores supera cōuexa reuisent: Rursus & incipiāt in corpa velle reuerti. Intantū etiā Apulei9 desipuit ut in li. de deo Socratis assereret anīas hoīm in demones transire/ vel lares si boni sunt: vel lemures siue laruas si mali. Manes aūt deos dicūt. Varro aūt aīarū reuersionē ita cōstrinxit ut nō in bestiarū sed pp̄ria corpa redire eas diceret. Porphirius q̄q idē asseruit: & post purgationem de cęlo nō reuersuras amplius in alia corpa voluit. Purgatōem vero aīarū quā theurgiā dicūt & has falsas opiniōes Aureli9 lib. 9. & 10. de ciuitate sufficiēter cribrauit. Et btūs Ambrosius li. de fide resurrectiōis c. penultio & ultīo hui9 figmēti auctores irridet dicēs. neq em̄ mirū debet videri q̄d crederis vos in bestias posse mutari: qui bestias adoratis.

DIS. Pythagoram Platonem Porphiriū ac cęteros gentilitatis caligi

Plato

macrobi9

vergilius 6. Enei.

Apuleius

Varro

Augu. de ciui. li. 22. c. 28.

Ambro.

ne obfuscatos in difficillimis questionibus animarū scʒ origine & ppetuitate errasse paruifacio. Origenē vero quem singulari ingenio: & vite puritate claruisse: & sacras litteras non modo legisse: verumetiā abūde exposuisse ferunt: in dictis questionibus delirasse/ quis facile crederet?
MAG. nemo nisi qui eius scripta: singulari diligentia considerauere.
DIS. & qui fuere isti? MAG. diui Hieronym⁹ & Augustin⁹ ingenio in eloquio/ doctrina fide: & sanctitate clarissimi. DIS. Pauca si p̄sto sunt ex his de Origenis circa animas errore deducas.

Origenis error de lapsu animarꝫ de celo. & mutatione earūdem in demones: & de saluatione demonum Capitulum. xxviij. MAC.

Hierony: Beatus Hieronym⁹ ad auitū scribens inter ceteros errores Origenis q̄s in libris περιαρχων id est de principijs docuit: etiam hunc de aīabus apte ostendit. & in expositione fidei ad Damasum papā cōdemnat. Credidit. n. Origenes (ut plano sermone pauca referam) aīas in celis fuisse angelos: ubi quæ postq̄ peccauerunt deiectas in istū mundū in diuersa corpa: tanq̄ in carceres p̄ delicti qualitate: in q̄bus si noluerint ad meliora conuerti: in alio mundo demones fieri: demones quoq̄ si voluerint ad meliora conuerti: in alio mundo vel mūdis: p̄ supplicia atq̄ tormēta in corpibus erudiri: & rursus ad angelicā puenire dignitatē. Nos quoq̄ si negligentius nō egerim⁹ in corpibus angelos futuros ait. Aīam etiam angelū & demonē (quos unius asserit naturæ sed diuersarum voluntatū) p̄ magnitudine negligentie & stulticiæ iumentū posse fieri: & p̄ dolore penarū & ignis ardore magis ac magis eligere ut brutū aīal sit: & in aquis habitet ac fluctibus: ac corpus assumere huius vel illius pecoris. Et q̄uis hec dogmata non iuxta suam sententiā in primo periarchon dicat: in sequentib⁹ tn̄ multa alia erronea inducēs suam fate tur. ut patet p̄ Hieronymū quo supra. Epiphani⁹ quoq̄ in ep̄la ad Ioannē hierosolimitanū episcopū (quā sanct⁹ Hieronym⁹ e greco in latinū trāstulit) Origenē hec sensisse libere astruit. Insuper & discipulos suos docuisse ne quis oret in celū ascendere: ne prius iterum peccans quā ante peccauerat: rursus p̄cipitetur in mundū. Propter has nanq̄ animarꝫ circulationes/ diuersos sibi inuicem succedere mundos sensit & scripsit. inquit diuus Augustinus li. xi. de ciui. dei. c. 23. Errorē hunc pessimū Augustin⁹ varijs locis cōfutat. utputa li. 11. c. 23. li. 12. c. 13. 19. c. 20. in ep̄la ad. s. Hieronymū de origine anīe. de eodē ad Euodiuʒ & optatū. & li. 12. de Trini. c. ultimo. Sacri etiam canones errorem istū inter hereses damnant. 24. q. 3. c. pe.

Origenis opinio

epiphani.

Augusti.

q̄ anima non est in corpore ut in carcere in quo luat in celo commissa sed ut in proprio perfectibili. Capitulum vicesimumnonum DIS.

Explosa vanitate quid tenendū sit videam⁹. MAG. Aīas ratio

nales quotidie singulis corporibus sufficienter dispositis singulas a deo creari & simul infundi ex prioribus liquet. Infundunt aũt nõ ut carceribus in qbus nescio quae priora delicta luant: quae em̃ simul infundẽdo creantur. prius non erãt nec peccauerunt. Hinc & apl's loquens de Iacob & Esau ait. Cũ em̃ nõ dum nati fuissent/aut aliqd boni egissent aut mali/ex vocãte dictũ est: Iacob dilexi: Esau aũt odio habui. Rursus qui carceribus pęnaliter includunt: eos nõ modo non amant: sed si possunt effugiunt. anię autem tali amore corpibus copulant/ut iuxta apli vocẽ nõ expoliari sed superuestiri velit. DIS. nũ idem dixit desiderium habẽs dissolui & esse cũ Christo. Et iterũ. infęlix homo ego/quis liberabit me de corpe mortis hui⁹. Dauid insup ait. Heu mihi quia incolatus meus plongatus est. MAG. prompte scripturarũ loca adducis: sed fortasse minus bene intelligis. nam ut btũs Thomas exponit. Paulus nõ refugiebat corpis naturam: quia ab eo expoliari nolebat: iuxta priorem vocem: sed volebat carere infectione cõcupiscentię & corruptiõe corpis quae aggrauat aiã ne possit deũ videre. unde notanter dixit de corpore mortis huius. Nõ igit aĩa corpi tanq̃ carceri: sed pprio pfectibili unit nõ p assistentiã ut rector naui: queadmodũ maledict⁹ Auerrois somniauit sed p realẽ informatõem ut p se forma. ut exprimit clementina unica de sum̃a trini. & fide catholica. Cũ aũt talis informatio ↄsistat in pportione harmonica q̃ in alio eadẽ nõ repitur/ideo nec anima unius corpori alterius ut forma cõiungitur/sed cuiq̃ propria infunditur/creatoris voluntate: ut in eis ipsi famulantes maiorẽ mereantur annonã aliquã/do pfecte consequendam in aduentu iudicis. inqt Athanasius in symbolo. Omnes homĩes resurgere habent cũ corporibus suis/& reddituri sũt de factis pprijs rõem. & q bona egerũt ibũt in vitã aeternã/q vo mala in ignẽ ęternũ. q̃ duo sequentib⁹ cãpis indagãda veniunt. DIS optime: prius tamẽ sepationẽ & reunionẽ aię & corporis latius psuadebis.

Apl's · Malach.1. · 2.Cor. 5. · Phil.1. · Roma.8. · Psalmista · Tho 2a. 2ę.q.25. arti.5. · Athanasi.

Quõ ania reuniri possit corpori exemplo deducit. & Auerrois opinio de unitate intellectus reprobat. Insup resurrectiõem a Gẽtilibus creditam/ab ecclesia Christo/apostolis & prophetis multipliciter attestatam esse ostenditur. Capitulum. xxx. DIS.

Nima cũ in pportiõe q̃dã unita sit corpi: necessario sepabit pro portiõe resoluta: qa vo ĩmortalis ẽ subã: sepata nõ interit: sed p se subsistit/nec tñ ppetuo desiderio suo q̃d ad corp⁹ habet cuius p se forma ẽ frustrabit. natura aũt idẽ corpus nũero resolutũ ĩ cineres restaurare nõ põt. restaurabit igit ab eo q ipm prio ex nihilo in cõi oĩm materia creauit cui pmanẽs aĩa ut pprio pfectibili reuniet. Queadmodũ em̃ pcutiẽs vitrũ in pportõe ĩtegrũ vim quandã ĩmittit motũ & sonũ harmoniacũ in eodẽ efficientẽ: quã rupta vitri pportõe & integritate necesse est mox abscedere. quę vis si ĩcorruptibilis esset substãtię & per se subsistere posset/donec aliqua arte vel ingenio vitro reformato reuniretur in eodem utiq̃ praetermissum motum & sonum continuaret. DISCIPVLVS. Placet haec manuductio: nã creationi & infusioni aię vide

tur plurimũ conuenire. non enim extra vitrum pcutiens vim hanc causat & vitro imittit: sed in vitro eã concitat. Sic & creator animã non prius creat extra corpus & postea infundit: sed simul eodem instanti in corpore creando infundit: in q̃ motus viuificatõis & intellectõis varios exercet. MAG. Scite q̃d volui resumis. DIS. Aliud aũt video paulo ante cõmemoratũ: q̃d nondũ intelligo. MAG. Plura fortasse. nec enim oĩa dilucidare possum⁹: verũtñ edicito qd te dubiũ reddat. DIS. Cur Auerroim & maledictũ & somniantẽ appellaueris. MAG. quia hic catholicã irridens synceritatẽ ad Maumetis caninã perfidiã rediit. & dum Aristotelis lucubraiões in multis nõ indocte exposuisset/ tñ eũ locũ q de ppetuitate aĩe rõlis est: non tã obtenebrauit q̃ etiã rõibus & argumẽtatõibus telę aranę paulo fortioribus deprauare conatus est: intm/ut diceret unũ & eundẽ numero oĩbus hoĩbus esse intellectũ: qui corpus nõ realiter inhęrendo informaret/sed coassistendo intelligẽtiã pstaret. q̃ dicto quid turpius? a phĩa vera quid remotius? in fide Christi quid execrabilius? DIS. Nihil profecto: sequeret enim castos quosq; ac virtuosos cũ lenonibus auarissimis eadẽ labe teneri: infectos/ & ex corpore & anima non vere unum posse fieri compositum. MAG. Adde q̃ mox in sequentibus demõstrabitur: omnes hõies in ęterna gloria beatificandos/eosdemq; in æternis cruciatibus puniendos. Si enim unius hominis intellectus diuina perfruetur visiõe/ oms beati erũt quorũ hic idẽ intellectus est. rursus si unius intellect⁹ dyabolo & socijs eius adiudicabit ad gehẽnã/omnes ardebũt pariter quorũ hic idẽ est intellectus. DI. Intelligo. sed fortasse si hic intm desipuit: nec resurrectõeꝫ in vitã vel pęnã credidit. MAG. Credidit utiq; q & intellectũ ĩmortalẽ cognouit: & pp̃ter futuras spurcicias legi Mahumetici seruiuit in eadem pmissas Nõ eñ resurrectio mortuorũ & alia vita a solo Christo & apl'is in nouo testamẽto/ pphetis quoq; in veteri testamẽto pdicata est. sed a gentibus etiam pnunciata uti clare videre est ĩ versibus Sybillę Eritreæ quos diuus Augustinus li. 18. c. 24. de ciui. cõmemorat. Plato etiã scripsit aĩas ad corpora redituras. ut ante patuit. & Aug⁹. li. 22. de ciui. c. 27. testatur sic Virgilius/sic Pythagoras senserunt. Labeo quoq; & Marcus Varro nõnullos resurrexisse scripserunt. ut recitat Augustinus in eodẽ li. c. 28.

DIS. naturalib⁹ igit rõnibus futurã resurectõeꝫ venari poterimus

MAG. q̃ pp̃ter? DI. qa utiq; iã dicti phĩ eã nõ ex fide possibilem crediderũt. MA. verũ. atñ vel auctoritate scripturarũ ãncessorũ suorũ vel ipa expientia p moti possibilẽ fore anię & corpis reunionẽ cõcessere nã naturali ĩdagine nec a priore/nec a posteriore (ut qdã opinant) id sufficienter pbari poterit: sed articulu est fide creditus. ut patet ĩ symbolo Aplorũ. ubi dicit Carnis resurrectõeꝫ in symbolo Niceno ubi dicit. Resurrectõeꝫ mortuorũ. In symbolo Athanasij uñ prĩo adductũ est testiõniũ. Insup dñs ĩ euãgelijs. Apl'i ĩ suis eplis. fere oẽs pphete veteris legis idẽ luculẽtissimis testionijs astruũt: q̃ ad pñs ptereũda sũt. ea tñ diuus Aug⁹ ĩ li. 18. de ci. dei sufficiẽter deducit. nos cãpũ glĩæ ingrediamur.

Auerrois error

Sybilla Augusti.

Labeo

Marcus varro

ANIMAE INTELLECTIVAE



Campus Glorię. In hoc campo inquiritur ad quam gloriam peruenire possit anima intellectiua nūc corpore exuta & demū eidem in resurrectione uniuersali reddita. Vbi īterim sint animę exutę bonorum & malorum donec corpora resurgant. Quibus etiam bonis animę bonorum interim pfruanť & quibus dotibus ornentur. Capitulū.xxxi. DIS.

austam fęlicissimāq; semp hanc pdicauerim horā/qua amęnissimi huius campi sepibus appropīquamus. Iucundissimaʒ quippe in eo futurā venatiōem/nomen ipm quo pręticulatus est p/mittere videtur: neq; em crudeles/īmanesq; bestias sentibus/spinis aut grauiter olentib⁹ paludibus/latitare phas est in eo loco cui nomen gloria est. MAG. probe. Quoniā nemo hic habitabit in monte domini nisi qui ingreditur sine macula: ut agnū īmaculatum tollentē pctā mūdi sequať quocūq; ierit in pascuis uberrimis. Qui aūt ex hac lachrymarum valle ęgrediens maculas secum defert: compunctiōis oleo non linitas/nec ignis incendio purgari poterit: sed in exteriores tenebras p/ijcietur in infernū inferiorē. Maculę vero quę cōpunctiōis oleo hic mollitę fuerint/edacia ignis propurgabunť in eo loco quē ob id purgatoriū dicimus: q mundatę ab omni contagione corruptiōis: sicut & illę q maculas aut non contraxerunt/ aut hic anteq; exirent diluerunt: euistigio ad superos ęuolabunt: ubi in placidissimis sedibus cōstituunť donec recipiant corpora: sed iam incorruptibilia q ornent/ nō onerent ingt diuus Augustinus li.xv. de Trini. c.xxv. Et rursus li.13. de ciui. dei. c.7. Idem sub his verbis exprimit dicens. Anię piorum iam sunt in requie: & impiorum in tormento donec eorꝝ corpora reuiuiscant: illorꝝ ad vitam/aliorꝝ ad mortē ppetuā. Et in Enchyridion. c.108. & ius pōtificiū. 13.q.2.c.temp⁹. Temp⁹ quod inter hoīs mortem & ultimā resurrectionem interpositū est/aīas abditis receptaculis continet/sicut unaquęq; digna est vel requie vel erūna: pro eo quod sortita est in carne dū viueret. Dæducunť aūt aīę ad hunc glorię montē/ab angelis sanctis. ut dominⁿ testať de aīa mendici Laʒari Nec mirꝝ si ab his ducūtur in requiē/ quos in labore habuere coadiutores & custodes: faciem tamē dei semp contemplantes. ait em̄ domin⁹. Angeli eorum semp vident faciē patris mei. Super quo & diuus Hieronymus magna inquit dignitas est aīa rum: ut unaquęq; ab ortu natiuitatis suę habeat ad sui custodiam ange/lum deputatū. Huic tu speciali oratione complacere stude. & in cōspectu eius semp praue agere ptimesce: ut corpis tui pportiōe dissoluta aīam tuam ad dictū glorię montē in iocūditatis campo cōstitutū deducat ubi quanta gloria/quantū gaudiū/quanta deniq; fęlicitas sit ęnumerare qs cōtendet cū Apľs rapt⁹ in cœlū tertiū dicat. nec oculus vidit nec auris audiuit nec in cor hoīs ascenderunt quæ pparauit deus diligentib⁹ se.

Augusti⁹ Math. 18. Hierony. 1. Corꝝ 2. Isaie. 64.

DIS. Credo quia ut sunt explicari sermone aut ab humano anīo hic cōphendi non possint. Attamen de his pauca saltem & in genere dici

posse haud dubito: tu igitur quod ex multorum codicibus didicisti breui compendio edisseras. MAG. Faciam quod potuero nec attendo eos qui vel suę prudentiæ innitentes / vel canino dente omnia quod ipsi non fecerunt corrodentes & huiuscemodi philosophię principiis ac primis rudimentis non deberi commisceri calumniabuntur: in quorum auribus nihil dulce resonat quod non ab Aristotele & cęteris gentilibus ęlaboratum est. nobis placet verum a quocunque dictum. Sed ut ad rem redeamus quę petitioni tuę nunc satis facere possunt. sunt quę de dotibus animę a catholicis tractatoribus digesta sunt Anima nempe quę hic fide spe & charitate ęterni patris filio subarrata est: cum sponso suo adducta fuerit: correspondentibus ornabitur: atque dotabitur dotibus. quæ sunt visio dilectio & fruitio: in quibus tota animę fęlicitas complectitur: si securitatem addideris de non finiendo. Nam ut inquit diuus Augustinus li. xiii. de Tri. c. 8. beata vita esse non potest nisi sit immortalis.

Augusti[9]

Quomodo his dotibus fęlices erunt animę potentiæ primo: & per has anima. Et quod essentiam dei oculis corporeis nec hic nec alibi in propria natura videbimus sed oculis mentis: quod sanctorum testimoniis probatur Capitulum tricesimumprimum. DIS.

Aulo amplius iam commemorata dilucidanda sunt preceptor colende. MAG. Actus gloriæ principales secundum quos anima in deum conuertitur / ut in essentiale beatitudinis premium tres distinguuntur. videre scilicet diligere & frui. Ronalis enim vis cuius nunc est credere per fide: & videre per speculum in ænigmate: tunc videbit apte. videbimus (inquit Ioannes in sua canonica) ipsum sicuti est: facie ad faciem. Concupiscibilis cuius est hic amare. tunc diliget perfecte sine incorruptione. Irascibilis cuius est hic erigi & in ardua tendere per spem: tunc apprehendet continebitque certe: continue: & cum securitate. Primo itaque perficietur intellectus beatifica & clara visione. Secundo voluntas perfectissima ac suauissima dilectione. Tertio memoria firmissima securitate & continua retentione. sicque tota anima perfecta iucundissimaque fruitione. unde & Bernardus Clareuallensis sanctus Abbas Deus futurus est intellectui plenitudo lucis. voluntati multitudo pacis: memoriæ continuatio ęternitatis.

Act[9] gloriæ

1. Cor. 13.
1. Ioan. 3.

Bernard[9]

DIS. beatitudo igitur primo potentiis inerit: & per has animę? MA. Ita non spernendæ auctoritatis theologos Bonauenturam scilicet & Schotum sensisse manifestum est. nisi enim sic esset: tunc seclusis potentiis itaque deum nec intellectus videat nec voluntas amet / beata poterit esse anima / quod anili fabulæ sile est. Verum tamen de subtilioribus questionibus hic supersedendum & temporis exiguitas & Epitomatis leges iubent: neque enim de subtiliore distinctione potentiarum quid cuique tribuatur agere volui. cum irascibili inter cęteras locum dedi. D. ad finem festinantibus properasamantissime preceptor & plurima indiscussa sub densissimis arbustis latitare pateris. MA. quia iam dudum Epitomatis limites nos egresso s video. Sed quę sunt quę latere non pateris? DI. quo ibi deum quem essentiale beatitudinis premium astruis videbimus? MAG. deus iuxta naturæ suæ proprietatem nec hic nec post finalem resurrectionem corporeis oculis videri potest: cum ipse sit incorpeus ita disseruit Augustinus ad fortunatianum scribens. & ne cuipiam hesitationis

beatitudo animæ inerit per potentias suas

si deus sit visibilis

Augusti.

aut diffidentię scrupulus remaneat/ in testes assumimus apłm Ioan. dicentem. Deū nemo vidit unq̄: unigenit⁹ filius qui est in sinu patris ipse ęnarrauit. Paulum quoq̄ diuinū Thimotheo scribentē de deo/ quem null⁹ hominū vidit: sed nec videre potest. Pręter hos diuinū Hieronymū Ambrosium Athanasium Gregorium nazanzenū quoq̄ idem sensisse testatus est. Quod autem in multis scripturę locis deum ab hominib⁹ visū legimus/ nō fuit per propriā deitatis naturam: sed per assumptam sicut placuit creaturam Hui⁹ similitudinē ad Paulinā scribens adducit dicēs. Sicut voluntas nostra inuisibilis p̄ quascūq̄ uult voces se ad extra manifestat. DIS. Quomō igit̄ ipm videbimus si oculis non cernemus?

Ioān. pri°. 1. thimo. 6.

MAG. Oculis corporeis quibus hic utimur nō cernemus: sed oculis mentis deum iam cōmemorati viri doctissimi: deum videndum astruunt. Sic quoq̄ intelligendum aiunt/ quod domin⁹ ait. Beati mūdo corde quoniā ipi deum videbunt. sic & cętera de hac re scripturarum testimonia intelligunt. de his quippe oculis & Paulus Ephesijs scripsit dicens: Det vobis in agnitiōem eius illuminatos oculos cordis vestri.

matth. 6. Ephesi. 1.

Quod ęlecti varia/ miraq̄ secretissima mysteria in deo videbunt: Trinitatis scilicet/ prædestinationis/ prouidentię. &c. nec continuitas huius visionis aliquādo fastidiū piet: aut minus mirabilia erūt post młta annorum milia quā ab initio. Capitulum. xxxiij.

DIS. Lane siue oculo corporis: siue mentis deum visuros beatos certum est. MAG. Certissimū. DIS. Sed quid amplius videbunt? MAG. Extra deum queris aliud: per quem/ i quo/ & cū quo sunt omnia? Audi diuum Gregorium in duodecimo moralium circa finem loquentem de sanctis animab⁹. Qui intus (inquit) omnipotentis dei claritatem vident: nullo modo credendū est: quia foris sit aliquid quod ignorent. quod dictū sanctus Bonauentura ad ea quæ saluti perfecte necessaria sunt limitat. Erit nempe ibi (ut diuus Augustin⁹ scribit in libro de triplici habitaculo) assidua lectio libri vitę: id est ęternę veritatis: & summę sapientię: & verbi dei quæ est Christi iesu visio: ubi quidquid nos nūc latet manifestum erit. ibi ratio manifesta est: cur hic ęlectus est & ille reprobat⁹: cur hic in regnū assūptus & ille in seruitutem redactus. Cur alius in utero morit̄. alius in infantia/ alius in iuuentute/ alius in senectute. Cur alius pauper & alius diues. cur fili⁹ adulterę baptizatur: & aliquando filius legitime coniugis ante baptismū morit̄. Cur qui bene incipit viuere aliquando male finit. Et qui male incipit sepe bene finit. Hęc omnia & huiusmodi multa in libro vitæ plana & aperta omnibus erunt. Ibi oīm bonū omnibus patebit. ibi omnes inuicē suas cogitationes cognoscent ibi minimus maiorem sine dubio habebit gloriam quā totum habens mundi regnum: etiam si ęternum esset.

Apostol⁹ Gre. li. 12. moraliū Bonauen. Augusti⁹

Tanta iocunditas lucis eternę est/ut etiam si non liceret amplius manere in ea quã unius diei mora/propter hoc solum ĩnumerabiles anni huius vitę pleni delicijs in circũfluentia tempalium bonorum/recte meritoq; contemneretur. Non eẽ falso aut paruo affectu dictum est. Quoniam melior est dies una in atrijs tuis super milia. Et paulo infra idem Augustinus ait Faciem dei si omnes carcere inferni inclusi viderẽt/nullam pęnam/nullum dolorem/nullamq; tristiciã sentirent. Cui⁹ pręsentia si in inferno cum sanctis habitatoribus appareret/continuo infern⁹ in amęnum cõuerteretur paradisum. Et infra in eodem. ibi per speculũ diuinę claritatis & ipm deum ut est videbimus/quantũ possibile ẽ creaturę. & nosipos & cęteros vera & certa scientia cognoscemus. tunc abdita creaturarum & ipsius inferni videndo videbimus. Tunc iustis manifestum erit: quomodo de⁹ est ĩuisibilis: incompabilis siue inicio: sine fine ante omnia. Quicquid interest inter nasci: quod ad filium pertinet: & ꝓcedere quod ad spiritumsanctum: excepto quod unus ex uno natus sit/alter ex duobus ꝓcessit. Et quomõ pater non pręcessit filiũ tẽpore sed origine: nec spiritũsanctum. Et quomodo omnia dei unum sunt in deo excepto quod ad relationem pertinet. & quomodo mundus erat in deo antequã in seipso esset non mundus: sed deus. Et quomõ ubiq; totus sine loco magnus sine quantitate bonus sine qualitate. Et quomodo omnia penetrat mũda & ĩmunda sine sui pollutione. Ecce fili hęc & alia quae diuus Augustinus in pręfato libro insuper in soliloquio meditationum: manuali/Enchyridion.c.94. & in fine pręclarissimi volu/mĩs de Ciuitate dei luculentissime prosequitur: in hoc regno videbunt ęlecti intuentes deum: & tu inquiris quid amplius visuri sunt non attẽdens quod haec visio totum hominem saciabit: dicente regio propheta Saciabor cum apparuerit gloria tua. DIS. Petitioni meę (quamuis minus discrete) satisfactum intelligo. Sed num ex frequenti longaq; visione talium: anima saciata tandem fastidire incipiet? MAG. neutiq; delicię enim ipsius (ut Augustinus in dicto libro ait) sine fastidio saciãt quae cum a beatis inueniuntur semper tamen desiderantur & esuriem & sitim sine pęna efficiunt: id est ardenti semper desiderio semper delectant Scriptum est enim qui edunt me adhuc esurient: & qui bibũt me adhuc sitient. Cuius etiam secreta mirabilia videntibus ea semper noua sunt & mira: & non plus cum incipiunt videri/pariunt stuporem cernentib⁹ quam post mille annos & millies mille. Et cum angeli ab initio mundi ea soliti sint videre/inde hodie minus mirant̃ ea q̃ primo die.

psal. 16. — Augusti⁹ — Eccle. 24.

Animę beatę vident nunc corpus Christi in caelo. & alia corpora intuitiue & abstractiue non tamen mediante fantasmate & scientias hic cõquisitas nõ amittũt. post resurrectiõem beati triplicẽ visionẽ habebũt. Ca. xxxiiij. DIS

Nimarũ visionẽ q̃ ante corporꝵ resurrectiõeꝫ̃ utunt intellectiõeꝫ intelligo. MAG. probe. DIS. Spiritualium tantũ erit an ne etiam corporaliũ? MAG. Etiã corporaliũ. videt enim nũc corpus Christi & aliorum si qui iam plene resurrexerunt. DIS. beatitudinis ratio hoc q̃dẽ exigit: sed quomodo hoc fieri possit questioneꝫ habere videtur. MAG. Quapropter? DIS. Quoniã ex superioribus manifestum est intellectionem sine specie intelligibili fieri nõ posse. hęc autem a fantasmate: fantasma a speciebus receptis per organa corporis originem trahit: quæ exuta anima non habet. MAG. Intellectionem fieri a cognoscente intellectu pariter & ab obiecto præsente in specie intelligibili certum est: & in precedentibus diui Augustini auctoritatibus roboratur. Speciẽ vero intelligibilẽ a fantasmate/ & hęc rursus a corporeis sensibus abstrahi: nunc quidem necesse est/ propter hoc q̃d Sapiens dicit. Corpus quod corrumpitur aggrauat animam: & terrena inhabitatio deprimit sensum multa cogitantem. Tunc autem cum carnale põdus exuerit anima/ libere ab obiectis pręsentibus immediate abstrahere poterit species intelligibiles. intelligetq̧ non modo abstractiue recedentibus obiectis sed etiam intuitiue pręsentibus obiectis. Hinc & Auicenna libro sexto naturalium dicebat. Anima separata clarius videbit veritatem quam coniuncta. Sunt tamen viri catholici qui noticiã quã de nouo acquirent exutę animę/ fieri astruũt per species non ab obiectis receptas: sed a deo influxas. DIS. de scientiis autem hic cõquisitis quid erit? MAG. Indeficiens labor quo non tantum philosophi de immortalitate animę edocti/ verumetiam summi theologi & sancti patres scientias cumulare conati sunt: euidens argumentum est: ꝙ illas etiam in animabus sepatis permanere credebant. Hinc diuus Hieronymus in prologo bibliæ Paulinum ad studium cohortans ait. discamus in terris quorꝫ scientia nobiscũ perseueret in cęlo. DIS. Contrarium sentire visus est. sanctus Apostolꝰ Paulus. MAG. ubi nam? DIS. In prima epl'a ad Corꝫ. c. xiii. ubi ait. Charitas nunq̃ excidit (& mox) scientia inquit destruetur. MAG. Destruetur quidem quo ad actum non quo ad habitum: nec enim tunc intelligẽdo ad fantasmata se cõuertet quæ nulla erunt: species autem remanebunt. unde & sanctus Augustinus li. 14. de Trini. c. 2. Tunc inquit vitę huius mortalis meminerimus & credidisse nos aliquando quæ non videbamus memoriter recoluerimus. Erit autem ut in li. de triplici habitaculo Augustinus testatur Electis dei trina visio. Intellectualis qua puro mẽtis oculo in spiritu deum videbũt & suas animas & virtutes intimas & spiritꝰ angelicos. Spiritualis qua similitudines corporum in spiritu nõ fallaci fantasia inspiciẽt. qua visiõe etiã hodie fruunt spũs iustorꝫ a corpibus exẽpti Et corporalis q̃ corpa cernẽt: q̃rũdã splẽdẽtia ut sol/ q̃rũdã ut lũa alioꝵ ut stellę.

Marginalia: Sapię. 9. — Auicenna. — Hieronyꝰ. — Apl'us. — Augustin. — de hac triplici visione loquit etiã li. 12. sup gen̄. ad litterã

Corporꝵ beatorũ gloria deriuatur ab anĩa: & qui maiore gloria fulgebit super alios se nõ

ANIMAE INTELLECTIVAE

extollit. nec qui minore alteri inuidet sed ob mutuę charitatis perfectionē quilibet de beatitudine alterius tantum gandet/quantum de illa quam ipse possidet. ibi erit & fruitio pfecta. & ad utrūqȝ consequendum utilis est scīa & dei noticia hic acqsita. Ca. xxxv. DI.

I ut hęc Augustini verba sonāt: beatorꝫ corpa ī claritate diuersa erunt. de aīarꝫ gloria idē sentiendū censeo. MAG. probe: nā Apłus Paulus his verbis: qbus & Augustin⁹ usus est diuersitatē remunerato͞is astruere voluit: cū aūt corporꝫ gloria ab anīę beatitudine maiore vel minore pueniat/utrūqȝ exeplificās/de corpib⁹ cōplexus est. nō nulli tn̄ in sola claritate btōrꝫ corpora/alia pcellere sentiūt. DIS Sed hęc dictis aduersari vident: ubi btōs oībus bonis saciari cōclusum est: quō aūt oībus saciabit & qetus erit/qui in aliis videt: quę sibi desūt tāta bona? MAG. hoc in filiis sęculi fieri negt: ubi iuxta Poetę vocē in uidus alterius rebus marcessit opimis. Ibi aūt p inuidia Charitas/pro odio pfecta erit dilectio: & tāta/ut in eadē urbe (quēadmodū in pfato li. Aug⁹ expssit) pmium singulorꝫ oīm: & oīm singulorꝫ erit p charitatē. ibi nullus supior supbus erit: nullus inferior inuidus. Et in manuali c. penultio. Si qs alius quē oīno sicut teipm amares eandē btītudinē haberet/duplicaret gaudiū tuū: qa nō minus gauderes p eo qȝ p teipo. Si vero duo vel tres vel multo ples idipm haberēt: tātundē p singulis quātundē p teipo gauderes: si singulos sicut teipm amares. Ergo quid erit in illa pfecta charitate innūerabiliū btōrꝫ angelorꝫ & hoīm/ ubi nullus diliget aliū min⁹ qȝ seipm? Nō em̄ aliter gaudebit unusqsqȝ p singulis aliis qȝ p seipo. Si ergo cor hoīs d' tāto bono suo vix gaudiū suū capiet quō capax erit tot & tantorꝫ gaudiorꝫ? Et utiqȝ qm̄ qȝtū qsqȝ diligit aliquē/tm̄ de bono eius gaudet. Sicut ī illa btā fęlicitate unusqsqȝ sine ɔpatione pl⁹ amabit deū qȝ se & oēs alios secū: ita plus gaudebit absqȝ extimatione de fęlicitate dei qȝ de sua & oīm aliorꝫ secū. DIS. nō mō petitōi meę his satis factū fateor: sed etiā qd de dilectōe mouere statuerā dubiū enodatū est. de fruitōe vero qd? MAG. Talis tantaqȝ erit ibi fruitio supbenedictę ac excellentissimę trinitatis (nā res qbus fruendū est sunt pater & filius & spūssanctus. ait Augustinus lib. i de doctrina xpiana) quanta fuerit ipius & cognitio & dilectio. est em̄ frui (ut idem scribit libro. x. de Tri. c. xi.) amare inherere alicui rei ppter seipam: & est uti cū gaudio nō adhuc spei sed iā rei. Incognita aūt: qa amare nō possumus: ut in eodē li. c. 1. 2. 3. testat. Ideo. c. 10. ait. Fruimur cognitis in qbus voluntas ipsis ppter seipa; delectata conquiescit. DIS. ad mensurā igitur visionis siue cognitionis/erit mēsura dilectionis & ad modū utrius qȝ erit mensura fruitionis. MAG. pbe. uñ & diuus Aug⁹ ī manuali. c. ultimo. ait: tantum gaudebunt quantum amabunt/ tantum amabunt

Apłus

d' caritate

Augusti.

Frui]

quantũ cognoscent. & in Soliloquiorꝫ libro capitulo primo ait. ob hoc enim non te diligit domine: qa non te cognoscit. & paulo post. Hinc est ergo dñe ꝙ non tantũ diligo quantum debeo: qa nõ plene cognosco te: sed quia parũ cognosco parum diligo: & quia parꝫ diligo/ parꝫ in te gaudeo. DIS Mihi igitur proderit ad fruitionis perfectionẽ: si in cognoscendo deũ hic me exercuero? MAG. utiqꝫ. nam idem doctor in manuali quo sup̃ & Soliloquio dñm depcatur dicẽs. Oro te deus meus ut cognoscã te: amem te: ut gaudeam de te: & si non possum in hac vita ad plenum/ vel proficiã de die in diem/ usqꝫ dum veniat illud ad plenũ: proficiat in me hic noticia tua: ut ibi fiat plena. & cętera q̃ sequũtur. DIS nõ mediocriter ergo errare videnẽ: qui accepto dono intellect⁹/ caducis vanisqꝫ intenti diuinis insudare negligunt: & pigritiã suam palliãtes/ aiũt Vt quid frustra in his q̃ perfecte hic sciri non possunt / ingeniũ non sine labore fatigarem: cũ eadẽ ęque cũ alijs in patria visurus sim? MAG. Illos errare nẽo sanę mentis dubitat. Nã & angelus dicebat Danieli. Qui autem docti fuerint fulgebunt quasi splendor firmamenti: & qui ad iustitiam ęrudiunt multos/ quasi stellę in perpetuas ęternitates. Sunt tamẽ alij / qui subtiliori fuco/ de non discendo torporem operiunt. dicunt em̃ cœlestem hierarchiam non in plenitudine scientiæ / sed charitatis culmine finiri. unde Seraphin qui denominatur a plenitudine charitatis supremus est ordo. sub quo Cherubin: qui a plenitudine scientiæ nomen accepit. DIS. Ad hæc quid tu? MAG. Cherubin a plenitudine scientię quã prę omnibus inferioribus habẽt/ denominari certum est: similiter & Seraphin a plenitudine charitatis/ sed in seraphin esse minorẽ scientiam ꝙ in Cherubin catholici negant. ut patet per Magistrꝫ in Sentẽtiarum libro secundo di. nona. & Bonauentura ibidẽ questione. 4. tantum igitur Seraphin in scientia cherubin excellit / quantum in charitate A charitate autem ille supremus ordo tanquam nobiliori dono nominatur: ad quod profecto scientia ordinatur. Cherubin autem non in charitate/ sed a scientia nominari debuit: quia iam superior ordo a charitate nomen sibi vendicabat. DIS Patet igitur: quia scientia & cognitio magna se sola ad beatitudinem nõ proficit. MAG. Probe. sed ad charitatem ordinata proderit. Scientia enim ut Apostolus testatur sine charitate inflat. inflatis autem & superbis in illa regione claritatis aditus null⁹ patebit. Alludit nec contrariatur dictis quod Hugo de sancto Victore in cõmentarijs cælestis hierarchię dicit. Intrat dilectio: & appropinquat ubi scientia foris stat. Sed hæc missa facientes/ quoniam altertus speculationis sunt nec hoc loci definienda: quod cœpimus prosequãur: & de gloria corporꝫ/ quæ ipsis erit post resurrectionem/ loquamur

Danie. xii

magistri sententia Bonauen.

Ap̃lus Hugo

Tempus ultimę resurrectionis humanitus investigari non poterit: futura est tamẽ in momento/ ministerio angelorꝫ/ & diuina virtu-

te/in voce tubę. & si aliqui uiui remaneant ī aduentu domini. Capitulū.xxxvi DIS.

Auloante futuram resurrectiōem non solum mihi cōuenientis sime persuasam/verumetiam sacrarum litterarū testimonijs fir missime cōprobatā memini:sed qñ:aut quō fiat nūc cupio ędo ceri. MAG.importune omnino illud quęritur quando fiat: ait diuꝰ Augustinus libro.xviij.de ciuitate dei.c.43.Si em̄ hoc nobis nosse pro desset a quo melius q̄ ab ipso deo magistro interrogantibus discipulis disceretur?Non enim siluerunt inde apud eum:sed a pręsente quęsierūt dicentes. Domine si hoc in tempore repręsentabis: regnum Israhel?at ille. Non est inquit vestrum nosse tempora quę pater posuit in sua pote state. Frustra igitur annos qui huic sæculo remanent computare ac de finire conant̄:cum hoc scire non esse nostrum ex ore veritatis audiamꝰ Vnde fili quotquot huic calculationi operā dedere: religiosissimę etiaꝫ ac bonę vitę utriusq̄ sexus homines: experientia teste defecere. nam du dum pręterierunt anni in quibus ipi mundi finem statuerunt. DIS: Quia nosse hoc nostrum non est: nunquid aliud quod ꝓposuerā respō sum inueniet? MAG. inueniet:sed imperfectum. Quæ enim lingua explicare posset: qualiter oīm hominū abinitio sęculi usq̄ in ultimū di em ubiq̄ terrarum in terrę visceribus quiescentiū ab ignibus ab aquis aut quibusq̄ voraginibus cōsumptorꝫ in cineres /aut usq̄ in elementa resolutorum: a varijs vel bestijs vel hominibus cōmestorum: in mo mento /in ictu oculi resurgere habeant? ut diuus Paulus in prima epl'a ad Thessalonicenses testatur. DIS. mira dicis. MAG. Si operātis infinitam virtutem considerares facile assentires. qui enim omnia ex ni hilo ꝓducere potuit verbo(dixit nanq̄ & facta sunt)omnia reformare potest in momento. Attamen ut Doctores catholici ex scripturis col ligunt: collectio puluerū angelorum ministerio fiet:qui cum finitę sint potētiæ nō in instanti sed in tempore quāuis breuissimo operari habēt Inductio autem formarum tam mixti quam animæ intellectiuę virtute diuina fiet in instanti sc̄m Schottum in quarto. Hanc virtutem Aposto lus tubam & vocem archangeli appellat id est Christi:qui est magni cō silij angelus. qui de seipso idem testatur dicens. Veniet hora in qua om nes qui in monumentis sunt/audient vocem filij dei: & procedent q bo/ na fęcerunt in resurrectionem. vitę :qui vero mala egerunt in resurrecti onē iudicij. id est ęternę mortis. Dabit em̄ ut ꝓpheta ait voci suæ vocem virtutis. DIS. Ausculta quęso si verum sit q̄d Christuꝫ dixisse astru/ is? MAG. Euangelio tu nō credis: & ei in cuius ore dolus inuentus non est? DIS. Credo:sed ipm contraria dixisse:haud approbo. quō em̄ audiēt vocē domini q in monumētis sunt nec viuunt: Si aūt tūc de mū audiēt cū iam reuixerūt/nō in voce resurgent? MAG. prius na tura audiūt q̄ resurgāt: utrūq̄ aūt simul & eodē mometo tp̄is fiet. sic & ordinē quē Ap'lus insinuat accipere debemus ubi dicit. Mortui qui in

Augusti. | Actuū.1. | ad Thessalo.c.4. | Math.24. | Schottus | Ioānis.6. | psal.67. | 1.Petri

Christo sunt resurgẽt primi: deinde nos qui viuimus / qui relinquimur simul rapiemur cũ illis in nubibus obuiam in aera. DIS. Dum per scripturarum testimonia / a me dubia auferre conaris: noua prioribus accumulas. Quomodo enim Apostolus cũ his quibus stabit in resurrectione se viuentẽ relicturum ait: qui dudum omnes mortui sunt? MAG. Nõ se & illos quibus loquebat superuicturos usq ad resurrectionẽ voluit: sed eorum quos viuẽtes inuenturus est Christus psonam i se & illos qui tũc secum viuebant transfigurabat. Asserit beatus Augustinus. li. 22 de Ciuitate dei. c. 22. Nec hoc alienum tibi videat: cũ non solum ĩ scripturis sacris / sed gentiliũ quoq similes orationes ornatissime poni reperiantur. DIS. probe. Sed hij viuentes in aduentu domini quomodo resurgent: si viui obuiam Christo in aera rapientur? MAG. Verum est quod Apostolus corinthijs scribit. Omnes resurgemus. & ut alia litera habet. omnes dormiemus. Illi igitur qui viui reperiũtur: raptu obuiam Christo simul & morientur & resurgent. ait diuus Augustinus loco quo supra. cõcordat / quod in ecclesiasticis dogmatibus c. 6. & 7. scripsit. Sanctus aũt Hieronymus ad Marcellã in solutiõe tertiȩ questionis ait talium corpora viuorum in ipsis anima manente transformari: quemadmodum surrectura de corruptiõe & mortalitate in corruptionẽ & inmortalitatẽ. Nec ibidem cuiusdã grȩci opinionẽ recitat (ut qdã dicũt) sed ppriam: quã dictis Apli firmare nititur. Nec huic sentẽtiȩ Augustinus in dictis locis omnino cõtrariat: cum utrũq sustinere possit. Vnde in de ciuitate li. 20. c. 20. post ventilatam quæstiõem ait. quomodo autem sit futurum / quod nũc pro nostrȩ ratiunculæ viribus utcũq conijcimus: tunc potius erit ut nosse possimus. DIS. nos quoq donec fiat / cum tantis viris opinari potius / q̃ temere aliqd asserere debemus. Restant tamen alia quȩ indiscussa prȩtereũda non sunt. MAG. audiam.

Paulus

Augustinus

Hieronymus

De quãtitate resurgẽtiũ paruulorum etiam & gigantiũ. De ȩtate & sexu: quoniã in utroq resurgent viri & mulieres: pudenda tamẽ nõ erũt dedecori sed honori. Ca. xxxvij. DIS.

Irca resurgentiũ quantitatẽ nõnulla / alia circa eorundẽ qualitatem futurã occurrũt: quȩ si in scripturis resoluta sint nec ne edoceas. Primũ si pueri statura pusilli / aut gigãtes tota corporis mole reuiuiscent? MAG. ad hȩc diuus Augustinus ultimo libro de ciuitate dei capi. 15. respondẽs ait. Suam recipiet quisq mensurã / q̃ vel habuit in iuuẽtute etiã si senex est mortuus: vel fuerat habiturus / si ante est defunctus. In tali equidẽ ȩtate iuuentutis scz quȩ circa tricesimũ annũ currit. Christum resurrexisse legimus. Aplo aũt teste omnes in virum perfectum in mensuram ætatis plenitudinis christi ei occurremus: in mensuram inquit nõ corporis / sed ȩtatis. DIS. patres igitur prioris sȩculi / quos multos centenarios annorum supergressos scriptura astruit / in resur

Augustinus

ad ephe. 4

rectione non nisi triginta triũ aut quattuor annorum erunt? MAG. Nec id Ap̄lus prętendit/sed omnes nos: corpora eius staturę & plenitudinis rehabituros testatur cuius fuere iuuẽtutis tempore. Vnde ait: in virum perfectũ. DIS. dum per Ap̄li testimoniũ unum dubietatis vulnus sanare satagis: aliud infers. Si em̄ omnes in virum perfectũ resurgemus/ aut mulieres nõ resurgent/ aut sexu pmutato omnes in viros transformabuntur? MAG. neutrum sana fides recipit. Nã Christus a Saduceis interrogatus: cuius septem fratrũ erit uxor? respondit. nõ nubent quod ad fęminas ptinet: neq; uxores ducent/quod ad viros. Vnde & diuus Augustinus loco quo supra .c.17. Vtrumq; sexum resurrecturum ait. Et in libro de ecclesiasticis dogmatib⁹.c.xl.dicit. In resurrectiõe ex mortuis sexus forma nõ mutabitur: sed vir mortuus resurget ĩ forma viri & fęmina in forma feminę. Idem in expositiõe fidei ad petrũ. Erũt autem tũc membra fęminea (inquit) nõ accomodata usui veteri/sed decori nouo: quo nõ alliciatur aspicientis cõcupiscentia quę nulla erit: sed dei laudetur sapientia atq; clementia: qui & quod non erat fecit/& liberauit a corruptiõe quod fecit. In verbo aũt Ap̄li virum ꝓ homine accipi posse: sequẽti.c. docet. Sicut ibi. beat⁹ vir qtimet dominũ: cũ sint & foeminę q̃ timẽt dn̄m. Aliũ tñ intellectũ ponit. quẽ breuitas hic relegauit.

Marci.21. Mat.22. Psal.iii.

Omnia resurgent in homine/ q̃ ceciderũt in morte: nec tñ erit excessiua quantitas. caro a quocũq; commesta / resurget ĩ illo/ quo primo erat animata: Soluitur quod opponitur de costa Adę unã formata ẽ Eua: de abortiuis & mõstris .Ca.38.

DIVm sicut genitalia resurrectura ad decorẽ asseris: sic & quęlibet alia membra/ insuper capillos/ungues/intestina/ & humores resurgentes habituros credis? MAG. Totum q̃d in morte cecidit procul dubio resurget: electis ad decorẽ / reprobis in cõfusionẽ. Nã & de his quę hic ad ornatũ/& quę ad necessitatẽ corporis sunt: scriptura testimoniũ phibet. Vnde de ornamẽtis corporeis domin⁹ ait discipulis Capillus de capite vestro nõ pibit. Et rursus capilli capitis vestri omẽs nũerati sunt. De his quę corpus integrãt Fides dicit. Carnis resurrectionẽ. & ne dubiũ cuipiã de ossibus remaneret. ꝓpheta ait. Custodit dn̄s oĩa ossa eorum: unũ ex his nõ cõteret. Quod utiq; in futurum accipiẽdũ est: nã hic ossa sctõrum nõ solũ cõtrita sed ab infidelib⁹ ĩcinerata legimus. Si adhuc dubitas/exẽplar paciẽtię Iob gentilẽ audi. Scio inqt q redẽptor meus viuit: & in nouissimo die de terra resurrectur⁹ sum. & rursũ circũdabor pelle mea & ĩ carne mea videbo deũ: quẽ visur⁹ sũ egoipse: & ocli mei cõspecturi sũt: & nõ ali⁹. DI. Si itaq; ut hęc approbãt testĩõia/ totum hominis resurget: mira deformitas erit: capilli sc; lõgissimi/ excessiui ungues: & corpora vel obesa vel impinguata: & in mostruosis in immensum dilatata. MAGISTER. non interest ad unitatẽ resurgentis si non q̃libet portio materię in pristinũ locum restituatur: sicut

Lucę.21. Mat.10. Psalmista Iob.19

exemplificat diuus Augustinus in Enchiridiō c.88. de statua aurea cō- minuta & iterum refusa. Similiter & in ultimo de ciuita. c.19. ubi & de vase ex limo facto similitudinē adiecit. in omnibus ēm illis seruata inte gritate substantię/sola deformitas pariet. sic & de omnipotente artifice sentiendum. nam quod minus est q̄ decet: creator nouit unde supplebi tur: quod plus est q̄ decet/materię seruata integritate detrahetur. Pul- chra nanq̃ erunt ęlectorum corpa. Pulchritudo aūt ut ibidem ait est par tium cōgruentia cū quadam coloris suauitate. Principalia tamē mem/ bra locis suis decenter restituenda Ezechiel p̄uidisse legitur in figura fu turę resurrectionis: ait ēm Accesserunt ossa ad ossa: unumquodq̃ ad iun cturam suam. DIS. placent hæc/sed quæso patienter feras/si alia quæ interim orta sunt dubia: in medium p̄feram. MAG. pacieter. DIS hominū carnes vel a bestijs deuoratę/aut ab alijs īmanioribus hoībus cōmestę in quo resurgent? MAG. nec illud diuus Augustinus indi scussum reliquit/ait nanq̃ in Enchiridion c. 87. non autē perit deo ter- rena materies/de qua mortalium creatur caro: sed in quemlibet pulue- rem cineremue soluetur in quoslibet halitus aurasq̃ diffugiet: in quam cunq̃ aliarum corporum substantiā vel in ip̄a elemēta vertetur: in quo rumcunq̃ animalium etiam hoīm cibū cedet/ carneq̃ mutetur illi aní mæ humanę puncto temporis redit: quæ illam primitus ut homo fie/ ret cresceret viueret animauit. Idem de fide ad Petrum Et ī præclaro vo lumine de ciuitate dei libro ultimo c.xx. astruit. DIS. Costa igit̄ sūp ta de Adā unde Euā formatā legimus in adam in quo primo aīata est/ resurget: & Eua ubi erit? MAG. Totum in eo resurgere tandem dici mus in quo primo esse cepit: non ad aliud ordinatū. Costa autē de qua causaris: & si in adam primo cepit ad Euę tamen substantiam ordinata erat/non ad integritatem Adæ: in quo vel superflua sint/ aut loco eius deus carnem suppleuit. Sic & liberorum corpora/non in patribus in q- bus primo in semine ceperunt resurgent. & gloriosum Christi corpus s̄m Damascenū de purissimis sanguībus virginis Marię/S. sancti ope ratione formatū in Christo resurrexit: nō in ip̄a intemerata virgine. In abortiuis autē & monstris integrabitur quod non dum erat integrū: instaurabitur quod fuerat viciatū: inquit Aurelius in Enchi. Et in bi- membris singulæ animæ/singula corpora obtinebunt ac si gemini nati fuissent/nullis cohęrentibus etiam quæ cohęrentia nata fuerant.

pulchritudo

Augusti.

Exech.37.

Augusti.

Geñ.2.

Damasce.

Augusti. c.84. c. du obus seq̄n tibus

Corpora post resurrectionē nō erunt in grauamen aīabus/sed ī maiorē gloriā: quia immutata dotabū tur dotibus quattuor. Ca.xxxix. DIS.

Ta oīm dubiorum nodositatē a me p̄fugasti: ut p̄ter unicū tantū/ nō remāserit quod a resurrectiōis fide deterreat. Nō dū ēm acce/ pi quomō ad locū gloriæ animarum p̄tineat corpm resūptio: ma- xime quia nōnullę de inhabitatione luteę substantiæ attediatas/dixisse

legimus. Heu mihi quia incolatus meus prolongatus est. Et cupio dissolui & esse cum Christo. nimirum quia ut Sapiens asserit: corpus quod corrumpitur aggrauat animam/ & impedit terrena inhabitatio sensum multa cogitantem: aut alteriusmodi futura corpora credenda sunt.

Sapię.9.

MAG. Alteriusmodi. id est aliter qualificata: & in substantia tamen eadem: de qua re unum hoc testimonium sufficere arbitror: quod diuus Paulus apostolus in prima epistola ad Corinthios scribit. Seminatū inquit in corruptione surget in incorruptione. Seminatum in ignobilitate surget in gloria. Seminatum in infirmitate: surget in virtute. Seminatum corpus animale: surget corpus spirituale. Et infra. Oportet enim corruptibile hoc induere incorruptionem: & mortale hoc induere immortalitatem &c. quae verba catholici expositores dilucidantes/ imutationem beatorum corporum in quattuor precipue futuram distinxere: quae dotes corporis dicūtur. quibus in desponsatione animarum suarum ornabuntur. Sunt autem impassibiltas Claritas Subtilitas & Agilitas: unde & eędem dotes in libro sapiētię inuuntur. cum dicitur. Fulgebunt iusti & tanquā scintillę in arundineto discurrunt. Et Aurelius Augustinus libro ultimo de ciuitate ait. Aberit a corporibus nostris omnis deformitas (per claritatem) omnis tarditas (per agilitatem) omnis infirmitas (per subtilitatem) omnis corruptio (per impassibilitatem). quae autem diuus Anshelmus libro de similitudinibus ultra haec cōmemorat/ sub prędictis continentur. nunquid tale corpus oneri erit animę? DIS. nequaquā? Sed de his queso latius differamus.

I. Cor. 15

quattuor corpis dotes post resurrectiōm

Augustinus

Quid dotes corpori cōferant: & quod non ęquales in omnibus erunt Ca. xxxx. MAG.

B impassibilitatis dote ita electorum corpora ab omni passione imunia erunt: ut nec ab infernali incendio ledi nec ab acie ferri acutissima penetrari possint/ sed potius quodlibet obiectum ad instar radij solaris crystallum penetrantis/ transirent: eorum nempe harmonia & compago amplius resolutioni & corruptibilitati non subiacebit. DIS. Claritas quid cōferet? MAG. miram pulchritudinem Pulchritudo vero ut Augustinus loco quo supra: & in epistola ad Nebridium ait/ est continētia partium cum quadam coloris suauitate. Per claritatem igitur corporibus color proprius non auferetur: sed perficietur quoniam fulgebūt iusti (inquit dominus) sicut sol in regno patris eorum. Erit tamen hic splendor non offendens sed demulcens visum: & in potestate beatorum est claritatem suam vel occultare in toto vel in parte manifestare. Christus em̄ inquit Augustinus sua resurrectiōe ostēdit quale futurum sit corpus nostrum. Ipse autem nunc claritatē suam ostendebat: nunc pro libitu occultabat ut euāngelica testatur historia.

Aug. li. 12 de ci. c. 18.

Augustinus li 22. c. 19. Idem ad Nebridiū.

Claritas

DIS. Subtilitas autem quid? MAG. ut penetrare possit quodlibet corpus non gloriosum/ non quidem per poros: aut diuidendo partes/ sed simul coexistendo. DIS. Fieret itaque penetratio dimensionum?

MAG. Et hanc esse possibilē octauus liber ædocuit. non enim dimē sionum penetratio duo corpora simul esse prohibet / sed repletio loci q̄ dimensiones consequitur: ut effect⁹ causam. Potest autē deus auferre vt suspendere posterius priore permanēte. sicut abstulit vel suspendit actionem seu calorē ab igne in fornace puero℞. sic facit in corpore glorioso. DIS. Non igitur a natura fiet gloriosi corporis cū non glorioso in eodem loco coexistētia: sed virtute diuina. MAG. non aliter intelligūt qui p subtilitatis dotem hoc fieri astruunt. non enim corpus hanc dotē a natura habet sed a deo. Rursus gloriosum corpus locum replere potest & non gloriosum expellere. nihil equidem sibi resistere poterit: sed ipsuꝫ alteri. Vnde & se palpabile exhibere / aut tactum penetrannndo poterit latere. unde & Christus ait. Palpate & videte. Quod autem diuus Gregorius ait. Corrumpi necesse est quod palpatur de hoc quod tactu [illegible]biacet accipiendum est. DIS. Sed nunquid duo gloriosa simul esse [illegible]te runt? MAG. De talibus nō est sicut de glorioso & non glorioso: quoniam gloriosum penetrabile non est nisi ad voluntatē alterius cuius est corpus. DIS. Agilitas autem ad quid? MAG. ut ubi uult spiritus mox ibi sit corpus suum / sine fatigatione in retardatione in tempore in perceptibili. possunt enim beati mouere corpora sua / vel progressiue & organice: vel simul totum / & hoc per potentiam motiuā non organicā secundum Schottū. DIS. In octauo libro huius epitomatis / motum grauis sursum violentū esse / nullumq; talem perpetuari posse / dissertuꝫ memini: quomodo igitur anima℞ fœlicitas cum corporibus perpetua manebit? an forte quia grauitatem āmittent? MAG. Deperire a corporibus beato℞ grauitatem / haud facile persuaderi poterit: cū nec corporis sit vicium nec deformitas: quę sola auferentur / seruata substantiæ integritate ut Augustinus in ultimo de ciuitate dei libro. c. decimonono dicit. Nec ex hoc violentia est in motu talium: cum conueniat eis secundum naturam superiorem bonitate sua sic ordinante. Vnde idem in eodem. c. undecimo ait Multa grauia terrena sunt corpora sicut plūbuꝫ / & formā tamen ab artifice accipiunt quā natare valeant super aquam / & ut accipiat qualitatem corpus humanum qua ferri in cœlum & esse possit in cœlo omnipotenti artifici cōtradicitur. hæc ibi. Et fortasse fili hāc eandem qualitatem Isaias pennas dicere voluit: cum ait. Assument pennas ut aquilæ: & volabunt / & non deficient: current & non laborabunt. Quod autem diuus Augustinus loco quo supra de ablatione graui pōderis a corpore ponit. deum hoc posse non autem facturum dicit. Poterit inquit: non aūt ut faciet. Aut si quis in contrarium contendat: ex sententia Augustini deum ablaturū pondus grauitatis: intelligi potest: q̄ntum ad impedimentū / non quantum ad essentiam. illud enim deformitatem importat / hoc perfectionem. DIS. Equales ne sunt omniū dotes? MAG. nequaquam. Nam ut paulo ante dictum est ubi de triplici ælectorum visione tractauimus: ad mensuram merito℞ dotabitur anima: & ex consequenti corpus. ex redundātia nempe gloriæ animę in cor

Gregori.

Augu. de ciui. li. 21. c. tertio.

Augusti.

Isaias 40.

pus/quas iam percurrimus dotes/cõsumationẽ & perfectioneȝ accipiunt, ait enim diuus Augustinus ad Dioscorum, Tam potentem fecit deus animam/ut ex eius plena fœlicitate redundet in corpus sanitas perpetua & vigor incorruptibilis, & Apostolus vas electionis Corinthios de resurrectionis gloria informans: ait. Alia claritas Solis: alia claritas Lunę alia claritas stellarum, Stella enim differt a stella in claritate: sic & resurrectio mortuorum. DIS. Memini de hoc hesterno vesperi nonnihil dictum esse. sed nunquid & cæteri corporis sensus in actu erunt quẽadmodum oculi?

1. Cor. 15

Homo totus perfecte beatificabitur in anima & corpore. de sensibus aũt omnibus si habebunt operationes suas/non facile est definire. Cap. xxxxi. MAG.

Otum hominem in anima & corpore perfecte beatificari in superna Hierusalẽ unanimi oĩm sententia concessũ est: de eo autẽ quod quęris/temere definire quis audebit? Sunt enim q omnes sensus corporis in actu esse concedunt per species influxas per quas videbunt/audient/olfacient/gustabunt & tangent quæ pręsentia non sunt/modo multo perfectiore q̃ Adam in statu innocentię, & p̃sentia similiter per receptas species cognoscent: alij sensationem absentium per species influxas non accipiunt. De visu & tactu non dubitant quia ibi & obiecta & media conuenientia habere possunt. De vocali laude & auditu idem licite opinandum astruunt. Olfactum autem & gustũ propter imperfectionem quandam/ similiter & obiectorum & mediorum diuersorum absentiam/ non esse in actu existimant: omnes tamen præmiandos ex animę redundantia concedunt. Quia vero scripturarum testimonia facillime ad spiritalem intelligentiam interpręrari possunt/ea prętermitto: non de obiectis/ non de medio sentiendi aut modo quęstioneȝ facio: ubi Christus Iesus dei filius deus erit omnia in omnibus: abstergens omnẽ lachrymam ab oculis sanctorum. & retribuens abundanter facientibus superbiam/sed non in hac terra viuentium: sed in regione umbræ mortis: cuius fumigantes voragines abruptaq; ardentium montiũ iuga celerrime nunc demum peragrabimus. DIS. Id promissorum ordo expostulat: ut tandem lustratis omnibus/ad campum miseriæ venãdi causa gressus nostri tendãt: si forte aliqd & venatu & scitu dignũ/de animæ natura hæc abyssus exhibeat.

Sequitur typus loci Infernalis.

LIBER VNDECIMVS DE POTENTIIS



De locis infernalibus quattuor ĩ Campo miseriç discretis in genere. & de limbo Patrum ubi & q̃lis fuerit: testimõrijs. S. Augustini & Gregorij pticulariter disputat. C.xlij. MA

Orridus est hic campus : in quo non elementa/ sed elemẽtorũ magis defecatiões residẽt: nebula caligo/ tenebra & ũbra mortis sedulo incubãt: fletus & stridor dentiũ habitãtes nũquã destituẽt. sed hec in lacu inferiore. ab initio aũt tolerabiliora loca intrantibus patẽt. Quadrifarie nanq; hic campus partitus est. a principio limbus Patrum post hunc Purgatorium: sub quo limbus puerorum: & in loco infimo locus infernalis damnatoꝶ DIS. Consimilem audiui partitionem fundi/ terrenæ molis libro septimo cũ de terra ageretur. MAG. Verum. sed celerius hęc loca ęgressi / nondũ quid contineant spectauimus: nunc autem singillatim de omnibus differemus.

DIS. Primum igitur de limbo Patrum si quid habes scitu dignũ/ in medium proferas. MAG. Limbus patrũ locus est apud inferos a tormentis impiorum remotissimus. quem nõnulli sinum Abrahæ a Dño in euangelio appellatum volunt. id est requiem credentiũ. De hoc loco diuus Augustinus in ægregio volumine de Ciuitate dei libro vicesimo c. qndecimo sic ait. Non absurde credi videtur / antiquos etiam sanctos qui venturi Christi tenuerunt fidem locis quidem a tormentis impioꝶ remotissimis: sed apud inferos fuisse/ donec eos inde sanguis Christi/ & ad ea loca descensus ęrueret. Cui p omnia alludit sanctissimus papa Gregorius libro duodecimo moralium. c. decimonono dicens. Ante aduẽtum mediatoris dei & hominis/ omnis homo q̃uis mundæ probatæq; vitæ fuerit: ad inferni claustra descendit. & capitulo sequenti. Nec tamen ita iustorum animas ad infernum dicimus descendisse ut in locis penalibus tenerentur: sed esse superiora inferni loca / esse alia inferiora credenda sunt: ut & ĩ superioribus iusti requiescerent & in inferioribus iniusti cruciarentur. Ab his Propheta dei adiutorio se pręueniente liberatũ cõfitetur dicens. Nisi quia Dominus adiuuit me / paulo minus habitasset anima mea in loco inferiori. & iterũ. Eruisti animã meam ex inferno inferiori. Et exemplar pacientiæ beatus Iob hũc abhorret. Quis mihi tribuat inquit: ut in inferno protegas me? & pater patriarchaꝶ Iacob / ne forte nimia tristicia pręoccupatus domino peccaret & ad hunc tormentorum locum mortuus descenderet: filijs suis ait. Dęducetis canos meos cum dolore ad inferos. iuxta diui Augustini interpręrationem libro duodecimo super Genesim ad litterã. cõmunis tamẽ expositio id de limbo patꝶ intelligendum asserit. DIS. Limbum patꝶ esse/ sufficiẽter inducta testimonia probant: sed cum ab inferno inferiore & locis pœnaꝶ sit remotissimus: unde infernus dici possit nondũ accipio. MAG. Respectu laci inferioris/ superior infernus dicitur: respectu autẽ cœlorum /

Limbus Patrum

Lucæ. 16.

Augusti[9]

Gregori[9]

Psal. 92. & 8quinto.

Iob.

Gen. 42.

Contra. Sap. 3. Iustorum animæ in manu Dei sunt, & non tanget illos tormentum. Act. 15. Credimus nos salvari per gratiam Dei in christo. Sicut patres, ita & nos.

Moses & Helias christo in clarificatione adstiterunt.

infernus nomĩatur. Nam ut inquit diuus Gregorius circa finem libro xiij. moralium: quantum ad sublimitatem cęli / spacium huius aeris nõ ĩmerito dici infernus potest: in quem iuxta Apostoli Petri sententiã ruentes apostatę angeli in iudicio cruciandi reseruantur. DIS. Plane quod querebam beatus Gregorius dissoluit purgatorium lustremus

Gregori⁹
2. petri. 2

Purgatorium esse post hanc vitã contra Gręcos scripturarum testimonijs astruitur: & q̃ suffragijs iuuari possint purgandi probatur Capitulum .xliij. MAG.

Error gręcorum

Vrgatorium esse exutis animabus / pleriq; Gręcorum impugnare veriti non sunt / quos catholici viri multotiẽs / nouissime autem in Concilio Florentino sub Eugenio quarto præsentib⁹ græcorum Patriarcha episcopis & Imperatore luculentissimis rationibus / & scripturarũ testimonijs conuicerunt. operosum nimis esset omnes scripturas de Purgatorio loquentes hic cõmemorare. DIS. Saltẽ aliquas ędicito. MAG. Nũ ęgregiũ Psalten legisti eo loco q̃ ait. Transiuimus per ignem & aquam & æduxisti nos in refrigerium? DIS. legi Psalmo sexagesimo quinto. MAG. num & Iudam Machabeum virum fortissimum cõmẽdatum audisti: quia duodecim milia dragmas argenti misit Hierosolimã: eas ibi offerri pro peccatis mortuorum: iuste & religiose de resurrectione cogitans? DIS. Audiui sepius in officio quod ecclesia de mortuis frequentat: insuper & ibi additur. sancta ergo & salubris cogitatio pro defunctis exorare ut a peccatis soluerẽtur MAG sane. Audi & euangelistam Matheũ: hic dominum dixisse refert. Esto consentiens aduersario tuo &c. & sequitur ne in carcerem mittaris. Amen dico tibi nõ exies inde donec reddas nouissimum quadrãtem. Et infra Qui dixerit verbum contra spiritumsanctum: non remittetur ei neq; in hoc seculo neq; in futuro. Sunt igitur ut infert sanctus Gregorius quædam peccata quæ in alio sęculo remittuntur. Apostolica quoq; tuba Corintheis aperto sermone de purgatorio insonuit cũ dicit. Vniuscuiusq; opus quale sit ignis probabit. Si cuius opus arserit detrimentum patietur: ipse autem saluus erit: sic tamen quasi per igne3. q̃uis iuxta Augustini traditionem: hæc sententia etiam de tribulatione præsentis sęculi verificari possit. ut in Enchiridiõ .c. lxvij. Et libro xxi. de Ciuitate dei. c. penultimo. Cæterum quæ & quanta testimonia doctores ecclesię de purgatorio & suffragijs quibus purgãdi iuuari possunt perhibeant: testantur sacri canones distin. xxv. para. alias. & eadem distin. Qui in aliud sæculũ &. ca. Qualis de peni. di. vij in fine nullus. & xiij q. ij c. tempus. c. aĩæ. c. nõ estimem⁹. & de Cele. missa. c. Cum marthe in fine. & magister li. quarto di. xlv. Verũtñ glo. magna. c. tempus

Concliũ florẽtinũ
Dauid
2. machabe. ca. 12.
Math. 5.
ibidem. 12
Gregori⁹
1. Cor. 3.
Augusti⁹
Petr⁹ lombardus

Augusti⁹ xiij.q.ij.nominans mediocriter malos qui in mortali decesserūt Augustini verba non sane intelligit quoniam talibus suffragia nulla prodesse possunt ut patet per doctores in quarto di.xlv & diuum Augustinū de verbis Apostoli qui ait. frustra his pietatis officia impendi a suis/q sine fide operante per dilectionem/ eiusq; sacramentis de corpore exierunt/tales autē sunt omnes qui in mortali/ quāuis unico decedūt igit.

Vbi aut in qua mundi pte Purgatorium sit: pęna qualis: qui tortores in eo: quātum purgandi ad iuuari a viuis desiderant/ quāuis pacienter pęnam hanc sustineant Capitulum.xliiij.

DIS. Bunde de purgatorio sententiam: scripturarum testimonijs solidasti: sed ubi sit nondum ostendisti. MAG. Hugo de sancto victore libro secundo de sacramentis parte.xvi.c.iiij. astruit hūc locum omnino non esse determinatum. Et fortassis inquit probabilius erit: ut in his potissimum locis singuli poenam sustinere credantur/in quibus culpam cōmiserunt. Hoc doctores theologię in quarto sup magistrum di.xx.concedunt. De quibusdā singulari dispensatione dei/nō omnibus: quoniam sↄm cōmunem legem hunc tormentorum locū cōsistere circa infernum fuisse/de mente diui Gregorij ex quarto dyalogorum claret. Nec tibi curę sit de loco Purgatorij sed quomodo hic p poenitentiæ lamenta de peccatis satisfacias: ut poenam hanc acerbissimam euadas. Nam iuxta beati Augustini traditionem. Qui in aliud sęculū distulit fructū cōuersiōis: prius purgād⁹ est igne purgatiōis. hic ignis & si ętern⁹ nō sit/miro modo tamen grauis est. excellit em̄ omnē penam q̄ unquā aliquis passus est in hac vita. nunquā in carne inuenta est tanta pęna/licet mirabilia martyres passi sint tormēta: & mlti nequiter quāta sępe sustinuerunt supplicia. de pe.di.ultima.circa finē. & di.c. Qui in aliud sęculum. & quarto sententiarum di.xx. Et rursus Augustinus in de verbis Apostoli. sermone de igne purgatorij dicit. Ille ignis purgatorius durior erit q̄ quid potest in hoc sęculo pęnarum videri/aut cogitari aut sentiri. DIS. memini nonnulla Maronē in sexto Aeneido. de grauitate pęnarum purgatorij disseruisse. MAG. Nec mirum si Platonicus/de hac re Platonicorum sententiam descripsit. Nam postq̄ animas in corporibus quattuor passionibus affici cōmemorasset: quæ sunt metus/cupiditas/gaudium & tristicia: subiungit quantum in alio sęculo passurę sint/si immundę exierint: & ait. Quin & supręmo cum limine vita relinquit (id est cum nouissimo die vita relinquit corpus) Non tamen omne malum miseris nec funditus omnes/Corporeę excedunt pestes: penitusq; necesse est Multa diu concreta modis mollescere miris: Ergo exercentur pęnis: veterumq; malorum Supplicia expendunt: aliæ

Marginalia: Augusti⁹ — Hugo — Gregori⁹ — Aug. li. de pe. li. 4. sen. di. 21. — Vergili⁹ 6. Eneid.



pandūtur inanes Suspensæ ad ventos: alijs sub gurgite vasto/Infectum æluitur scelus: aut exuritur igni. DIS. Plane Vergilius hic animas in aere/aqua & igne purgari exposuit Sed dic quęso q tortores in hoc loco existunt. MAG. Incertum definire quis poterit? Opinantur autē non infimę auctoritatis theologi: q sola iusticia diuina purgandos/igne mediante uti instrumento torquet quāuis illuc ab angelis bonis deducantur: & fortasse mali sequantur: ut assistentes saltem pœnis eorum facientur/quos a veritatis tramite penitus deijcere non potuerunt. Nō autem æquum videtur illos a dæmonibus torqueri: quos dum viuerēt diuina adiuti gracia vicerunt. DIS. Assentio facillime. sed nunquid patienter ferunt purgandi tam acerbas pœnas? MAG. Patienter. Nouerunt enim quia iuste hæc patiuntur: & iusticiam diligunt: nec aliter se ad cœlestia gaudia peruenire posse sciunt/donec nouissimum quadrantem reddant: aut suffragijs adiuuentur. Vnde in persona talium animarum sanctus Iob dicit. Misereminí mei miseremini mei saltem vos amici mei: quia manus Domini tetigit me. Sed heu surda aure hos clamores audimus: parentes filiorum/& filij parentum: nec attendimus quanto desiderio anhelant ad consortia beatorum ascendere. ad quos certissima spe sperāt se peruenire. De ipsis enim in libro Sapiētiæ dicitur. Spes illorum immortalitate plena est. Sed de his hactenus: ad inferiora descēdamus. DIS. I prę: te sequar.

Thomas Bonauen. — Iob — Sapiētię

De limbo puerorum. & si paruuli nō baptisati sensus penā sustineāt & qualiter post resurrectionem permanebunt. Ca. xlv. MAG

Vb Purgatorio iuxta præmissam partitionem campi miseriæ limbus est paruulorum. Quāuis nonnulli inferiorem partem limbi Patrum pueris deputatam credant. Pueris inq̄ non omnibus sed sine baptismatis lauacro decedentibus ante usum rationis. De illis & si ex canone sacrę scripturę nihil certum haberi possit: Augustinus tamen non pauca disseruit. In libro equidem de fide ad Petrum in declaratione fidei ait: illos insolubili nexu in æterna damnatione retineri. Et paulo inferius. Qualitas malę vitę ab infidelitate incipit quę ab originalis peccati reatu initium sumit: in quo quisquis viuere sta incipit/ ut ante finiat vitam quā ab eius obligatiōe soluatur: si unius diei vel unius horæ spacio anima illa vixit in corpore/ necesse est eam cum eodem corpore interminabilia gehennę sustinere supplicia: ubi dyabolus cum angelis suis in ęternum arsurus est &c. Et in eodem libro capitulo vicesimoquarto. & est de consecratione dist. quarta c. firmissime tene & nullatenus dubites: paruulos qui sine sacramēto sancti baptismatis de hoc sæculo transeūt; ignis ęterni supplicio puniendos. Et in libel

Augusti.

lo de origine Animæ ad Sanctum Hieronymum: multis repetitisq; vicibus animas talium damnandas astruit. & similiter in aliis scriptis suis diuersis: quę longum esset cōmemorare. DIS. Dura nimis & crudelis hæc videtur assertio: ut piissimus deus cuius misericordiæ non est numerus: eos tam crudeliter in ęternum puniat ob solius originalis culpam: quam nec propria voluntate contraxerunt: nec in potestate habuerunt regenarationis sacri baptismatis sacramentum accipere/vel respuere. MAG. Plurimi tecum sentiunt: & in hac parte sanctum Augustinum negant. Sed fortasse hoc quoque non paruę pertinacię est crimen tantum Doctorem in ea parte simpliciter negare/ qua recept⁹ est a sacris canonibus: dicit canon Firmiter. & de hereticis c. iii. & a multis sanctis & catholicis expositoribus sustinetur: uti videre est in Doctoribus sup quarto distinctione quarta. Quoniam si quis alia diui Augustini opuscula non pigre legerit/inueniet quibus prædicta mitigare poterit. In enchyridion quippe capitulo nonagesimo secundo sic ait. Mitissima sane omnium pœna erit eorum/qui præter peccatum quod originale traxerunt nullum insuper addiderunt. Et libro de baptismate paruulorum. Recte potest dici (inquit) paruulos sine baptismo decedentes mitissimā oīm futuros sustinere pœnā. & est de consecratiōe distinctione quarta c. regenerante. Et amplius libro quinto contra Iulianum. Ego itaq; non dico paruulos sine baptismo morientes tanta pœna esse plectendos: ut eis melius esset non nasci: cum hæc dominus de peccatore sceleratissimo dixerit: quæ autem/qualis & quanta erit/ definire non possumus: non tamē audeo dicere q eis ut nulli essent/ q̄ ut ibi essent potius expediret Ecce fili tribus testimoniis habes dictorum quæ tibi crudelia visa sunt/ mitiorem intelligentiam ab ipso auctore traditam. Aut verius q paruuli ignis æterni afflictionem non sentient certam limitationem. DI. Vnde hoc ultimum argumentaris? MAG. Ex dictis eiusdem Doctoris: ait quipppe sermone vicesimo sexto ad Heremitas. Melius est omni esse carere q̄ in inferno iacere. Et sanctus Hieronymus super Hieremiā libro quarto. Melius est non esse q̄ viuere in suppliciis. Et super Ecclesiasten capitulo quarto. Melius est omnino nec sensum habere substantiæ q̄ infœliciter vel esse vel viuere. Item rursum. Melius fuerat ei (scilicet Iudæ) omnino non esse q̄ ęternos cruciatus perpeti. Si igitur ut contra Iulianum scribit: non fuisset melius paruulis istis non nasci q̄ in sua dānatione esse manifeste concluditur: quia non veniunt in inferno æterno igne cruciandi. DIS. Euidens argumentatio: miror autem cur sanctus Augustinus in prioribus auctoritatibus terribilius in verbis sonuerit q̄ sentire voluit. MAG. Fortasse ut pestiferam heresim Pelagii & Celestii in Carthaginensi concilio (cui intererat diuus pater) damnatā a fidelium auribus longius propelleret. Hi equidē heretici hominem a seipso sine gracia posse iuste agere/ & paruulis baptisma necessarium nō esse/nec datum prodesse dogmatisauerant: cum sine illo saluari possent Contra quem errorem etiam in libello de origine animæ ad sanctū Hie

Matth. 2[illegible]

Hierony[illegible]

24 q pri[illegible]

ronymum ita scripsit. Quisquis dixerit quod in Christo viuificabuntur etiam paruuli: qui sine sacramenti eius participatione de vita exeunt: hic profecto & contra apostolicam praedicationem venit: & totam condemnat ecclesiam. Et in libro de baptismo paruulorum. Fallit (inquit) & fallitur qui eos in damnatione praedicat non futuros: dicente Apostolo per delictum unius omnes homines in condemnatione, ad Romanos capitulo quinto & de consecratione distinctione quarta capitulo Regenerante. DIS. In quali igitur damnatione erunt si ut deductum est cum impiis igne aeterno non ardebunt? MAG. Nunquid audisti: quia dixit in auctoritate contra Iulianum. Quae autem qualis aut quanta erit poena illorum / definire non possumus. Dicit tamen ibidem: quia in tenebris manent. & est de consecratione distinctione quarta capitulo nulla. Hae tenebrae: ut nonnullis visum est: interiores non exteriores intelligendae sunt: quia scilicet visione Dei in aeternum priuati sunt. de baptis. capitulo tertio & libro secundo Sententiarum distinctione tricesima tertia. Quantum autem illud sit (haud dubium quia magnum) diuus Augustinus terribilissimis verbis & sententiis explicare voluit. Verumtamen ut ait sanctus Bonauentura in quarto distinctione quarta. Volunt quidam quod paruuli de hac priuatione non dolebunt: sed diuino iudicio & misericordia faciente de statu quem habebunt / contenti erunt: nouerunt enim (inquit idem Doctor libro secundo distinctione tricesima tertia questione penultima & ultima) ad quid creati / & ob quam causam illo priuati & quam miseri sint in inferno inferiore sub ipsis constituti: diuino tamen iudicio eorum cognitio & affectio ita aequa lance librantur: ut nec dolorem vel afflictionem exteriorem vel interiorem sentiant: & ita perpetuantur: ut nec tristicia deiiciat / nec laeticia reficiat: ut nec proficiant nec deficiant / sed semper uniformiter manent: nec esurient nec sitient: & quamuis corpora gloriosa habituri non sint in resurrectione ultima / nihil tamen patiuntur protecti diuina virtute etiam si in igne infernali volutarentur. haec Bonauentura. DIS. Ex his manifestum diuum Augustinum bene dixisse: quoniam melius est his paruulis sic esse quam omnino non esse. MAG. Etiam fili. Sed sine ad propositam methadum redeamus. nescio enim quomodo in materiam etiam apud theologos non plene digestam / stilo habenas amplius quam aequum fuerit laxauerim.

DIS. Vis igitur in lacum inferiorem descendamus. MAG. quam celerrime.

Infernum esse unusquisque lege sua edoctus credere habet & quod sub terra sit / .S. Gregorius affirmat quae autem in illo pena quis cibus quis potus sumarie enumeratur. C.xlvi. MA

Marginalia: ad Rom. 5 — Bonauent:

Infernus.

INfernum esse reproborum receptaculum/argumẽtis & scripturis stabilire quanquã operosum non sit: consulto tamen preterire libet: ne ultra q̃ oportet in calce epitomatis longius digrediamur. aut rem ab uniuersitate gentium creditam in dubium reuocare/vel saltem frustra demonstrare videamur. Iudeus a prophetis edoctus / infernum credere necesse habet. Sarracenus ex Alchorano Maumeti instructus / infernum negare non potest. Christianus multiplici euangeliorum testimonio fulcitus/infernum esse non in dubium vertit: sed quomodo euadat su[m]mopere studet. Reliqua autem gentilitas nescio si apertius testimonium de Resurrectione ultima / & inferno q̃ beati Iob gentilis afferre possit. DIS. Saltem ubi infernus sit edoceas. MA. Nũquid ego illic fui: ut sitũ ei⁹ & locũ edicere possim?

DIS. Nec etiam in limbo aut purgatorio habitasti: attamen quid de his catholici senserint clare disseruisti: itidem de inferno attemptes queso. MAG. Diuus Augustinus vicesimo libro de ciuitate dei capitulo sedecimo ait. Ignis æternus/cuiusmodi & in qua mundi vel rerum parte futurus sit: hominem scire arbitror neminem: nisi forte cui diuinus reuelauerit spirit⁹. Quod ego quidem in beato Gregorio completum haud dubitauerim. quoniam infernum sub terra esse / maxime in libro dialogorum quarto astruit. Vnde & Theodericum regem in Sicilia insula in ollam Vulcani deiectum/fideli testimonio comprobat. B. Hieronymus Ione secundo super illo verbo. Proiecisti me in profundũ maris. Sicut cor est in medio animalis: sic infernus in medio terre esse perhibetur. Insuper terram fuisse apertam: & deglutisse Dathan & Abyrõ: descendentes viuos in infernum scriptura cõmemorat. DIS. Plane de loco respondisti: de pœna autem quid dicis? MAG. Non mihi (Vergilius inquit) si centum lingue centum sint: oraq; centum: Ferrea vox omnes scelerum comp[re]hendere formas Omnia pœnarum percurrere nomina possem. Canit enim regius Propheta. Dominus pluet super peccatores laqueos: ignis / sulfur / spiritus procellarum / pars calicis eorum. id est passionis eorum. DIS. Si hec pars/in toto quantum putas erit?

MAG. Forte quod in capitulo quadragesimo Ecclesiasticus ait. Furor/zelus tumultus/fluctuatio & timor mortis/iracundia perseuerans/ & contentio/sanguis & romphea/opp[re]ssiones/fames/contritio & flagella super iniquos creata sunt hec omnia: & super peccatores septuplũ. Et alibi capitulo tricesimo nono addit bestiarũ dentes & scorpij & serpẽtes & rõphea vindicãs in exterminiũ ĩpios. Alludit beatissimus Moyses in persona irati Domini Deut. tricesimosecundo dicens. Inmittam in eos dentes bestiarum: & deuorabũt eos aues morsu amarissimo. Quid plura? cum beatus Iob capitulo vicesimo quarto de impio dixerit. Omnis dolor irruet super eum. & rursus. ad nimium calorem transiẽt ab aquis niuiũ Si de cibo potuq; infernali q̃ris: audi legislatorem Moysen Deu. tricesimo primo. De vinea inquit Sodomorum vinea eorum: & de sub

Gregori.

Vergili. 6. Eneid.

Psalmista

Ecc[les]iast.

Deutro.

Iob

Deutro.

Hominem scire arbitror neminem.

Voragine terre absorpti, descendere vivi ad infernum

urbanis Gomorrae. DIS. Ciuitates has sulfure & igne in fauillam redactas scriptura loquitur: & mare quod mortuum vocant sub Iordane testimonium perhibet. MAG. Sane quod sequitur ausculta. Vua eorum uua fellis & botri amarissimi. Fel draconum vinum eorum & venenum aspidis insanabile. Dominus quoque per Hieremiam ait. Ecce ego cibabo populum istum absinthio: & potum dabo eis aquã fellis: Frustra conor singula sermone explicare: cu; iuxta Sapientis vocem orbis terrarum pugnaturus sit contra insensatos: ut per quae peccat quis: per haec torqueatur. Hinc magnus Basilius. Feces oĩm elementorum & lesuras virtutes in fine mundi/ab ipsis seperandas: & ad cruciatũ malorum in infernum mittendas astruit.

Deutr.32. Hiere.9. Sapiẽ.5. Ibidẽ c.11. Basilius

Si aut quomodo animę exutę ab igne corporali pati possunt. & qualiter sententie Sanctorum de his intelligendę sint. Capitulum.xlvij. DIS.

Vnc igitur usq; ad finem mundi/& corporum resumptionẽ/ab his crutiatibus inmunes sunt reproborum animę? MAG. Nequaquam. quoniam ista elementorum defecatio/ad punitionis augmentum non ad inicium futura est: sicut & corporum resumptio. DIS. Quomodo exutę animę a corporibus prememoratis cruciari interim quibunt: cum corpora in spiritum agere non possint: uti ex his quae octauo libello disseruimus claret? MAG. ubi auctor creaturarum operatur ut uult/& iusticia exigit: quid natura habeat aut possit non magnificandum est: si enim ex nihilo cuncta inesse prodire iussit: (dixit enim & facta sunt) quid miraris/si preter solitum naturę cursu; spiritus per corpora punit? an forte ita creatis causis potentiam suã alligauit: ut sine his agere quicquam non possit? hoc equidem quidã vanissimi philosophorum senserunt. DIS: Tales libro octauo ubi de causis disputatum est/errasse cognoui. MAG. potest igitur dominus oĩm preter causas secundas/ aut consuetum earundem ordinem operari? DIS. Etiam. MAG. non igitur impossibile videatur si spiritũ per corpus castigat. DIS. non de possibilitate: sed de modo quero. MAG. Quis nouit sensum domini: aut quis consiliarius eius fuit? tu sic viuas ut modum punitionis experientia non addiscas: quin illius contemplatione & metu moderatior effectus/eiusdem queas & cruciatus effugere & futuris bonis potiri. Sunt qui actionis passionisq; naturas iuxta humanę philosophię traditionem attendentes: ignem & cetera quae scriptura enumerat non realia/sed imaginaria existimant. Alij autem haec quidem omnia realia sed actionem imaginariam esse contendunt Reliqui vero quorum auctoritatem catholici non spernun : gnẽ inferni realem & corporalem esse scripserunt & illo eodem igne spiritus incorporeos ut sunt exutę animę: & demones realiter cruciari fatentur. Nam diuus Gregorius libro quarto Dialogorum. ignẽ infernalẽ corporeum dicere non ambigit: & q animas exutas exurat. hoc medio ar-

Corpus in spiritum agere nequit.

Algazel

Gregorius

guit. Si (inquit) dyabolus et angeli cū sint incorporei / corpeo igne cruciandi sunt: Quid mirum est si & animæ antequam recipiant cor/pora possint igne corporeo cruciari? Si forte de antecedente dubitas audi Dominum in euangelio Mathei c.25. Ite maledicti in ignem ęternū qui paratus est dyabolo & angelis eius. Sententię illius beatus Gregorius causam assignans libro nono moraliū c.50. ait Quāuis angelorū atq; hominū natura sit longe dissimilis: una tamen pęna implicat quos unus in crimine reatus ligat. & venerabilis Hugo libro de sacramentis. parte sedecima cap.3. argumento Gregorij assentiens ait. Verissime auctoritate sacri ęloquij & catholicę veritatis testimonio probatur corporali & materiali igne/ animas etiam nunc ante susceptionem corporum cruciari. Quod autem sanctus Gregorius scripsisse legitur: quod spiritus in eo ardent: quod se ardentes vident: dictis minime contrariatur. Nam cū spiritus instrumentorum siue organorum diuersitatē nō habeant/omnis sensus illis ęqualis est, ait Hugo ubi supra. ut videlicet sit illis videre quod tangere: & tangere quod dolere. Vnde rursus Gregorius in dialogo. Anima non solum videndo/sed experiendo incendium patitur. Augustinus autem/Aurelius libro de ciuitate dei capitulis. xxi & x. recitata opinione quę spiritibus aerea corpora assignat: in quibus ignis incendium patiantur: subiungit. Si autem quisquam nulla habere dæmones corpora asseuerat: non est de hac re aut laborandum operosa inquisitione / aut contentiosa disputatione certandum. Cur enim non dicamus quāuis miris tamen veris modis etiam spiritus incorporeos esse/ & pęna corporalis ignis affligi: si spiritus hominū etiā ipsi profecto incorporei/ & nūc potuerint includi corporalibus membris: & tunc poterunt corporum suorū vinculis insolubiliter alligari. Quod autem idem Doctor libro. xij. super Genesim de infernali loco & tormētis disputat/ in retractationum libro quomodo accipiendum sit manifestat.

Hugo

Gregorius

Augustinus

Quō ignis spiritū detinet: & ipse se detentū attente considerat. Insuper ignem infernalem & pœnā esse ęternam probatur. & opiniones sex ænumerantnr. Cap. xlviij. MAC.

Rdinauit autem iusticia diuina elementum maxime afflictiuū: ut superbū spiritum quasi in carcere detineat: & ipse se detentū ibidem attente consideret: ab eo quidem quem odio implacabili odit. dicēte Psalmista Superbia eorum qui te oderunt ascendit semper. Illud autē quantum afflictionis reprobis generet/ex se ipso conijcere homo facillime posset/qui ab inimicissimo sibi aliquo perpetuis vinculis/quāuis sine alia molestia corporis deputatus esset. Vnde nōnulli theologorum hanc esse spirituum & animarum ante resurrectionem gehennā tradiderūt

Psalmista

DIS. Cum autem idem sit ignis omnes detinens: eadem omnium pę

Aug li.12 de ci.c.16. na est: quod summae iusticiae derogat. MAG. Idem quamuis ignis omnes inuoluat/non tamen equaliter exurit: nec omnes aeque intense sedentes considerant: diuina hoc ipsum operante iusticia. teste scriptura Apocalipsis capite decimo octauo. Quantum glorificauit se & in delicijs fuit/tantum date illi tormentum & luctum. Nam dicente iustissimo legis latore: pro mensura peccati erit & plagarum modus. DIS. Non erit igitur gehenna aeterna quemadmodum euangelium cominatur/sed finita queadmodum delectatio & numerus peccatorum. aut aliam causam aeternitatis poenarum assignabis. MAG. prompte. beatus Augustinus ait libro vicesimo primo de ciuitate c. duodecimo. Homo factus est malo dignus eterno: qui hoc in se peremit bonum/quod esse posset inaeternum. Et sanctus Gregorius dicit. Voluissent iniqui si potuissent sine fine viuere/ut potuissent sine fine peccare: ostendunt quia in peccato semper viuere cupiunt qui nunquam desinunt peccare dum viuunt. Ad magnam igitur iusticiam iudicantis pertinet: ut nunquam careant supplicio qui in hac vita nunquam voluerunt carere peccato. de pe. dis. prima pa. voluissent. Perniciosissime igitur errant/primo qui tandem non solum homines omnes sed & demones misericordia domini liberandos autumant: quamuis post multa annorum curricula. ut Origenistae. Hinc & Poeta ait in sexto Aeneidorum. facilis descensus auerni Noctes atque dies patet atra ianua Ditis: Sed reuocare gradum superasque euadere ad auras/ Hoc opus hic labor est. Errant secundo: qui sanctorum precibus cunctos saluandos existimant. Errant tertio: qui saltem omnes baptisatos & eucharistie sacramento comunicatos ab eternis cruciatibus sequestrare contendunt. Errant nihilominus quarto. qui hanc sententiam ad eos retorquent: qui dicta secramenta in vera fide consequuntur: licet postea in heresim labantur. Non minus deuiant a veritatis tramite: qui solam Christi fidem usque in mortis articulum seruatam sufficere arbitrantur. cum iuxta apostolicam doctrinam fides sine operibus mortua sit. Demum longe a regno dei absunt qui facientibus opera misericordiae/quamuis alias maliciose egerint/finalem salutem promittunt. Tantorum errorum figmenta & scripturarum passus quibus innituntur: diuus Augustinus non tam abunde quam doctissime libro de ciuitate Dei vicesimo/a capitulo decimo septimo usque in finem redarguit: & eternitatem gehennalis incendij luculentissime probauit

(Margin: Apoca. — Deu. 25. — Augusti. — Gregori9 — Gre. li. 4. dyalogo. — Virgili9)

Corpora damnatorum sine consumptione eternaliter posse in infernalibus tormentis permanere/edocetur: quibus mirabilibus nunc in mundo repertis & quomodo hic ignis sine lignis semper esse possit: & si reprobis ad aliquid luceat/auctoritate sancti Gregorij determinatur. Capitulum ultimum. DIS.

Acris ęloquijs & tantæ auctoritatis doctoribus facillime assentior: sed quomodo damnatorum corpora edaces gehennę flammas sine incineratione & consumptione in sempiternum sustinere possint: intellectu difficile. Insuper & corporalem ignem qualis est infernalis sine corporeis fomentis diutius posse consistere: ex philosophia conuincitur impossibile. MAG. premonui pauloante hac/obtutū mentis non ad mundanę imperfecteq; philosophię traditōem: sed ad summę iusticiæ hic punientis omnipotentiam conuertendum: quæ tanta insolita & mira fecit in mundo sensibili ut horum consideratione: nec de q̄ hęsitas omnino videatur impossibile. Salamandra viuit in igne. nonnullum genus vermium in calidarū aquarū scaturigine reperitur. Notissimi Siciliæ montes qui tanta diuturnitate temporis/atq; vetustate usq; nūc & deinceps flammis ęstuant: atq; integri perseuerant/satis idonei testes sunt (inquit Augustinus li. xxi. de ciui. ca. iiij.) non omne q̄d ardet absumi. Prętermitto breuitatis causa alia mira quæ tantus doctor contra incredulos in eodem libro cōmemorat. Beatus itē Gregorius li. xv. moralium. c. quinquagesimo testatur. Hac perbreui sententia quæ libro Iob. c. xx. scribitur/quod tu in dubium vertis luculenter dissolui dicitur nempe. Deuorabit eum ignis qui non succēdetur Quia (inq̄t Gregorius) omnipotentis iusticia futurorum præscia: ab ipsa mundi origine gehennę ignem creauit: qui in pęnam reproborum esse semel inciperet: sed ardorem suum etiā sine lignis nunq̄ finiret. Cum enim sit corporeus & in se missos reprobos corporaliter exurat: nec studio humano succenditur nec lignis nutritur: sed creatus semel durat inextinguibilis & succensione non indiget: & ardore non caret. Aliud insuper mirum in hoc igne dictus. s. Gregori. papa li. 9. moralium. c. 49. esse affirmat. DIS. Quod? MAG. Quia gehennę flamma reprobis nequaquā lucet ad consolationis gratiam: & tamen lucet ad pęnam: nā sequaces quosq; suos secum in tormēto reprobi/flāma illustrante visuri sunt quorū amore deliquerūt quatenus qui eorum vitam carnaliter cōtra p̄cepta conditoris amauerunt: ipsorum quoq; eos interitus in augmento suę damnationis affligat. DIS. Heu heu q̄ pauci attendunt/quæ scriptura & sancti viri de inferorum perpetuo cruciatu testantur.

Augusti.

Gregori.

Iob. 20.

MAG. Ideo ut dominꝰ ait: lata porta & spaciosa via est quæ ducit ad perditionem: & multi sunt qui intrant per eam. Augusta autem porta & arta via est quæ ducit ad vitam & pauci sunt qui inueniunt eam.

Matth. 7.

DIS. docti fortasse tantum/qui beatorum gloriam pariter & damnatorum immensam pęnam ex scripturis nouerunt. MAG. nequaq̄. nō enim (scribit Paulus romanis) auditores legis iusti sunt apud deum: sed factores legis iustificabuntur. Et rursus scientiam inflare testatus est. Inflati autem & tumidi angustam portam intrare minime possunt.

ad Ro. 2.

Sequitur liber duodecimus q̄ est Philosophię moralis.

Liber duodecimus. De principijs Philosophiæ moralis. q̄ scientia ad acquisitionē virtutū & bene viuendum necessaria sit & meriti magni. Capitulum primum

MAG. Salue fili. DIS. & tu pręceptor colendissime. MAG. Vnde hæc mœstitia/quam & vultus & gressus tardior in te ostētant? DIS. Quia me a fœlicitatis culmine longiꝰ deiectū inuenio. MAG. Quā ob causam? DIS. Faustum fœlicēq; me existimabā/si quādo philosophię (cuiꝰ ad ęthera usq; laudes extollebas) prīcipia/rerū quoq; causas cognoscerem: verū longe aliter ęuenire ex his q̄ hesterno vesperi disseruimus intelligo. Artissimā nēpe qui ducit in campū glorię viam/latissimam vero quę ad campū miserię aditum pręstat ipo veritatis ore cōprobasti. Rursus etiam sciam inflare Apostoli voce ostendisti: & cum hac quāplures apud inferos conclusos docuisti.

MAG. Paucis admodū quæ cōmemoras / sed irrefragabilibus testimonijs cōprobata sunt: non tamē phię aut cuiusuis scientię studiū/ vel ascēsum vel campū glorię īpedire/vel descēsum in miseriā cōpellere: sed ad illam virtutibꝰ cōscendere/ad hanc vitijs delabi posse quēq; differtū est. Resipisce igit̄ paululū: nec te phię inseruisse tantisper pœnitebit. Hęc em̄ charitate suffulta callem virtutū aperit & viam vitiorum pręcludit. Augustiꝰ Sine sciētia quippe (ut diuus Aurelius li. xij. de trinitate testat̄) nec virtutes ipsę quibus recte viuitur haberi possunt: per quas hæc vita misera sic gubernetur: ut ad illam quæ vere beata est perueniatur eternam. Rursus qui hac pollent: deum hic saltem per speculū & ænigma /& alibi facię ad faciē limpidius cognoscēt. Nōne nocticorax/hō & aquila etiā in eadem propinquitate ad solem ipm diuersi vident: sm̄ acuitiōem & vigorem oculorū? Daniel Hinc ppheta Daniel. Qui docti fuerint fulgebūt q̄si splendor firmamēti: & q̄ mltos ad iusticiā ęrudiūt / q̄si stellę in ppetuas ęternitates. Nec illa philosophię pars quæ humanarum rerum notitiā pollicetur: cuius & tu principia prælibasti / propter se conquirenda est: sed ut moralitati studioue bene viuendi coniuncta / in rerum diuinarū agnitionem aggressum paret. utranq; em̄ philosophiæ descriptio (quā operi præmissam memini) complectitur. DIS. Ita est. MAG. Et Lactantiꝰ Lactantius libro de falsa sapientia ait. Virtus autem cum scientia iuncta sapientia est. Discussa igitur Rationali & Naturali/ Moralem (si libet) percurramus. DIS. Libet & quidem maxime.

De diuisione philosophię Moralis in Ethicam politicam/ęconomicam & monasticā & q̄ duplici via mala cohibent̄ pœna scilicet & virtutū laude. & de ordine dicēdorum. Capitulum secundum

MAG.

Philosophia moralis

Hilosophię pars quā Moralē dicunt humanorꝫ actuum regimē pādit: virtutum & vitiorꝫ oppositorꝫ rationes explicat: & in quo demū hoīs fœlicitas ↄsistere possit/ ꝑquirit. Hāc ī Ethicā/ politicā Economicā/ & Monasticā diuidunt. Ethica de virtutibꝰ/ vitijs & fœlicitate homīs disserit. politica regimen multitudinis/ regni vel ciuitatis Economica unius familię/ aut domus. Monastica priuati homīs gubernationem edocet. primam si haud segnes lustrauerimꝰ: aliasꝫ pt̄e nō minimā expeditā cognoscemꝰ: omnes eñ qui vel multitudinis vel domus vel suiipsius / curā gerunt/ callē virtutū ambulandū pollicitationibꝰ & exhortationibꝰ ꝓcurāt. Quis eñ (inquit Iuuenalis satyra quarta) virturem amplectitur ipam præmia si tollas ? Viam aūt vitiorum legibus multiplicibus cohibent & necessario quidem: Nam omnis ętas ab adolescentia prona est ad malum. Gen̄. octauo. & .xij. q. i. omnis etas. Multi autem non amore virtutis / sed timore pœnę declinant: pauciores vero animi sui passiones ne in vitia consurgāt. virtutibus cohercere student Nam ut in epistolis testatur Horatius. Oderunt peccare boni/ virtutis amore: Oderunt peccare mali/ formidine pœnę. Dicente item scriptura. Stultorꝫ infinitus est numerus. Et Lactantiꝰ firmianus in exordio institutionū suarum aduersus gentes scribit: Quia virtutibus amaritudo permixta est/ vitia vero voluptate cōdita sunt: illa offensa hac deliniti feruntᷣ in ꝑcepꝰ ac bonorꝫ specie falsi/ mala pro bonis amplectuntᷣ.

Ethica — politica — Economica — Mōastica — Iuuenalis — Gen̄. — Horatius — Lactantiꝰ

DIS. Primū igitᷣ quid virtus: deinde q̄ animi passiones virtutibꝰ cohercēdę: demū virtutū & oppositorꝫ vitiorꝫ rōes specialiꝰ indagandū ē. Eo nāqꝫ seruato ordine singula memorię cōmendare erit facilius.

Quid virtus: quō sit mediū: qualia extrema: medium q̄liter sumēdum & attingendum & virtutes quō acquirendę Capitulnm tertium MAG.

Aristoteles in secundo libro Ethicorꝫ. virtutē & quo ad principiū directiuū & quo ad actū describit. DIS. In ordine ad principium directiuū qualiter ? MAG. Virtus est habitus electiuus in medio existens quo ad nos / determinata rōne ut sapiens determīabit Habitū dicit virtutē: ut genus eius ostendat propinquū. Est eñ virtus qualitas animi non omnis / sed quæ habitus dici solet. habitꝰ quidē a voluntate elicitus & recta ratione determinatus. Potentię aūt & passiones/ quę etiā in aīa inueniuntᷣ/ virtutes nō sunt: quia naturaliter & sine electione insunt: ideo ab his nec laudamur nec vitupamur sicut a virtutibꝰ. In medio aūt virtꝰ existit duorꝫ scꝫ extremorꝫ: uniꝰ q̄dē s̄m supfluitatē alterius aūt s̄m indigentiā. & hoc q̄dē s̄m substantiā virtutis: nā s̄m rationē boni est optimū in illo genere: & ita extremū. Ambo aūt vitia (q̄a a recta rōe s̄m plꝰ & minꝰ deuiant) alterā extremitatē obtinent. Additᷣ aūt q̄ ad nos: nō s̄m rē. q̄d eñ uni multū est/ alteri cōueniēs repitᷣ. At q̄a rectitudo circa mediū in indiuisibili est / ideo bene agere contingit uno mō tm̄: peccare aūt modis īfinitis. Difficile ē eñ tāgere mediū & id tene

Aristoteles — virtus ut principiū — passiones non sunt virtutes

re. Facile aũt circũquaqꝫ ab eodē discedere. quēadmodũ videre est in sagittarijs: quorꝫ is tantũ centrũ designatũ cõtingit: qui ꝑ lineã rectã sagittã dirigit: cęteri aũt plus & min⁹ declinãt. Determĩatio igiť in virtute nõ cuiuslibet/ sed sapiẽtis est ſcḋm dictamē rõnis rectę. Cõforme virtutis de finitiõem diuus Aurelius libro de quãtitate aię ponit dicens: Virtus est ęqualitas q̃dã vitę undiqꝫ cõsonans rõni. DIS. In ordine aũt ad actũ qualiter virtus definiť? MAG. Virtus est q̃ bonũ facit habẽtē & op⁹ eius bonũ reddit. Vtrũuis aũt & q̃ principiũ & q̃ actũ explicat Augustinus in libro de libero arbitrio in una cõplectiť: cũ ait: Virtus est bona qualitas mentis qua recte viuiť qua male nemo utiť: quã de⁹ in nobis sine nobis opať. Virt⁹ ē q̃litas nõ oĩs: sed bona & habit⁹: nõ corpis sed mentis. Vitia aũt & si habit⁹ sunt mẽtis ad malũ inclinãtes / a talib⁹ tñ virt⁹ discreta ē: cũ dicit: q̃ recte viuiť Tũc ãt rectę viuiť cũ hõ ſcḋm rectã rõnē/ ut utiqꝫ sapiens determinabit operať: ab his aũt quæ ad bonũ & ad malũ esse possunt/ virtus diuisa est: cũ addiť: qua male nemo utitur. Licet eñ virtutib⁹ ut obiectis male & in supbiam quis utať: actu tamē virtutis & ut virtus ē hitus directiuus /male nemo utiť. Hæc definitio cõis est omibus virtutib⁹. Quod aũt adiectũ est. quã deus in nobis sine nobis operať: infusas ab acquisitis secernit. Quædã eñ virtutes sũt quæ nullo hũano conamine haberi possunt: sed sola dei largitate aię infunduntur. ut sunt Fides Spes & charitas: quas deus in nobis sine nobis operať: sine nobis quidē agentibus/ nobis tñ vel nõ resistentib⁹ vel cõsentientib⁹: in ceteris aũt etiã nobis agentibus coopať. Et has ptim doctrina/ptim asuefactione cõquirim⁹. Doctrina quidē: si qd bonum vel malũ /licitũ vel illicitũ/bene maleve fiat aliquo docẽte agnoscim⁹. Hic Seneca ait: Virtus sine studio sui esse non potest. Asuefactione vero si id quod bonum cognouimus operamur & diligimus. non enim inquit Augustinus libro undecimo de ciuitate dei) qui scit quod bonum est: vir bonus dicitur sed qui diligit bonum quod scit. Quemadmodum autem una hyrundo non facit ver: nec dies una calida ęstatem: sic nec operatio una bona virtutem & mala vitium. Ex actibus autem frequẽter iteratis generantur habitus: & quidem tales quales sunt actus. Vnde non modicum differt iuuenes bene vel male asuesci. Alterat enim consuetudo naturam. maxime autem in his in quibus pręuiã dispositionē reperit maiorem: & animi passionem magis aut minus radicatam. Nã Tullio teste ingenijs nostris ĩnata sunt semina virtutum: quæ si adolescere liceret/ ipsa nos ad beatam vitam natura perduceret. DIS. De talibus ut nunc disseramus ꝓmissorum ordo expostulat.

Marginalia: Augusti⁹ — Virtus — Virtus actiua — Idem — Seneca — Augusti⁹ — phũs. 3. Ethicorꝫ — Tullius

De passionibus concupiscilis quę sunt: Concupiscẽtia: Desiderium: Gaudium: Lęticia: Amor: Odium: Fastidiũ. Abhominatio: Acedia: Inuidia: Dolor: Tristicia & Misericordia Capi. quartum MAG.

Passio concupiscibil. Assiones siue affectiones animi sunt quas a concupiscibili & irascibili potentijs & obiectis harum exoriri diximus. Concupiscibilis nanque in obiectum suum/quod est bonum delectabile fertur vel s[ecundu]m placentiam vel displicentiam. Placentia autem esse potest respectu boni vel mali. Boni quidem proprij vel alteri[us]. rursus autem proprij distantis vel coniuncti: si distantis & p[er] appetitum simplice[m]: e[st] Cōcupia. p[er] appetitū intēsū: & est Desideriū. Placētia aūt boni proprij & coniuncti adeptione: est Gaudiū: de usu & fruitione est letícia/animi quidem: cum sit circa disciplinas contemplatiuas. corporis: si fiat circa gustum & tactū. Quarum quædam sunt necessariæ & naturales. ut nutrire & indigentiæ succurrere: quædam naturales sed necessariæ non sunt: ut generare. Cōmendatur em̄ etiā virginitas. Aliæ contra naturā sunt & s[un]t fugiēdæ: ut gula/ebrietas/ luxuria: ornat[us] supflu[us]: & his sīlia. Placētia vero respectu boni alterius/ in nobis amorem siue dilectionem efficit. cum alteri bonum appetim[us]. Sed placentia mali respectu proprij esse non potest (nemo em̄ unque carnem suam propriam odio habuit inquit Apostolus ad Ephe. v.) sed respectu alieni. & odium causat. Malum enim appetimus his quos odio habemus. quod si inueterascet/in rancorem vertetur. DIS. Concupiscibilis vero quae in delectabile fertur secūdum displicētiam/ quas efficit passiones? MAG. Displicētia vel est respectu boni & mali. Si boni/aut proprij aut alieni. Rursus si proprij/aut cōiuncti vel absentis. Si coniuncti fit fastidium: quæ est simplex respuitio illius boni & abhominatio: quæ est ardens & intensa respuitō illi[us] boni. Si absentis: fit Acedia: quæ bonum tale adipisci negligit. Displicētia autem boni alieni est inuidia. Unde in epistolis Horatius: Inuid[us] alteri[us] marcessit reb[us] opimis. At uero displicētia respectu mali/e[st] vel proprij vel alieni. si proprij erit Dolor: q[ui] est afflictio ex absentia cōuenientis: & tristicia ex præsentia disconuenientis. Si autem disciplina fit respectu mali alieni. Misericordia dici potest. DIS. Ex his sextuplicem in passionibus concupiscibilis colligo contrarietatem. Prima concupiscere & fastidire. Secunda desiderare & abhominare. Tertia gaudere & dolere. Quarta letari & tristari. Quinta amare siue diligere & odire. Sexta misereri & inuidere. MA. scite membra principalia in unum colligis: nec omnimodā illorum cōuenientiam aut distinctionem exquirere epitomatis breuitas admittit. DIS. scio. Irascibilem igi[tur] simili cōpendio percurramus.

Marginalia (left): Cōcupia; Desideriū; Gaudium; Letícia; Amor; Dilectio; Odium; Rancor; Displicentia boni; Acedia; displicētia mali.

Marginalia (right): Placentia boni proprij; Placentia boni alterius; Paulus; Placentia mali; Fastidiū; abhoīatō; Horatius; Dolor; tristicia.

De Passionibus irascibilis quæ sunt Ambitio: Paupertas spiritus: Spes: desperatio: Superbia: humilitas: Dominatio Subiectio: Contemptus: Reuerentia: Audacia: Pœnitentia: Ira: Impatiētia: Timor & Magnanimitas Ca. v. MAG.

Rascibilis in obiectū suum quod est arduū & difficile fertur p̄ robur & debilitatē: ſ3m robur quidem p modū prosecutionis: ſ3m debilitatē vero p modum fugę: Prosequēdo tendit vel in bonū vel insurgit contra malum. Rursus in bonum honoris vel excellentiæ. Quod si distans fuerit: tendit p Ambitionē: quæ est appetitus talis boni simpliciter: aut per spem/q̄ est appetitus talis boni cū confidentia obtinendi. In obtentū vero bonū honoris/tendit per superbiam dominationē & contemptum. Superbia equidem alios cupit excellere. Dominatio preesse. Contemptus subiectos paruipendere. Contra malū autē insurgit vel memoratum vel p̄sens vel expectatum p Audaciā Iram & Magnanimitatē. DIS. Secundū debilitatem vero & per modū fugę quo tendit? MAG. A bono vł malo. A bono dico/honoris vel excellentię/p̄senti vel absenti. Si a bono honorabili p̄senti proprio/erit humilitas. Si ab alieno/erit reuerentia & Subiectio. A bono aūt absenti p prio si resilit: Paupertas spiritus est: & simplex illius fuga: vel Desperatio/est & fuga intensa ppter diffidentiam obtinendi. A malo autē p̄terito fugit per pœnitentiam: a pręsenti/per impatiētiā: a futuro per timorem. Qui si fiat in appręhendēdo ſ3m dispositōem proximam: Agonia dicitur: ſ3m dispositiōem vero remotā ex imaginatione/magna/fit Admiratio: ex insolita stupor. In operando autem respectu mali futuri est/aut egnicies/respectu mali in opere: aut Erubscentia/respectu mali in verbo: aut Verecundia. respectu mali in opinione. DIS. His etiā facile oppositiones passionū in irascibili colligo. Contraria est enim Ambitioni Paupertas spiritus: Spei desperatio: Superbię humilitas: Dominationi subiectio: Contemptui reuerentia: Audacię pœnitentia: Irę impatientia: & timor magnanimitati. MAG. Probe. Possunt tamen passiones Irascibilis & Concupiscibilis latius dilatari: & ad duas vel quattuor potius restringi. Dilatationem in processu de virtutibus & vitijs videbimus: restrictionem vero paucis edicemus. Concupiscibilis nempe de bono pręsenti gaudet: de futuro sperat. Irascibilis de malo pręsenti tristatur: de futuro timet.

Margin (left): robur ī prosecutione boni — robur in insurrectiōe ɔtra malū — debilitas fugę a bono — debilitas fuge a malo — agonia — admiratō — Stupor

Margin (right): Passio irascibilis — Ambitio — Spes — Superbia — domīatio — cōtempt⁹ — Audacia — Ira — magnanimitas — Hūilitas — Reuerētia — subiectio — pauptas spiritus — Desperatio — pœnitētia — impatiā — timor — segnicies — erubescentia — verecūdia

Quattuor passiones/quę sunt Lętitia Tristitia Timor siue metus. Cupiditas in brutis & etiam in humana voluntate inueniuntur: ut Augustinus astruit Capitulum sextum DIS.

Ed dic quæso coniuncti tantum sunt an ne etiam animi separati? MAG. Concupiscibilem & irascibilem sensualitatis & voluntatis esse libro decimo supra audiuimus: nec passiones a sensualitate quæ in brutis est sine ratione secludimus. gaudet enim leo de pręda appręhensa: sperat de ea quam trino prosequitur saltu: tristatur

Margin: Leo

de quotidiana febre quã actu patit. timet de eadem quę pximo reuerti tur. In voluntate aũt a sensualitate & carnis infirmitate liberata/passio nes dictas Augustinus libro.xiiij.de Ciuitate ex platonicorum dictis cõ tra cosdem cõcludit: & cõsequenter eas voluntates nominat dicens. Intereest aũt qualis sit voluntas hominis: quia si peruersa est/peruersos habebit hos motus: si aũt recta est/non solum inculpabiles/ verũ etiã laudabiles erunt. voluntas est quippe in omnib9 imo omẽs nihil aliud q̃ voluntates sunt. Nam quid est cupiditas & leticia nisi voluntas in eorũ cõsensionem quæ volumus? Et quid est metus atq; tristicia nisi voluntas in dissensionem ab his quæ nolumus? Sed cũ consentimus appetendo ea quæ volumus/cupiditas: cum cõsentimus fruendo his quę volumus/leticia vocatur. Itemq; cum dissentimus ab eo quod accidere nolumus talis voluntas metus est. Cum autem dissentimus ab eo quod nolentibus accidit: talis voluntas tristicia est. Et omnino pro varietate rerum quæ appetuntur vel fugiuntur sicut allicitur vel offenditur voluntas hoĩs/ita in hos vel illos affectus mutaĩ & vertiĩ. Eas quoq; nos dum hic sumus ex humanę conditionis infirmitate habere/paulo infra prosequitur. Causas igitur/aut potius incitamenta & confortamenta harum pręter voluntatem non inutiliter perquiremus. DIS. utilissime.

Augusti9

cupiditas

leticia

metus

tristicia

Qualiter passiones ratione corporalis dispositionis variantur: & pro diuersitate appręhensiue diuerse originantur Capitulum. viij. MAG.

Passiones dictę a varietate rerum & potentia appręhendente (uti ex dictis liquet) originanĩ: ex dispositione autem appręhensionis/virtutis motiuę & membrorũ corporis corroboranĩ & debilitanĩ: DIS. Ex dispositione apphensionis qualiter? MAG. Nõne ex fortij imaginatione casus/quidam ex alto pspicientes: multum timent: & frequenter cadunt: alij ex imaginatione forti & confidentia quã habent in medicum/sanitatem sperant & consequuntur? DIS. Certissima hæc sunt: de dispositione motiuę quid dicis? MAG. Asuefactio abilitat: qui ergo sepius letantur/sperant/timent/ vel tristantur: ad hos actus promptiores expeditioresue ęuadunt. DIS. hoc quoq; manifestum. De dispositione membrorum autem quid affers? MAG. Motiua membris ut instrumentis utitur: in quibus triplex spiritus in sanguine per corpus inuehiĩ naturalis: sc; vitalis/ & animalis. de quibus libro decimo supra tractatũ est. Sanguis autem non modo membrorum quę nutrit/sed & spirituum diuersitatem causat: illi rursus passionibus conferunt. vnde sanguis temperatus in tenuitate & grossicie/ propter spiritus lucidi abundantiam/disponit ad gaudium: contrarius ad tristiciam. Naturaliter enim anima in luce gratulatur: in tenebris vero tristatur. In nocte igitur omnes sumus timidiores. Sanguis vero clarus/sed

Corroboratio & debilitatio passionũ triplex

Sanguĩs iudicium iuxta passiones

plus calidus / aptat ad iram: quæ tanto diutius seruet quanto sanguis substantia cõpactior fuerit. Tenuis vero & frigidus ad timorem. pariformiter in cęteris est videre. Cor autem/cum fons & origo sit sanguinis/in omnibus his passionib⁹ mouetur. Vnde in gaudio & leticia cor paulatim dilatatur: & membris virtutem occurrendi obiecto conueniẽti influit: ideo interiora paulatim frigescunt: & exteriora in tali affectione calefiunt. In tristicia oppositum accidit: nam obiectum disconueniẽs quod coniunctum est/respuente anima/paulatim cor constringitur: nec spiritus in membra sufficienter diffunduntur: hinc exteriora infrigidãtur: similiter & quædam interiora. In timore autem si obiectum cũ spe fugiendi appręhenditur/cor constringitur fortiter: & spiritus & calor ad intestina mouentur. vnde timentium cor tremit: & vox & anhelit⁹ minuuntur: & intestina circa quę spiritus & calor coartatur soluta /sup fluitates ęmittunt nec continere possunt: & facies pallescunt. In verecũdia aũt & ęrubescentia natura ad confidentiam resistendi excitat: & exterioribus succurrens genas colorat. In ira autem & audacia sanguis accensus/cor inflãmat & dilatat: & exteriora quoq; in vindictã calefacit & aptat. Ex his cętera patent: nec speciali deductõne indigent: nisi forte tu aliter sentias. DIS. Non. Sed nunc qualiter mens eas refrenet virtutibus/exponẽdu3 est: Ita q̃ppe cum nudiustertius diui Boetij philosophicas consolationes percurrerem: scriptũ reperi. Gaudia pelle: pelle timorem: spemq; fugato: Nec dolor adsit: Nubila mens est vinctaq; frenis hæc ubi regnant.

Cordis iudicium iuxta passiones

Boetius

De diuisione virtutũ in intellectuales: Morales & Theologicales Capitulum. viij. MAC.

On omnibus virtutibus mens utitur in frenandis passionibus sed moralibus tantum: nec tamen his omnibus. DIS. Quam innuis virtutum diuisionem/lucidius explana. MAG. Virtutum quædam intellectuales quædam morales & alię theologicales vocantur. DIS. Intellectuales quæ sunt? MAG. Quę intellectum in quo subiectantur p̃ficiunt. speculatiuũ nempe intellectum sapientia/scientia & intellectus in operatione sua dirigunt: ars & prudentia intellectum practicum regulant. DIS. Quęso ne pigeat te latius istec deducere.

virtutes intellectuales

De virtutibus intellectualibus in intellectu scientia & sapientia Capitulũ. ix. MAG.

Ntellectus speculatiui opus theoriã siue speculationẽ /finẽ autẽ scire liber undecim⁹ supra edocuit. Scibiliũ aũt quędã esse principia & q̃dã cõclusiões logica patefecit. principia vero mox cognitis termĩs ab ĩtellectu app̃hẽdunt̃ lumĩe naturali: termĩo⁊ aũt cognitio a sensu orit̃. ut oẽ totũ ẽ mai⁹ sua p̃te: q̃d si freq̃nti⁹ iteratũ fuerit/ in intellectu fit habitus quidam ad huiuscemodi app̃hensionem /intel-

Aristotel' r. posteri.

Intellect⁹

lectum abilitans & inclinans: & eodem nomine (sc3 intellectus) nominatur. Rursus aũt Conclusiones p premissas & resolutionẽ earundem usq; ad principia/ via demonstratiõis inuestigant: & inde habitus generatus scientia dicitur. Huius species in principio operis p̃misimus. Opinio aũt & suspitio/cũ circa falsum esse possint/ Virtutes nõ sunt. Ad noticiam vero altissimaꝶ causaꝶ/q̃ via naturę/ certissimę sunt & maxime intelligibiles: intellectũ nostrũ (qui ad hęc se habet sicut oculus nycticoracis ad radium solis) inclinat habitus: quẽ sapientiã vocamus Hic habitus: tanto cęteris p̃eminet quãto circa nobilius obiectum versat̃ hinc Aristoteles de Coelo & mundo libro. 2. ait. Magnum est de rebus coelestibus posse aliquid cognoscere: vel de rebus nobilioribus/etiã debili ratione. Et in libro de Animalibus. Amabile est inquit magis parũ aliquid cognoscere de rebus nobilioribus quã multa de rebus ignobilioribus. Ex dictis facile est singuloꝶ definitiones ęlicere. DIS. Elicias igitur. MAG. Intellectus. est habitus principioꝶ. Scientia est habitus cõclusionis p demonstrationẽ acquisitus. Sapientia aũt cognitio est rerũ diuinarũ. Vnde & Apl̃us inter hos duos habitus/scientiã videlicet & sapientiam discernit scribẽs Corintheis. Aliȷ inquit datur sermo sapientię: aliȷ sermo scientię &c. Et diuus Augustinus de trinitate libro. xiȷ. & xiiȷ. differentiam horum late prosequitur. Reliquũ est ut habitus intellectus practici discutiamus. DIS. Id ipsum volui.

Scientia — Phũs. 2. metha. — Sapientia — Idem — Ad Cor. fi — Augusti⁹

De arte & prudẽtia habitibus intellectualibus: & q pru dens esse nemo possit nisi etiã bonus sit. Ca. x. MAG

INtellectus practicus circa cõsiderationẽ veritatis quã ad opus ordinat duplici via incedit. Prima ut opus tantũ sit pfectum ex recta ratiõe. ex huius frequẽtatiõe habitus generat̃: intellectũ ad operationẽ abilem promptũq; reddens: hunc Philosophi artẽ nominãt Secunda via est qua intellectus veritatẽ ad opus ordinat: ut ip̃e operans pficiatur & in suis actibus ordinetur. hinc generatus habitus intellectũ ad huiusmõi abilitãs: Prudẽtia dicit̃. Hoꝶ aũt habituũ differentia ex definitionib⁹ suis clari⁹ habet̃. DI. has igit̃ in mediũ ferre haud recuses. MAG. Ars (ut ait Aristoteles. li. 6. Ethicoꝶ) est recta ratio reꝶ factibilium. Facere aũt ut idẽ testat̃ li. nono methaphisicę. est actus transiens in exteriorẽ materiã. sicut ędificare. secare. scribere & huiusmodi. Ars itaq; habitus est factiuus cum recta ratione: .i. ratio directiua factionum in rebus exterioribus. Nõ igitur artis est artificem bonum facere/sed opus ideo non habet perfecte ratõe3 virtutis. Prudentia aũt est recta ratõ agibilium. Agere autẽ per phm̃ ubi supra est actus permanens in ip̃o agente. ut intelligere velle: consiliari & huiusmodi. Prudentia ergo est ratio directiua: actionũ in ip̃is operantibus: & habet ratiõem virtutis perfectę: quia impossibile est (inquit phũs libro sexto Ethicoꝶ) esse prudentem & non existentem bonum.

Ars — prudentia — Aristotel — Facere — Agere

Quō differt Ars & Scientia. & quę artes liberales & quę mechanicę Ca. xi. DIS.

Ic obsecro in quo artem a scientia distinctū habitum dicis: cū scientiarum nōnullę etiam artes nominari soleant: vt patet de Grāmatica Logica Rhetorica &c. MAG. Quas opponis scientias/etiam nominari artes manifestum est/non tamen proprie sed extento artis noīe: nam in ipsis reperit̄ aliquid per modū operis. utputa syllogismorꝝ fabricatio: opus numerandi aut mensurandi &c. Dicunt̄ autem hæ scientię artes liberales: ad differentiam mechanicarꝝ: nam istę animū liberū permittunt circa opus propriū q̄d est consideratio veritatis. Illę a tali opere ad exteriora recedere/adulterari & mechari faciūt. Vnde & mechanicę dicuntur. Sūt autem homini necessarię. cecidit em̄ homo per peccatū in ignorantiā/& iuuat̄ p sapientiam: in cōcupiscentiā/& iuuatur p virtutem in infirmitatem & defectus multos/& iuuatur p artem mechanicam: nemo em̄ carnem suam odio habuit. Inuenit igitur humana ratio ad singulas corporis necessitates singulas artes: quæ tamen ad septenarium a doctis reducunt̄ (vt patet in politicis) videlicet lanificiū: Armatura siue fabrilis: Nauigatio/Agricultura: Venatio: Medicina & theatrica. DIS. Harū rationes veloci saltem ac breui sermone pcurras.

Artes liberales

mechanicę

De artibus mechanicis in speciali: & quę a nobis possint exerceri Capitulum. xij. MAG.

Anificium quæ prima est continet operationes nendi cōsuendi/retorquendi: & quæ sunt manu/acu/fuso/pectine/subula/calamistro/girgilo/alabro: i materia lini/lanæ/canapi/pelle/pilo & suberis. Insup usum floccorꝝ/filtrorꝝ: sagorꝝ/ sagmatū/funiū: matularum/ & sportarū ex straminibus vel viminibus. Armaturę species duę sunt Architectoria & Fabrilis. Architectoria in Cementariā & carmentariā ptitur. Fabrilis in malleatoriā/fusoriam & sculptoriā diuidit̄. Continetur igit̄ sub armatura quidquid armorꝝ est. Ibi artifices/metellarij/alchimistæ: & q̄ operant̄ dolabris securibus lima serra terebro trulla: in osse arena lapide luto latere & ligno &c. Nauigatio cōtinet omnē industriā emendi vendendi mutuandi in domesticis & peregrinis nauigationib9 Verꝝtā mercatura etiam alijs modis q̄ nauigatione fieri habet. Eā autē Tullius sordidam nominat. Sordidi etiam sunt qui mercantur a mercatoribus quod statim vendant. nihil enim proficiunt nisi ad modū mentiant̄. Agricultura oēm agri cultū cōplectit̄. Quadruplicē aūt agrum distinguunt sc3 Aruū. qui sationibus & segetibus deputatur. Consitū. qui nemori9 constat: vinetis oliuetis & pomerijs. Pascuum: q pascua germinat. ut prata. Floridum. ut est ortus & Rosarij. Hāc Tullius libro primo Officiorꝝ laudat dicens omniū rerum ex quibus aliquid acqrit̄ nihil est agricultura melius: nihil uberius: nihil dulcius/ nihil libero homine dignius. Venationū alia Ferina: alia Aucupium: alia piscatu-

lanificiū

Armatura architectoria

Fabrilis

Nauigatō

Tullius primo of.

agricultura

Ager aruum consitum pascuum

Tullius

Venatio

ra. Oīe igit venandi genus siue in terra / mari / aquis & aere cōtinet / Insuper & omīa officia piscatorū / carnificū coquorū: cauponū & tabernariorum. Verūtamen ante diluuiū esus carniū in usu non erat: testatur sanct⁹ Hieronymus & canon. xxxv. dis. ab exordio. Medicina / corpus vel tuet vel restaurat salutē: sub qua chyrurgia: apothecariorum: pigmētariorū balneatorum: rasorum turba militat. Theatrica cōtinet omnes artes ad ludos ptinentes. Est autē ludus aut gymnicus: Agon: Circēsis: Scenicus aut Gladiatorius. Gymnicus qui in gymnasio exercet p saltū cursum / iactū: virtutem atq; luctatiōem. Agon quoq; in cursu: celeritate: sagittrandi peritia: ad cytharam quoq; & tibias / incedendi gestib⁹ cōsistebat. Circenses ludi a circūeundo dicti sunt. Scenicus in theatris exercebat: in quibus in parata domuncula quā scenam dicunt / Comici Tragici Histriones & mimi fabulas recitabāt. In Amphitheatro gladiatorius tum actib⁹ militarib⁹ exercebat. In phanis aūt deorū laudes: etiā non sine obscœnitate decantabant & demonstrabant in arenis pugiles inter se: & cū bestijs exercebant. In cōuiuijs alearū ludus: rithmi & musica frequentabat. DIS. Qui omniū dictarū artium primi extitere inuentores? MAG. Capitulū quartū libri Geneseos nōnullos ęnumerat. Sed gentilium vanitas alios assignat: nos ad reliqua properemus: nam & si sine his non edificetur ciuitas (ut ait Sapiens) non tamen sedebunt sup sellam iudicis: & testamentū iudicij non intelligent: nec parabolā facient disciplinā & iudiciū: sed solum opationi artis vacabunt. Non igit ingenuis & singulari ingenio pditis adolescētulis (de quorū numero unū te habeo) hę artes exercēdę sunt. A christifidelibus insup nōnullę quasi illicitę & saluti cōtrarię habent: maxime aūt theatrica: quātū ad multas eius species. Demū ex animo tuo nunquā discedat / quantū pciosissimi tempis Reges pricipes Comites Nobiles Diuitiarū affluētia splendentes: & (quod execrabilius est) Clerici diuino cultui mancipati in venationū inutili: laboriosa & periculosa arte āmittunt propter anserē quidē vilissimū: pauprimis viduis pupillisq; panē segetib⁹ pullulantē: quadrupedū tritura pimentes cōculcantesq;. restituent pculdubio eo loco quo ipi pauperrimi erunt. DIS. Nihilomagis in procerum caterua obtestor. MAG. Iuste. Sed nunc si libet prudentię cōditiones ęnodabimus. DIS. Libet utiq; perplacetq;.

Medicina | Hieronym⁹ | theatrica | lud⁹ gymnicus | Agon | Circensis | Scenicus | gladiatorius | Gen. 4 | in ecclesiastico

De prudentia & partibus integralibus: & quō futura scire possumus Capitulū. xiij. MAG.

Rudētię naturā tūc facili⁹ intelligem⁹: si datę definitōi ipi⁹ / etiā diuisionē p oēs ptes explicitā adiūxerim⁹. DIS. Definitio prudētię (ni fallar) hęc ē. Prudētia ē recta rō a nobis agibiliū. MAG. Augustin⁹ q̄ʒ libro 83. q̄stionū ait. Prudētia ē cognitio rerū appetendarū & fugiendarū. alludi p oīa libro. 1. de libero arbitrio. Tulli⁹ vero. 2. Rhetoricę ait. Prudētia ē rerū bonarū & malarū verarūq; scia. Sed iuriscōsultus in l. iusticia. pa: Iuris prudētia. ff. de iust. & iur. ita definit. Prudētia ē

Augusti⁹ | Tullius | prudentia

diuinarum humanarumque rerũ noticia iusti atque iniusti scia. DIS. Idẽ si bñ memini dicit insti. eodẽ. pa. 1. Sed de his satis: ad prudẽtię diuisionẽ pgamus. MAG. Prudẽtiã in ptes integrales: potẽtiales & subiectiuas inuenio ptitam. DIS. Integrales q̃ & q̃t sunt? MAG. Meõria: Intellectus: Rõ Solertia docilitas: Prouidẽtia Circũspectõ & cautio. Tria ultĩa prudẽtiã integrãt ut ẽ pceptiua: reliq̃ ut ẽ cognoscitiã. DIS. Hęc latius explana. MAG. Prudẽtiã esse circa ↄtingentiã agibiliũ: definitio data in supiorib⁹ indicat. Horum aũt cognitio si pterita sint: meõria dicit. si pñtia vel instãtia: intellect⁹ nominat. & freqnter ex meõria nascit. Nã in cõtingentib⁹ agibilib⁹ ut p̃im futura siꝉa sunt pteritis. ait Phũs. ij. Rhetoricę. Vnde Prudens arguit. Si talia talib⁹ cõcurrentib⁹ hactenus accidere potuerũt: sic & nũc & in futurum accidere pñt. Sic em̃ Sapiẽs docz dũ inqt. Memẽto q̃ añ te fuerũt. Et Seneca. Qui de pterito nihil cogitat vitã pdidit. Vñ & de prudẽti Iuda machabeo scriptura testat: añ videret valida castra inimicorum/victorias patrũ pteritas ad meõriã reuocans militũ ait: memtote quõ salui facti sũt Patres nostri. Rursus autẽ habita recta existimatõe de fine. via meõrię & intellect⁹/media in promptu inuenięda sunt p q̃ finis attingi possit: & id fit p solertiã: q̃ (ut ait Aristo. i. posteriorum) ẽ subtilitas inueniẽdi mediũ in nõ pspecto tpe. inuẽtis aũt medijs/ op⁹ ẽ ea debite posse applicare ad finẽ: reglas ules ad pticularia & ex notis pcedere ad noticiã nõdũ cognitorum: hoc ptinet ad rõem. quia vero nec oĩa bene ↄsiderare possum⁹ occurrẽtia circa agibilia (q̃m pticularia sunt) ab alijs edoceri: pcipue aũt a senibus & expertis indigemus. Vnde & Sapiens ait. In multitudine psbyterorum i. seniorum prudentũ stat: & prudẽtię illorum ex corde cõiungere. Id aũt fit p docilitatẽ qua qs disciplinabilis efficit & aliorum cõsilijs acqescit. Amplius futura q̃ circa agibilia occurrere pñt pspicere: & ad finem cũ psentib⁹ cõuenienter ordinare necesse est. q̃d fit p prouidentiã: q̃ est futurorum. nã pterita aut actu pręsentia aliter ordinari non pñt. Circũstantias etiã negocij prius inuentis & ordinatis in finẽ cõparari oportet: quod fit p circũspectõem. Oportet demũ etiã vitare impedimenta & cauere: ne vitia p virtutib⁹ se ingerãt: quod fit p cautiõem. Hęc octo sub cõpendio scriptura cõmemorat dum ait. Gẽs absque ↄsilio ẽ & sine prudẽtia: utinã sapent & intelligerẽt: & nouissima puiderẽt. sapent/scz pterita p memoriã intelligerẽt: psentia per intellectũ rõem solertiã & docilitatẽ. ac nouissima puiderẽt: p puidentiã circũspectõem & cautõem. Possum⁹ em̃ nos cognoscere futura saltẽ in suis causis: Deus aũt ut in seipsis: & quibus voluerit p prophetię donum cõmunicare.

Phũs — Ecclesia. — Seneca — macha. 4. — Phũs — 6. Ethico. — Ecci. 6. — Deute. 3.

ptes integrales prudentię — psciencia — futurorũ — Solertia

De prudentię partibus potentialibus quę sunt ευβουλια: γνωμη: σύνεσις. & de dono cõsilij Cap. 14.

DIS. Onseqnter prudẽtię ptes potẽtiales edissere. MA. prudẽtię ptes potẽtiales tres sũt: scz Eubulia Synesis & Gnomi. prudẽtię eqdẽ principalis actus ẽ recte pcipere: de pręcipiendis autem primum con/

ptes potẽtiales prudentię

filiari: dehic iudicare oportet. Primum ad Eubuliam: secũdum ad Synesim & Gnomin pertinet. Est enim Eubulia rectitudo consilij ad finem bonum/per vias cõgruas & tempore conuenienti. vnde ευβουλοσ. id est prudens siue bene consiliatiuus nec velox nec nimis tardus & firmus esse debet. DIS. Cur autem addis ad finem bonum? MAG. Quia consilium bonum nullum esse potest si finis malus in consiliando prostituatur: aut ad finem viȩ malȩ inueniantur. Hoc ipm vocabulum insinuat: dicitur enim Eubulia ab eu quod est bonum & απο του βουλη id est consilium quasi bonum consiliũ. Non igit recte consiliatur latro ad latrocinium: quia finis malus. nec fur ut furto pauperi succurrat: nã & si finis bon9 sit (sc3 pauperi subuenire) via tamen illicita est per furtũ ut testatur beatus Augustinus. &. c. xiiij. q. v. Forte. ita videre est in alijs circũstantijs actus moralis. DIS. Synesis quae est? MAG. quȩ recte iudicat de consiliatis s3m leges cõmunes: huius iudicium iusticia legalis exequitur. Gnomi autem recte iudicat de consiliatis si leges deficiunt. & huius iudicium epikeia exequitur. ut qp furioso depositus gladius reddendus non est. Interdum etiam ex causis oportet a cõmuni lege discedere. Quoniam vero (ut ait Sapiens) cogitationes mortalium timidȩ/& incertȩ prouidentiȩ nostrȩ indiget: homo necessario in his quȩ ad salutem sunt/& rempublicam/ab altiori principio dirigi: a quo dat his qui syncere petunt donũ consilij per quod spirit9 sanctus mouet hominẽ per modum salubrioris & certioris consilij.

Eubulia & Gnomin

Bonum consilii

Synesis

Gnomi

Prudentiȩ partes subiectiuȩ enumerantur & prudentia monastica homini utilis & necessaria comprobatur Capi. xv.

DIS. Estat ut prudentiȩ partes subiectiuas edoceas. MAG. Prudẽtiȩ species quinq; solent assignari: sc3 prudentia monastica/Economica/Politica/Regnatiua & Militaris. Prima necessaria est homini quantum ad se: secunda homini ut familiam suã gubernet. Tertia homĩ ut se policiȩ rectori debite subijciat. Quarta ut quis rempublicã strenue regat. Quinta ut Ciuis bonũ cõmune strenue defendat. DIS. Has igitur species sub breuitate explanes. MAG. Prudentia singularis homini necessaria est ad salutem: nam cognitiõem sui docet: sine qua (ut ait Bernhardus super Cantica) nemo saluatur. Vnde homo cum in honore esset non intellexit (sc3 seipm) cõparatus est iumentis insipientibus & similis factus est illis. Vnde & Helimãdus scribit in tẽplo Apollinis tale oraculum fuisse datum. γνωτι τε αυτον hoc est nosce te ipsum. Ex hoc nempe homo se humiliat: & unicuiq; quod suũ est reddit: iuxta pcepta legis naturae & decalogi de quibus differendi locus hic non est: Hanc Richardus describit dicẽs. Monastica scia est quae sui curam gerens/cũctis sese erigit & exornat virtutibus: nihil in vita admittẽs quo non gaudeat/nihilq; faciens poenitendum.

ptes subiectiȩ prudentiȩ

prudentia mõastica

Bernhar. psal. 48. helimãd9

Richard9

De Prudentia Economica. & qualiter uxor sit regenda. insuper quibus virtutibus mulier pollere debeat. Capitulum sedecimũ. DIS.

Rudentiam Economicã declares. MAG. Hac prudentia indiget qui familiam regere habet: prudentiã tamẽ monasticã non negligat: nã qui sibi nequã est/cui bonus erit? In familia aũt ut dicitur libro primo Politicorũ tres cõmunitates necessariȩ sunt. viri scʒ & uxoris: propter opus generatiõis. Domini & serui: propter opus administratiõis. Patris & filij: propter ꝑpetuitatẽ: quod fieri neqt si patri filius nõ succedit. Ad has ꝯmunitates singula prudẽtiȩ regimina accomodanda sunt. in prima equidẽ/vir uxori suȩ affabiliter ꝯuiuat: ne vita eius sit cũ tristicia: aut cogatur extraneis solarijs se ĩmiscere: unde infamiã facile posset incurrere. In correctiõe vero/aliter cũ honesta/aliter cũ contumare & superba oportet procedere. Secundo vir uxorẽ decenter tractet in ornamẽtis & alijs necessarijs. Nõ em̃ sicut ancilla/sed ut socia tractanda est: quia nõ de pedibus sed latere viri est formata. Aliter aũt est uxor ciuis/aliter militis/aliter regis ornanda secundũ diuersitatẽ temporũ & locorũ Ideo infœlices Macedones Phũs in rhetorica nominat: eo ꝙ suis uxoribus illicita ꝑmittebant. Rursus Valerius Maximus Romanos cõmendat: quia uxoribus de necessarijs ꝓuidebant. Tertio uir uxorẽ sine zelotipia diligat. ne sibi cõtinuã cordis anxietatẽ/ & uxori nõ seruandi fidem incitamentũ prȩstet. qui secus ad uxores se habent/ damna multa nõ scripto sed experimẽto addiscent. Rursus aũt uxor debet esse casta & pudica/ verecunda & taciturna: pia & discreta. Casta quidẽ esse debet: ne vinculũ matrimonij ĩdiuisibile soluat: & ne illegitimi cũ legitimis viro in hereditate succedãt. Vnde fornicatio mulieris ꝑiculosior est q̃ viri Castitatis vero custos est sobrietas. unde ut ait Valerius. Maximus. Romanis mulieribus usus vini olim ignotus erat. Sit & pudica quantũ ad exteriores corporis gestus. Mulieris em̃ est (ut inqt Crisostomus) domi philosophari & a discensibus se cohibere: nec nimiũ abusionis genus est mulier sine pudicicia. gratia aũt super gratiã mulier sancta & pudorata. Sit etiã verecunda. ne dicatur ei illud hieremiȩ. 3. Frons muliebris meretricis facta est tibi/ noluisti erubescere. Inuerecunda quippe mulier attẽtare audet quod vir non perpetraret. Verecundiȩ aũt signum est taciturnitas: q̃ est (ut ait phũs) ornamentũ mulieris. quod laudatũ inuenitur a Sapiente. Mulier sensata & tacita nõ est ĩmutatio animæ ȩruditæ. Sit insuper pia & discreta: ut familiã cũ qua semꝑ cõuersatur cõsoletur. & pauperibus cũ moderamine elemosynã ȩrogando cõpatiatur.

Aristoteľ — Gẽn. 2. — Phũs — Valerius maximus — Valerius maximus — Crisostõ⁹ — Hieremi. — Phũs — Ecc. 26.

Prudentia economica — viri & uxoris — Vxor sit casta — Pudica — verecũda — Pia discreta

De Regimine seruorum: & unde. Seruitus orta sit. Capitulum. xvij. MAG.

Ecunda cõmunitas familiȩ est Domini & serui. Natura omnes liberos genuit: fortuna aũt seruos constituit. Serui em̃ cœperunt ꝑpter

Seruorũ ortus

appetitus corruptionẽ/intellectus tarditatem/& temporaliũ penuriam.
Primũ manifestũ in Cham filio Noe: qui propter maliciã suam qua pa
tris pudenda reuelauit: ideo ipẽ & posteritas sua seruituti est deditus. sic
rebelles & in bello victi mancipia / quasi manu capta dicebant: & ad ser
uiendũ seruabant. Secundũ couenies est: nã intellectu tardi / magis sunt
robusti & ad onera sustinenda apti. ęcontrario corpore debiliores / sunt
magis sapientes: & ad regendum alios abiliores. Tertium cõmunissimũ
est. penuria namq; rerum temporaliũ plurimos etiã honestos & ingenio
pollentes seruire cogit: etiã his q serui sunt seruorum eorũ / idest peccatorum
Hos aũt cõsolatur diuus Augustin9. li. 4. de Ciuitate dei dicens. Bonus
si seruiat liber est: malus aũt si regnet / seruus est / nec unius hominis / sed
quod grauius est tot Dominorum quot vitiorum. Debent itaq; Domini ad
seruos tali prudentia uti / ut sint in loquendo placidi: ne verbis duriori
bus exasperent. unde Seneca. Qui in seruos suos irascit & crudelis est /
satis ostendit ptatem ad alienos sibi defuisse. Seruis igitur hilarẽ te pre
stes (inqt) superiorẽ te colant potius quã timeant. Nimiam tamẽ erga
eos familiaritatẽ caueant: quia ɔtemptũ parit. Sint in remunerãdo bene
fici / ne necessitate cõpulsi furent. Sint & in mandando discreti: ne nimis
oneribus laborũ grauent. unde & Domin9 in Euangelio eos die septio
quiescere: & anno septimo liberos a seruitute iussit exire. ecõtrario Ser
ui debent esse fideles in cõmissis sibi a Dominis: ut bona eorum cõseruent
Sint intelligẽtes in pceptis: ut q Domini moneãt: recte intelligãt: & q
intellexerũt cũ obedientia exequant: sic em erunt decentes in obsequijs.
nõ em decet seruũ quod iussus est / si possit: cauillationibus suis ptelare
Vnde dicit. Nõ sit mihi seruus medicus: propheta: sacerdos. Medic9 est
si iussus afferte aquam frigidã: eam sanitati cõtrariam psuadet. Prophe
ta est: si missus ad debitorem: eũ iam non posse domi reperiri syllogisat
Sacerdos deniq; censetur: si quod inuitus facit: saluti animę cõtrarium
arguit. Decentia aũt in obseqo tunc seruatur. si non modo corporis mũ
ditia sed & morum integras custodit: ne uxor: ne filij: & filię corrumpant
Nam ut ait Menander. Corrumpũt bonos mores colloquia praua. qd
& Apostolus approbat.

Dñorum erga seruos prudentia

Augustĩ9

Seneca

Deut. 15

Seruorũ itẽ erga dominos

menãder

Paulus

De regimĩe filiorum a pribus & pedagogis. Ca. xviij.

Ertia familię cõmunitas est patris & filij Iure equidem Naturali
Ciuili & diuino pater circa filios sollicitus esse debet: ipsis mini
strãdo nutrimentũ: qntũ ad corporis necessitatẽ: & disciplinam
quantũ ad morum honestatẽ. Nam ut ait Aplus. 1. ad Timoteũ v. Si quis
suorum & maxime domesticorum curã nõ habet: fidem negauit. Primũ nec
bruta quidẽ negligũt quantũcumq; ferocia: sed singula filios suos sum
mo studio alunt: donec ad debitã perducta fuerint quantitatẽ & robur
.l. 1. pa ius naturale. ff. de iust. & iure. Crudeliores itaq; bestijs erunt qui
liberis suis elementa nõ prestant: nec alimenta tantũ prestare sufficit: sed
& substantiã in hereditate relinquere debẽt. xvi. q. 1. pdicator. & Aplus

Parentũ erga filios prudentia

Aplus

Idem

ait. Nō debent filij thesaurizare parentibus: sed parentes filijs. Filius tñ Patrem egentē cogitur alere. xxij. q. 4. c. Inter. Secundū rursus bestias ꝑ modulo suo imitar videmus: quoniam educatos pullos ad mores & actus naturę & speciei suę ꝯuenietes ꝓuocant. Hinc leo catulos suos ad predam ducit: Aquila pullos suos sup eos volitans: ad volandū ꝓuocat & sic videre est in singulis. Stolidior est igitur hic bestia: q filios suos si ad meliora studia inducere nolit: saltem eos manuū suarū labores manducare: & artem qua ipsos ęnutriuit nō ędocet: sed ociari taxillorꝫ ludo questū quęrere: hic scortari: furari: latrocinari tandemqꝫ morte turpissima interire ꝑmittit. DIS. Heu q̄ntū hęc stulticia nostra ętate nō modo plebeos: verꝫ altioris ordinis homines obcecauit. Sed dic queso summatim quādo & in quibus maximopꝫ filij a parentibus sint ędocēdi.

Deut. 32.

Horatius

Seneca

Aristotel.

Seneca

Ouidius

ꝓuer. 22.

MAG. Ab ineūte ętate: Nā ut ait Horatius in epistolis. Quo semel imbuta recens seruabit odorem Testa diu. & Seneca libro de moribus Educatio quidem & disciplina mores facit: & id sapit quisqꝫ quod didicit. Est em̄ ut ait Aristoteles Consuetudo altera natura: seu alterat naturam: in hoc differens tantū/ꝙ natura semp est: Consuetudo sępe. Hinc & Seneca libro secūdo de ira Educatio filiorum maximā diligentiā plurimū ꝓfuturā desiderat: facile est em̄ animos teneros componere: sed difficile scinduntꝰ vitia q̄ nobiscū creuerunt. Et Ouidius in epistolis Ars fit ubi a teneris crimē cōdiscitur annis. Quod & Salomon testatꝰ dicens: Adolescens iuxta viā suam graditꝰ cū senuerit non recedit ab ea: nam & ab adolescentia omnis ętas ad malū prona est. Verūtamen in disciplina tenendus est modus ętati cōgruens. Tractari equidē mollius ętas imbecilla solet ait Horatius cui & Quintilianus alludit dicens. Ingenia puerorꝫ nimia ęmendationis seueritate deficiunt: nā & desperant & dolent ac nouissime oderūt: q̄dqꝫ maxime nocet/dū oīa timent nihil conātur

Quītilianus

DIS. Manifesta sunt hæc. Nūc in q̄bus instituēdi sunt apias. MA. In arte/moribus/ludis & societate. Ad primū monet censor morū Cato. Si tibi (īquit) sint filij/nec opes: tūc artib⁹ illos Instrue quo possint inopē defendere vitā. Et rursus. Disce aliquid: nam cū subito fortuna recedit/Ars remanet: vitaqꝫ hoīs non deserit unqꝫ. Vnde & Octauianus Augustus liberos suos in omni arte fœcit erudiri: ut si qñ ad ęgestatem venirent/haberent unde honeste viuerent. In moribus vero: ut cibū & potum parce sumant passionesqꝫ refrenent. Ex cibo nempe & potu su/perfluo naturam in principijs vitalibus ęneruant: ingenia perdūnt: fiūt lasciui/rixosi/in verbis procaces & in sensu proprio pertinaces. Singulis tu causas naturales reddes/si tantillę ętatis & vini pastusqꝫ superflui naturas attenderis. DIS. Verum: nec in his tęl atius īmmorari volo. Sed dic oro per ludos quid intelli gis? MAG. Non illum qui fortunæ innititur. ut ludus chartarum/taxillorum &c. nam hi ludi non modo lege diuina sunt inhibiti / sed etiam imperialibus cohercendi. Sed eum ipm exerceant quem Philosophus in politicis necessarium asserit in vita humana: Et est quædam deductio ꝑ quam vitantur tedia vitę/.

Cato

phūs politico. 8.

inertia corporis & pronitas ad lasciuiam. Ociosi nanq; esse non possunt Non aūt semp in disciplinę sumo rigore tenendi sunt ne deficiant: nam quod caret alterna reqe durabile nō est. Ludis igitur honestis animi & corporis exerceant: ludis quidē animi/ audiendo historias/ fabulas honestas &c. ludis quoq; corporis/ currendo: saltando: sagittando & alijs quę membra abilitant: & animū mala cōtagiōe non illaqueant. DIS. De societate qd affers? MAG. Societas praua ut pestis fugienda: bona vero amplectenda est. Nā ut testatur Propheta regius. Cū bono bonus eris: cum puersis puerteris. Et si una ouis morbida totum gregem inficit: multo magis praua societas teneros animos/molles & impressioni dispositos facillime ledit. Heu sine scriptura hoc cōfirmat crebra experientia. Socient igitur filij honestis: & sumo studio educantur in disciplina & correctiōe domini: ut ea quę fidei sunt & ad cultum Dei ptinent teneris inbibant annis: cū cito sunt creduli/nec rationē querentes Non aūt Deo tantū/sed & parentibus & senioribus reuerentiā noscāt exhibere. nā filius contumax & inobediens a Mose iussus est lapidari. & alibi. coram cano capite cōsurge: & honora personā senis. In cura itaq; & correctione filiorum Parentes sint solliciti ne cum Heli sacerdote iusto dei iudicio subita morte occumbant. Pedagogis quoq; ea ipsa & longe amplior cura/studiū & industria habenda est. Alia tn̄ circa ingenia/ingeniorumq; ad militiam spiritualē aut ciuilem assumendoꝝ ratio est. De quibus in alium tractatum plixior sermo seruandus est: nunc ad prudentiam politicam transeamus.

Psalm. 17.

Ad Ephe. quinto

Deutero. 21. Le. 19. 1. Regū. 4.

De Prudentia politica regnatiua. & ea quę est in subditis Capitulum. xix.

MAG. Aristoteles politicæ prudentię duas spēs esse voluit: Architectoriam in principe & politicā in subditis. DIS. Architectoria quæ est? MAG. Ea quæ dicit regnatiua siue legis positiua. Principi nanq; incumbit deo placere: populo p posse satisfacere: reipublicę prouidere: & rectas leges condere. Per primū populi timorem & reuerentiam acquiret. ut patet de Salomone libro Regum tertio. c. 8 & 9. Vnde & Claudianus. Cōponit orbis regis ad exemplū: nec sic inflectere sensus Humanos edicta valent q̄ vita regentis: Mobile mutat semp cū principe vulgus. Per secundū amorem & dilectionem populi sibi conciliabit. non em quispiā contra regem murmurabit: si ipm omes non nimis seuerū/prudentium cultorem: beneficientium retributorem & delinquentibus punitorem æquum videbunt. Per tertium & quartum rempublicam integram conseruabit: ne deficiente annona populi inedia deficiant aut a quopiā calūniā sustineāt. DIS Nunc de politica pauca addas. MAG. Prudentia qua subditi nouere principi obedire & ciuibus cōuiuere cōmune nomē recitauit: & politica dicta est: Sunt autem ut describit Tullius libro primo de officijs in republica personę triplices/ Iudices scz siue Magistratus: Ciues & peregrini. ut etiam clarius expressit

6. Ethi.

Prudentia politica architectoria

Pr cipis ē

claudian9

Politica

Tullius

Deut.16. &.17 scriptura in lege Moysi. Unde & magistratib⁹ ait. Iudices & magistrat⁹ cõstitues in omnib⁹ portis suis (antiqui em̃ solebant iudices causas in portis ciuitatis audire) ambigue autẽ causę & arduę ad unũ tantũ summũ scʒ sacerdotẽ referebant. Ibidẽ .23. 24 De ciuibus statuit ne se in p̃uis rebus molestarent dicens. Ingressus vineã proximi tui/cõmedas uuas quantũ tibi placuerit: foras aũt ne efferas tecũ. Exo.22. &.23 In mutuo nec usuras nec pignus reciperẽt p̃cepit: nec etiam importune exigerent. De peregrinis vero ait. Deu. 24 ad venã non contristabis neq̃ affliges eum. Deut. 26. Mandauitq̃ tertio anno decimã fieri p̱ peregrinis pupillis & viduis. DIS. Mira Conditoris sapientia/singulis p̱uidens necessaria. MAG. Mira utiq̃ attingens a fine usq̃ ad finem fortiter & omnia disponens suauiter. DIS. Reliquũ est ut prudentiam militarem percurramus.

De Prudentia militari: & his quę militem ornãt Capitulum vicesimum MAG.

Militaris prudentia est operis bellici/ordinata ad defensionem boni cõmunis ut pax habeatur: Ob hanc equidẽ causam tantum/ bellũ gerendũ est. (Augusti⁹ 23.q.1.noli) (prudentia militaris) De hac prudẽtia multi disertissime scripserũt attamẽ non tam lectiõe q̃ exercitio addiscitur. Verũtamẽ videat bonus miles: ut in primis deũ/a quo fortitudinis donũ accepit b̃ndicat: pura intentione pugnet/hostibus fidem seruet: victis quoq̃ misericordiam pręstet. sic em̃ Augustin⁹ Bonifaciũ instruit. (Augusti⁹) Et sanctus Io. Baptista militibus regulam statuens dicit: neminẽ cõcutiatis neq̃ calumniã faciatis: & contenti estote stipendijs vestris. Luce tertio. (Lucas) Bernhardus insuper scribens ad milites templi/non mediocriter corripit eos qui se & equos serico operiunt: hastas/clipeos/sellas frena & calcaria depingunt auro argentoq̃ ornant. (Bernhar.) Militaria inquit sunt hęc insignia/an muliebria poti⁹ ornamenta? Nunquid forte hostilis mucro reuerebitur aurũ: gẽmis parcet serica penetrare non poterit? & alibi. Utilior est in conflictu lorica ferrea q̃ stola linea. Hinc & Pericles Ph̃us ait. (pericles) Non pictura/non aurum non lapides/sed scutum diuulsum/fracta galea/gladi⁹ hebes/facies vulnerata cedunt militibus ad ornatum. DIS. Sed qui tãta sufferre possunt? MAG. Non effœminati & in delitijs assueti. sed hi tantum de quibus Vegetius loquitur: qui sub diuo & labore nutriuntur: solẽ patientes: umbram negligentes balneorum nescij deliciarũ ignari & parco cibo contenti. (Vegetius) DIS. Heu q̃ rarum phẽnice in terra nostra simillimũ est hoc militię genus. MAG. Eos itaq̃ relinquentes persequi/ad virtutum diuisionem redeamus. DIS. Hactenus de intellectualibus dissertum est: nunc ordo exigit ut morales adeamus.

De Virtutibus moralibus in generali: & quare inter has quattuor cardinales dicuntur Ca.xxi. MAG.

Morales virtutes sunt quæ appetitum inclinant ad actus licitos & honestos. Mos enim inclinatõem vel etiã consuetudinem ad ali-

quid agendū importat. DIS. Num etiā istę certo numero cōplectun tur? MAG. Etiā Fili Duodecī em̄ a Phō ęnūerant̄ scʒ Prudentia: Iusticia: Fortitudo Tpantia mãsuetudo Liberalitas Magnificētia Magnanitas Philotimia Veritas Amicitia siue affabilitas: & Eutropelia. Alię qcūq; sint/ad has reduci habent. ut patebit in pcessu. DIS. Cur inter intellectuales habitus Prudentiā ęnumeratā/etiā moralibus pponis?

virtutes morales

MAG. Prudentia sʒm essentiā Intellectualis habitus est: sʒm materiā vero moralis Preponit̄ autē cęteris: quasi mater: iuxta. c. psentiū. i. q. 5 ubi dicit̄ Discretio. i. prudentia mater est virtutū. Ad hanc etiā & tres in ordine sequentes (q̄ sunt Iusticia Fortitudo & Tpantia) omēs alię reduci habēt. Hinc istę quattuor principales & cardinales dicunt̄: qa sicut in cardine ianua vertit̄/claudit̄ & aperit̄: sic in his virtutibꝰ cor humanū vertit̄ sʒm rōem ut vitijs claudat̄ & bonis actibꝰ apiat̄. DIS. Moraliū igit̄ tractatū ꝗ totius aggrediamur: & cor nostrū his cardinalibꝰ imittamus. MAG. Omnis virtus moralis est vel circa actū interiorem dirigendū ut prudentia: vel circa actū exteriorē ad alterꝝ ut iusticia: vel circa passiones supra ęnumeratas: ut certe omnes: sic patet illud Ouidij. Tendit in ardua virtus. DIS. Nū & moraliū rōes singulatim p. sequi intendis? MAG. Etiā. DIS. Primū igit̄ de Prudētia disseras.

Cardiales virtutes

Ouidius de ponto

De Prudentię cōtrarijs: q̄ sunt Imprudētia/ Astutia/ Dolus: Fraus. Pręcipitatio & silia Ca. xxij. MAG.

Rudētię dsinitōem/diuisionē & ptiū declaratōem paulo añ hac digessimꝰ: nec supest nisi ut de vitijs oppositis pauca addamus. Nā ut Augustinꝰ ait mens regnū virtutū adipisci nō pōt nisi prius excusserit iugū vitiorꝝ. DIS. Probe. MAG. Prudentię in cōmuni opposita est imprudētia: qua hō diuertit se a regulis qbus rō prudētię rectificat̄. Prudētia insup carnis/ Astutia/dolus & fraus: nimia solicitudo incōstantia & negligentia pcipitatio & incōsideratio/prudentię aduersa sunt. Prudentia em̄ finē bonū præponit/ prudētia carnis malū. ut prudens latro/latrociniū. & crapulosus carnis curā tantū intendit. Prudentia ad finē bonū vias bonas inuenit: astutia malas & apparentes excogitat. Prudentia vias bonas inuentas fini pconcepto verbo & facto applicat: dolus vias malas excogitatas verbo quidē/Fraus aūt facto fini malo easdem vias adiūgit: sic quod astutia excogitat/dolꝰ & fraus exequūtur. Maxime aūt in acquisitōe tpaliū circa q̄ etiā fieri habet nimia sollicitudo. Prudētia cōstanter & diligenter cōsiliata & iudicata in pcipiēdo exequit̄: p incōstantiā vero & negligentiā hęc eadē obmittunt̄ Prudentia p Eubuliā recte & ordinate cōsiliat̄: ecōtrario p pcipitatiōeʒ ex impetu volūtatis & passionis ordinatū consiliū negligit̄. Prudentia p Synesim & Gnomin de cōsiliatis vero iudicat/ecōtrario p incōsideratiōem nō intelligēdo ea ex qbus rectitudo iudicij pendet/male iudicat̄. Quæ aūt alijs ptibꝰ prudētię cōtrariant̄. : uno noīe imprudētia noīant̄. Hæc sunt q̄ de vitijs prudētię oppositis scire opępciū est: nūc iusticiā pcurrā.

Imprudētia.

Prudētia carnis

Astutia

Dolus

Fraus

sollicitudo nimia

incōstātia

pcipitatio

Incōsideratio

De iusticię definitiõibus & cõtrarijs vitijs Ca. xxiij. DI.

Iusticia quid est? MAG. Iusticię acceptiões duę sunt Prima ut p legis impiũ ordinat actus oĩm virtutũ ad bonũ cõe: & iusticia legalis dici solet: p eã nãq; hõ concordat legi ordinãti act⁹ omniũ virtutũ in bonũ cõe, sicut charitas ordinat oĩa in bonũ diuinũ. De hac dicit̃ q̃ sit oĩs virt⁹. Secũda acceptio iusticię est, put' eq̃litatẽ cõstituit in his q̃ sunt ad alteꝝ. Hæc a iuriscõsulto sic definit̃. Iusticia est cõstãs & ppetua volũtas: Ius suũ unicuiq; tribuens. Iusticia voluntas est. i. volũtatis habitus siue qualitas: cõstans & ppetua: nã opans p virtutẽ opatur imobiliter q̃ntũ ad ppositũ Vnde ut q̃s iustus sit, oportet q̃ habeat ppositũ ppetuo seruandi iusticiã & in illo firmiter pmaneat: ideo addit cõstans. & sequit̃ tribuẽs unicuiq;. Deo sc; & homi. Ius suũ. i. rẽ iustã ipi debitã. Accipit̃ em̃ hic ius nõ p habitu qui est ars boni & ęqui: sed p re iusta. Et Phũs iusticia ẽ habit⁹ a quo hñtes opatiui sunt iustoꝝ: s̃m electõem iusti. Ambrosi⁹ q̃; vir sanct⁹ in libro Officioꝝ sic eã definit: Iusticia est q̃ unicuiq; q̃d suũ est tribuit: alienũ nõ vendicat: utilitatẽ ppriã negligit ut cõem ęquitatẽ custodiat. DIS. Ex his accipio materiã circa quã iusticię esse opatiões & res alteri ab altero debitas: de vitijs aũt oppositis quid ais? MAG. Iusticia pprie nõ habet extrema maliciosa, sed habitũ cõtrariũ qui dicit̃ iniusticia. Extrema assignantur q̃ntũ ad actũ ut iniustũ facere: & ĩiustũ pati. Hoc pprie malũ nõ est: nisi in agẽte: aliud aũt fieri põt nõ ex habitu iniusticię sc; si nõ fiat ex intentione, sed ex negligẽtia vel passiõe. Ex intentõe iniustũ q̃s facit si ius suum unicuiq; nõ tribuit: aut ĩiuste iudicat: vel quia rectitudinẽ iusticię ptermittit, ut in iudicio puerso & iniusto. vel quia non subiectos iudicat ut in iudicio usurpato. Vel q̃a in iudicãdo certitudinẽ rõnis nõ habet. ut ĩ iudicio suspicioso & temerario ex iudicijs leuib⁹, inuidia aut ppria malicia pcedentẽ: quæ latius deduci possent. DIS. Intelligo verumtamẽ nũc magis ptiũ iusticię (si q̃ sint) explanatiõem audire affecto.

Marginalia: Iusticia — Insti. de iust. & iur. pa. i — ff. eo. l. iusticia — Phũs — Ambro. — ff. de iust. & iure. l. Iusticia

De ptibus iusticię subiectiuis: q̃ sunt iusticia cõmutatiua & iusticia distributiua: in qua vitupatur personarũ acceptio Capi. xxiiij. MAG.

Iusticię ptes trifarię sunt: subiectiuę sc; integrales & potẽtionales. DIS. Subiectiuę q̃ sunt? MAG. Iusticia cõmutatiua & iusticia distributiua Cõmutatiua eq̃litatẽ in cõmutatiõib⁹ inter duas singulares psonas seruat in pportiõe arithmetica, utputa tm̃ sit p̃cium q̃ntũ valet res empta &c. Sunt aũt Cõmutatiões multiplices: q̃dã em̃ sũt voluntarię: quædã inuolũtarię. Volũtarię ubi amboꝝ interuenit consensus, ut emptio: venditio cõductio, locatio, cõmodatio, mutuidatio &c. In qb⁹ neglecta iusticia cõmittuntur fraudulẽtię multiplices & usurę: q̃ rectificari dñt p iusticiã, restitutiõis via. Inuolũtarię cõmutatiões sũt in qb⁹ alter nõ cõsentit s; lędit̃ vbo vel facto. Verbo q̃dẽ ĩ iudicio vł

Marginalia: Aristote. 5. Ethico. — iusticia cõmutatiua — cõmutatiões volũtarię — inuoluntarię

extra iudicium. In iudicio per iudicem/accusatorē & testem. Extra iudicium aūt per contumeliam: si quis ea quę sunt contra honorem alicui⁹ in noticiam ipsius & alioꝝ deducit per detractiōem: si ista fecerit occulte/ut deroget alterius phamę: per susurratiōem/si per hęc intendit occulte amicitiā separare: per maledictōem/si alteri malū intendens imprecatur per derisionē/si p̄ verba & cachinnos alium erubescere facit: per subsannationem/si idem facit naso rugato. In facto autem aliter ab alio ledit̄ in re vel persona. In re quidem: per furtū in occulto & per rapinam in publico. In persona vero propria vel coniuncta: utputa uxore aut liberis: per homicidium/mutilatōem/verberationem aut incarcerationem. Has omnes cōmutationes ęquare habet iusticia cōmutatiua saltem restitutionis via.

contumelia | detractio | susurratō | maledictō | derisio | subsannatio

Iusticia distributiua

DIS. Iusticia Distributiua quæ est? MAG. p quā bona cōmunia iuste distribuunt̄ non tamen ęqualitatem quantitati s q̄ est arithmetica/sed proportionem quę est geometrica custodit. Non em bona cōmunia ęq̄lia sunt: nec ciues ęquales. oportet ergo distribuentē merita & cōditiones uniuscuiusq; accipientis attendere: & respectu illorum bona illis diuidere: aliter strenue bellantibus/aliter formidolosis: aliter magistratibus/aliter plebeis. Verūtamē permaxime cauenda est in talibus personarum acceptio: quæ fit cum aliquid alteri datur ꝑpter aliquid quod non est causa nec facit ad causam/propter quā accipiens tali dono dignus sit: ut in collatiōe Beneficioꝝ: si cōsanguineo minus idoneo conferantur. In exhibitione reuerentię: si diuites ꝑpter diuitias solū honorentur. In executione iudiciorum: si pauper supprimat̄/& potentior eidem contra ęquitatem pręponatur.

pſonaꝝ acceptio

De partibus integralibus iusticię: quę sunt facere bonum: & declinare a malo. Et insuper de partibus potentialibus eiusdem Capi. xxv.

DIS. Remissoꝝ ordo nūc expostulat ut ꝑtes integrales iusticię videamus. MAG. Partes integrales iusticię sunt facere bonum & declinare a malo: & alio noīe dicit̄ Innocētia. Iusticia nempe ęqualitatē cōstituit in his q̄ sunt ad alterū. & hoc faciendo/bonū sc; alteri debitum Et cōstitutā ęqualitatē seruat: declināndo a malo alteri nociuo. Primū vitiat̄ p omissionē boni debiti. Secundū p transgressionē mandati prohibentis malū alteri inferre. DIS. Manifesta sunt hęc: transeamus ad alia. MAG. Quę restant virtutes sunt annexę iusticię: q̄ ipsius dicuntur partes potentiales. ut sunt religio/pietas/obseruātia/obediētia/vindicatio pœnitētia/gratitudo veritas fidelitas/liberalitas/amicitia siue affabilitas epikeia: & si q̄ alię sunt q̄ ad dictas reduci pn̄t. DIS. Num & de his pauca saltē in mediū ferre dignaberis. MAG. Iā dicta explanare altioris disciplinę est: Theologię sc;: at vero quia pauca petis: tibi morēgerā: & haꝝ descriptiones cū enumeratōe ꝑtiū pandā: ꝑmisso ordine retento. DIS. Primū itaq; de Religione tractandum venit.

ꝑtes integrales iusticię

ꝑtes potētiales iusticię

PHILOSOPHIAE MORALIS

De Religione & vitijs oppositis: q̄ sunt Supstitio tētare Deum: piurium: Sacrilegiū & Simonia. Capitulum.xxvi. MAG.

Tullius — Religio

Religionē ptinere ad iusticiā definitio īdicat. nā eā definiēdo ait Tulli⁹. Religio ṽtus est q̄ supiori cuidā naturę quā diuinā vocāt curā cerimoniāq; vel cultū affert. Per curā actū interiorē religiōis īnuit: q ē deuotio & oratō. Per cerimoniā insinuat actū ipi⁹ exteriorē: q ē adoratio. Religio em̄ cultus dei est qui grecę latria/eusebia vl̄ theusebia dicit. ut ait Aug⁹ li.x. de ciui. dei. & ↄsistit in cognitōe/dilectione & debita subiectōe dei: hoc ē qđ in Enchyridion dicit/Fide Spe & Charitate colim⁹ & hoc (ut testat̄ Guilhelm⁹) fit corde p deuotiōem & orōem mentalē. ore/p orōe; vocalē. corpe p adoratiōe;. i. genuflexionē pstratōem vel inclinatōem. ope/p oblatōe;/primitias. decimas/sacrificia & sacramēta &c. DI. Opposita religiōis q̄ sunt? MA. Supstitō & irreligiositas: hęc qdē p excessū: illa ṽo p defectū. Supstitio nēpe cultū dei vel creaturę exhibet vel deo: mō tñ indebito & phibito: utputa p cerimonias legis mosaicę. de spēbus supstitōis circa finē libri septimi nōnulla deducta sunt. DI. Memi. Sed irreligiositatē qd dicis? MA. Quidqd ad ↄtēptū vel irreuerentiā dei & re℞ sacra℞ fieri pōt. Dei qdē p tētatōem & piuriū: nā q deū p verba aut facta tentat/ de ipi⁹ scīa volūtate & ptāte dubitat: itaq; deficit: qa deū vera fide nō colit. Silr̄ q in piurio deū testē falsitatis aduocat/de ipi⁹ sapīa & iusticia hęsitat. Re℞ aūt sacra℞ irreuerētia fit p sacrilegiū: & Simoniā. Sacrilegiū qdē est: si violētia in psonā sacrā/locū sacℛ/vasa sacra aut res ad sustētatōem sacra℞ persona℞ ordinatas cōmittit. Simonia autē est studiosa voluntas emendi & vendēdi aliqd spūale/aut spūali ānexum. & fit a manu: ut dādo pecuniā p obtinendo bñficio. ab obseqo: ut dādo bñficiū spūale p seruitio corpali. a lingua: ut cōferēdo ecclesiā indigno ad p̄ces alicuius.

Augusti⁹ — Guilhel. — Supstitio — Irreligiositas. — Sacrilegiū — Simonia — Simonia a manu ab obsequio a lingua

De Pietate: obseruātia: q̄ & dulia: de obediētia & gratitudine virtutibus religioni cōiunctis: in eo q̄ cultum debitum Parentibus / supioribus & benefactoribus exhiberi volūt. Capitulū.xxvij. DIS.

Tullius — Pietas

Pietas autē qd est? MA. Est (ut inqt Tulli⁹) p quā sāguīe iunctis/patriæq; beniuolis officiu; & diligēs tribuit cultus. & hoc qdē pp̄ter eē & gubernari: qđ a parētib⁹ & a patria pticipam⁹. Quia ṽo de⁹ sumus parēs ē & gubernator/nōnunq; pietas p Dei cultu accipi solet. ut patet p Augustinū li.x. de ci. dei. Et qa consanguinei ab eodē pente pcessere. teste Phō li. viij ethico℞. ideo noīe ↄsanguineorum pentes/& noīe pentū: etiā cōsanguinei intelligunt̄. noīe q; patrię cōciues cōtinent̄. DIS. Parētes esse colēdos q̄rtum p̄ceptū decalogi indicat: ubi iō fortasse lōgęuitas vitæ pmittit̄: qa illis cultus exhibet̄

Augusti⁹ — Aristoteł.

a qbus nobis vita cōlcat. MAG. Probe Cōsistit autē parētum cult⁹ in reuerentia/obediētia & necessitatis cura. DIS. Extrema pietatis q̄ sunt? MAG. q̄ a medio recedunt: p excessum qdē/si parētes deo in dilectiōe pponimus. p defectum vero/si intuitu dei pentes etiā in necessitate cōstitutos relinqmus: intrādo sc3 religionē: nā hoc nō expedit s3m sanctū Thomā. Si autē parētes in necessitate nō sunt/licitū est & pietas. teste diuo hieronymo in epl'a ad Eliodorū. Per calcatū inquit pge patre3 p calcatā: pge matrē ad vexilla crucis euola summū pietatis gen⁹ est in hac re fuisse crudelē. Ampli⁹ aūt cū psonę in dignitate constitutę gubernatiōis & disciplinę nostrę curā gerāt/Patres non inepte dicunt. Ideoq3 & ipis cultus qdā exhibēdus ē: quē v̄tutes obseruātia & obediētia cōtinēt. Est n. s3m Guilhelmū Parisieñ. Obediētia obtpantia s3m regulā sacrę scripturę maiorib⁹ qbuscūq3 debita. Obseruātia aūt ut Tulli⁹ ait: ē p quā hoīes aliq dignitate pcellētes cultu & honore designant. Hic cultus Dulia dici pōt. dulis em̄ dicit seruit⁹ p quā exhibet honor supiorībus. Honor aūt ut ait Aristo. 2. Ethi. est exhibitio reuerētię in signū virtutis. virtutis qdē in honorato: vel ī eo cui⁹ vices gerit exn̄tis. Hinc & p̄lati viciosi honorari pn̄t: imo ad hoc princeps Ap̄lorū Petr⁹ admonet dicēs: Subditi estote. & sequit. nō tm̄ bonis & modestis sed etiā discolis. Ex pcedētib⁹ facile ē & illis v̄tutib⁹ ɔtraria assignare. DI. Facillimū.

Thomas
2a. 2e. q. c.
1. ar. 4.
Hieroni⁹
obediētia
obs̄uātia
Guilhel.
Tullius
Dulia
Honor
Phūs
1. Petri. 2.

MA. Sicut aūt pentib⁹ p pietatē/supiorib⁹ p obseruātiā & obediētiā quē debē⁹ honorē reddi⁹: sic bn̄factorib⁹ p gratitudinē vices repēdimus. Est. n gratitudo s3m Tulliū q̄ amicitiarū & officiorū alterius memoria & remūerādi volūtas ɔtinet. Notāter aūt de meōria mētōe3 facit nā ut ait Seneca li. 3. de bn̄ficijs. Ingratus est q bn̄ficiū se accepisse negat q̄d accepit Ingratus ē q dissimlat. Ingratus ē q nō reddit. Ingratissimus oīm q ē oblitus. Volūtas aūt in definitōe data ponit. nā idē ait. Gratitudo ē minus grata si sit coacta. Est aūt in reddēdo bn̄ficiū sumope cauendū/ne citius reddat: aut plus debito differat. nā ī his extremū ē gratitudinis p excessū: Sicut in nō reddēdo alterū extremū ē (ingratitudo sc3) p defectū. Plura d' gratitudīe & eius ɔtrarijs induci pn̄t: q̄ epitomatis breuitas excludit. Verūn̄ id adijciēdū utilissimū est: ut deo in oībus & sp grati sim⁹: ab eo em̄ qdquid hēmus accepim⁹. teste Ap̄lo. i. ad Corin. 4 Quid habes q̄d nō accepisti? q̄si diceret: nihil. In oībus igit grās agite alio loco docuit. DI. Nūc vindicatiōem exponas.

Gratitudo
Tullius
Seneca
Ap̄lus

De vindicta Crudelitate & negligētia vitijs oppositis De pœnitentia & epikeia. Ca. xxviij MAG.

Vindicta
Tullius

Vindicatio (auctore Tullio) ē p quā vis seu iniuria/& oē q̄d obscurū ē. i. iniuriosū defendēdo & ulciscēdo ppulsat. Necessaria est hęc virtus in ptāte ɔstitutis: verūn̄ operepciū est ut interio vindicantis ferat principalit ad bonū p vindictā pcurādū: vic3 vel ad emēdatō3 peccātis: vel salutē ad cohibitōe3 eius & quietē aliorū: iusticię ɔseruatiōe3 & ad dei honorē. nā ut ait Ap̄lus. Minister dei ē quicūq3 vindex ē in irā ei q ma. Roma. 13.

Ap̄lus

lū facit & hoc accepta a deo ptāte: & iā dicta intētōe. Q m̄ qui alia ītētiōne vindicat / nō vindictā q̄ virtus ē / sed alterꝝ eius extremū / q̄d ſeuitia ſiue crudelitas dicit̄ exercet. Sic qui neglīgēs ē corrigēdo ſubditos: alterꝝ crudelitatis ei⁹ extremū amplectit̄ / q̄d negligētia dici pōt. Q ui aūt ꝓpria auctorita negligēte vindicare p̄ſumit / ſibi uſurpat q̄d dei ē. Ait. n. dn̄s. Mihi vindictā / ſiue mea ē ultio / & ego retribuā eis in tpe. Huic ꝟtuti altera cohęret: quā ꝓniam dicimus: nō eā q̄ ſacramētū ē: ſed q̄ ꝟtus moralis ē. Sicut em̄ vindicatio mala in alijs punit: ſic pnīa in ſe ipſo malefacta corrigit. Eſt enī ut ait Auguſtin⁹ q̄dā iraſcētis vindicta puniēs in ſe q̄d dolet cōmiſiſſe. Euenire ſolet aūt ſępius ut in ulciſcēdis & vindicādis iīurijs / de quibus prudēs ꝯſiliari habet / leges expſſe nō ſint: propter caſus ſpāles de nouo emergētes. Neceſſaria eſt igit̄ ꝟtus prudentē circa hmōi dirigens. DI. Et hāc gnomin / cū de prudentia agereē noīaſti. MAG. Tenacis es memoriæ ſi etiā meminiſti ꝟtutē q̄ndā iudiciū gnomī exeq̄ntē ibidē expſſā.

DIS. Memī. nā epikeia eſt nomen ei⁹. MAG. probe. DIS. hic ne latius de hac diſſerere ꝯtendis? MAG. Non eſt neceſſariū: niſi fortaſſe eius deſcriptio p̄termiſſa ſit. Eſt. n. Epikeia habitus directiu⁹ legis / ubi lex deficit ꝓpter aliquē caſū ꝑticularē. Nōnunq̄ etiā ꝟba legis p̄termittit, ſi incōueniens ſeq̄ret̄: & attendit ad intentōem legiſlatoris: q̄ ſp eſt ad utilitatē reip. Iōq̄ argui nō pōt p regulā iuris q̄ dicit. Certū eſt q̄ is cōmittit in legē qui ꝟba legis āplectens ꝯtra legis ꝑitit volūtatē. DI. Sed dic q̄ſo unde hoc nomen habet? MAG. Ab epi q̄d eſt ſupra & δικαιοσυνη iuſticia. DIS. Ad alia ſtilum verte.

Deut. 32. | Auguſti⁹ | Pœnitētia | Epikeia | l. nō dubi C. de leg. de regulis iur. li. 6.

De Veritate: Mendacio / Iactantia / Ironia / Similatiōe & Hypocriſi vitijs veritati oppoſitis. Ca. xxix.

la memorauimus. Forma hoc est pulchritudo: quæ iuxta Sapientem fallax & vana est. puerbiorũ.31 Puer. nam ut scribit Helimandus monachus. Idẽ facit ætas in puero q̃d sexus in muliere. Cætera breuitati studens ꝑtereo. Hoꝝ autẽ intelligentiã facile ex dictis capies. DIS. Facillime. MAG. Hęc pestis ꝑ fenestras id est sensus corporis nostri ascendens: ut serpens lubricus ꝑ nouem clausuras penetrat donec aĩam/spõsam christi ꝑfecte opprimat. Primo em̃ fit sensualis delectatio non consentiẽte ratiõe. Secundo delectatio morosa. Tertio consensus in actum. Quarto sequit̃ appetitus libidinosus. Quinto colloquiũ de cõuentõe. Sextus contactus ꝑ oscula & amplexus. Septimo opus ĩmundũ perficitur. Octauo asuefactio. Nono obstinatio generatur. Nam hoc vitiũ ultra hoc ꝙ substantiã temporalium consumit: maxime infamat: vitã abbreuiat: gratiã tollit: etiã intelligentiã aufert: & q̃si bestiã inpęnitẽtẽ gẽnis cruciatibus infert. Ob hanc deus uniuersum mundũ/ Noe dempto uxore filijs & uxoribus eoꝝ per aquã diluuij peremit. Geñ. 7. Corruperat enim omnis caro viam suam. ob hanc igne & sulfure subuertit de⁹ Sodomũ & Gomorrã & omnẽ circa regionẽ. Geñ. 19. Hoc vitium fere totius orbis potẽtes in excidiũ Troię ꝓuocauit. Sapientissimũ Salomonem infatuauit. Dauid regẽ ad crudele adulteriũ & crudelius homicidiũ induxit. Sansonẽ fortissimũ oculis & vita priuauit. & heu heu ĩferni baratrũ accumulatissime replet & repleuit. Hęc om̃ia testimonijs roborare breuitas prohibet: quia oratio ad alia festinat. Equidẽ turpissima & mortifera hęc pestis/ sicut diuersis gradibus ad mortificandã animã serpit: quoꝝ sẽmp ulterior in culpa est grauior: sic pariformiter ĩ multas species se diffundit: quę sunt. Simplex fornicatio soluti cũ soluta corrupta. Adulteriũ id est accessus ad alienũ torũ/cõiugati cũ cõiugata/vl' cõiugati cũ soluta/ aut soluti cũ cõiugatis. Stuprũ cum virgine. Incestus cum cõsanguinea vel affini. Raptus cũ puella violenter de domo patris rapta. Sacrilegiũ cum ꝑsona sacra. vitiũ cõtra naturã: cui⁹ spẽs sunt Mollicies/cũ quis ꝑ se ipm̃ voluntarie polluit. Sodomia masculi cũ masculo: foeminę cum foemina. Bestialitas homĩs cum bruto/& modus ĩnaturalis: qui multipliciter variat̃. Hęc oĩa peccata sunt ĩmortalia: Posteriora tamẽ prioribus grauiora multiplici lege inhibita. DIS. Declara q̃so. MAG. Longũ esset de singulis tractare: sufficiat igit̃ de Adulterio hoc deducere/q̃d inter grauia est cõmunius. Hoc vitiũ lex naturę execratur: ꝑ illud. Quod tibi nõ vis fieri/alteri ne feceris. Vnde & Pagani Adulteros puniunt. Lex Moysi tales lapidare ꝑcipit. Lex euangelij huiusmodi dãnat. Lex canonica pñiam septẽnẽ infligit. Lex impialis capite priuat. C. de adul. l. cꝫ quis. Vltra has spẽs iã enũeratas/hoc detestabile vitiũ etiã octo filias nephandas generat quę sunt Cecitas mentis. ꝑcipitatio. Inconsideratio. Inconstantia. Amor sui. Amor sęculi. & desperatio vitę futurę. de quibus latius videre est in traditione Theologię.

puerbio.

Geñ. 7.

Geñ. 19.

Species Luxurię

Leui. 20.

22. q. 1 c. ꝑdicãdum

Filię luxurię

De partibus potentialibus Tempantię. De Cõtinẽtia. Malicia Bestialitate & virtute heroica. Ca. xliiij.

DI. Remissorum ordo expostulat/ut nũc ptes potẽtiales tempantię explicemus. MAG. Hę ptes sunt Cõtinẽtia Mãsuetudo. Clemẽtia & Modestia: sub qua alię continent. DIS Continẽtia quid est? MAG. Est animus inuict9 a delectatiõe. Caro em̃ ut ait Apls cõcupiscit aduersus spm̃. Hanc cõcupiscentiã anim9 p cõtinentiã refrenat nõ mõ circa gustũ & tactũ/verũ etiã circa quascũq; delectatões/ a quib9 inuictus pmanet si bene consiliat & ab eo nõ recedit: q si cõtrariũ fiat: incõtinẽtia fit & animus passiõibus cedit. Primo quidẽ p puolatõem/si añ cõsiliatiõem ex impetu passionis vincit: ut Colerici & melãcholici. Secundo si cõsiliatio fit/sed in ea nõ pseuerat: imo magis passionem sequitur. ut frequẽter Flegmatici & Sanguinei. q si puersitas ãni ita dominet ut malũ bonum dicat & in eo finẽ cõstituat: dicit malicia quib9 cõminat dñs p pphetã dicens. Ve vobis q dicitis malum bonũ & bonum malũ. Si vero limites hũanę naturę concupiscẽtia egredit & animus vĩcit erit bestialitas. ut in cõcubitu cũ brutis. In hoc em̃ sola sensualitas qua bestijs cõicamus dñatur: ideo bestiales dicuntur qui tale & similia operant. Qui autẽ a sensualitate se abstrahunt. & in intellectiua qua dijs cõpamur ultra cõmunẽ modũ pficiunt: Heroes id est diuini vel deificati a Phĩs nominant/& virtus eorũ heroica dicitur. Tenẽtes autem medium inter bestiales & heroes virtuosi sunt & continẽtes proprie noiantur. DIS. Mansuetudinem simili breuitate explanes.

[Margin: ad Gal. 5. — Cõtinẽtia — Psalmus — Malicia — Bestialitas — 7. Ethico. — Heroes]

De Mãsuetudine: Clęmẽtia: Pace. Iracũdia. Crudelitate Ferocitate Sęueritate & Inuidia. Ca. xliiij.

MAG. Ansuetudo. & Clęmẽtia simul explananẽ: animũ em̃ circa irę passionẽ cohibẽt/ne limites debitas trãsiliat. Ira em̃ (sm Tulliũ) ẽ libido puniẽdi eũ q fecisse videt iiuriã. Vbi duo inuuntur sc; appetitus vindictę/& pęna infligenda. Primũ mansuetudo quę & mititas dicit refrenat & passionẽ irę diminuit: Scd'm Clęmentia moderat. & pęnã infligendã mitigat. sic intelligendę sunt harum definitões quibus definiunt. Mansuetudo est moderatiua irarũ. Clęmentia vero est p quã animus cõcitatus in odium alicui9 benignitate retinetur: sc; ne omnem pęnam debitã infligat. Ponit autẽ hic odiũ p ira: quia odiũ est ira inueterata. Ad virtutẽ mãsuetudinis suo exemplo specialiter christus nos admonet dicens. Discite a me: quia mitis sum & humilis corde. Et p Apostolũ. Tu hõ dei sectare pacificã mansuetudinẽ. insup & p Sapientẽ. Fili mi in mansuetudine serua aĩam tuã. Quia vero tunc labori forti9 insistitur cũ fructus copiosus sperat: idẽ dñs mansuetudinis pmia pmittit maxima cũ ait. Beati mites: qm̃ ipi possidebũt terrã. sc; viuentium. Hic Psalmista. Mãsueti hęreditabũt terrã: & delectabũt i mltitudie pacis Habeto igit (iuxta sñiam Senecę) cũ hominibus pacẽ: cum vicijs bellum.

[Margin: Tullius — Ira — 4. Ethico. — Clęmẽtia — Mãsuetudo — Odium — Tulli9 in 2 rhetori. — Mat. 11. — 1. ad thi. 6. — Mat. 5. — Psal. 36 — Seneca]

Remissius em̄ imp̄anti (ut idē ait) melius paret. Melius est etiā dn̄o red dere rōem de nimia miscd'ia q̄ de nr̄a sæueritate. inquit Crisostōus. Et sine clementia & misericordia lex Christi nō implet. testat Hierōymus.

Crisosto. — 26.q.7. allegant di.86. qui clementiā

DIS. Extrema Mansuetudinis q̄ sunt? MAG. Irascibilitas & Ira si ue Iracundia. Deficere em̄ ab ira p̄ irascibilitatē & nunq̄ irasci/laudabile non est. vnde Propheta ait. Irascimini & nolite peccare. Irascitur em̄ iu stus (iquit Augustin⁹. 6.q.1.para.fi.) peccatis palearū.i.malorū.sed non odit. Rursus nimiū irasci intolerabilius est.& tripliciter fit. Primo ex le ui causa & velociter & extreme: & illi mox mitescunt: q̄d vidēus in cho lericis propter caliditatē. Est em̄ Ira ebulitio sanguinis circa cor. inquit Aristoteles primo de Anima. Et Ganfredus in poetria. Ira genus flam mę materq̄ furoris/ab ipso Felle trahens ortū: cor & interiora venenat Hos Philosophus Acrocolos vel acutos nominat: ab acros q̄d est extre mū: & colos ira. Aliȷ iram diutius retinēt: propter materię grossiciē. ut melancholici. quos Amaros vocat. Nō tamē est ira super iram mulieris ait Sapiens. & hoc p̄pter debilitatē rōnis. Tertiȷ qui Graues appellant: iram cōceptam obstinato aīo tenēt: nec desistunt donec vindictā inferāt. & illi Seueri sunt si s̄m leges puniūt. Feroces/si sine causa puniūt: aut si in hoīm cruciatu delectant Crudeles si grauiores q̄ lex dictat pœnas in ferunt. Hi iā tertiȷ ordinis iracundi potius bestię q̄ homīes dicēdi sunt. quia obstinato animo sunt nec mitescūt. hō autē mitis fieri potest dicē te Horatio. Nemo.i.nullus homo adeo ferus est qui nō mitescere possit & Ouidius. Candida pax hoīes/trux decet ira feras. Iuste autē cōparatū est: ut tales nō alios tm̄ sed seipsos grauius puniāt: cū ira in ipsis inuete rata in inuidiā vertit. dū em̄ vindictā ad libitū suū sumere nō possunt: de proximo suo semper eū odio habebūt: & de bonis eius tristantur. q̄d est natura inuidiæ. quā & Ouidius li.2. Metha non īdocte describit (Se det inquit pallor in ore) nā filię eius ut ponit Gregorius li.31. moraliū. sunt Odiū. Detractio: Susurratio: exultatio in aduersis & afflictō in p̄ speris. un̄ etiā (macies in facie) quia putredo ossiū inuidia. ait Sapiēs in Prouerbiȷs. Et Horatius. Inuidus alterius rebus marcessit opimis: Et vi det illius prospera cū lachrymis. Ideo nunq̄ ridet. Quia semp̄ vicinū pecus grandius uber habet: & in agro alterius fertilior seges est. Insuper & rubigine infectos habet dentes: quia bona & vitā aliorū rodit. (pecto ra felle virent) a quo sine intermissione cruciantur. un̄ Hieronymus. O i uidia/primū tui mordax. Est & lingua suffusa veneno. quia semp̄ contra deū vel superiores murmurat qui proximo talia bona de q̄bus dolet tri buunt. Cōmedit etiā carnes vipereas. quia solo alterius malo pascitur. vnde Ouidius. Ledere viuos liuor & iniusto carpere dente solet. Inquie ta est & continuo tabescit. nā ut ait Ciprianus. Mala cætera finē habent: inuidia terminū non habet. Vtinā igitur inquit Socrates inuidi in om nibus ciuitatibus oculos & aures haberēt: ut de oīm fœlicitate torque rentur: Hęc pestis de sanitate aliorū infirmat: de vita moritur. un̄ & do mus eius secundū Ouidiū in imo est in nigris vallibus. quia īuidus q̄n

Marginalia: Psal.4. — Augusti⁹ — irascimur tripliciter — Ira — 1. de anīa — Ganfred⁹ — Eccle. 25. — Seueri — Feroces — crudeles — Horatius in ep̄lis — Ouidius de arte — Ouidius — Inuidia — Gregori⁹ — Horatius — puer.14 — Hierony. — Ouidius li. de pōt — Ciprian⁹ — Socrates

tū potest se occultare nitit̄ Hęc domus sole caret. ꝗa inuidus excęcat⁹ malicia/nō intelligit nec videt ꝙ bonū de q̄nto cōmunius de tanto melius Ventū non habet. .quia in vijs suis non ꝓsperat̄. Est & sp frigida. igne charitatis oīno expers. quæ papyrus caperet: aut ꝗs calāus exararet huius vitij īmanitates. per filias em̄ suas in oēs generatiōes ab origine sæculi se diffundit/donec ad initiū suū redeat: luciperum sc₃. cuius inuidia mors intrauit in mundū. Filijs autē inuidię iā ꝓxime cōmemoratis cognatæ sunt filię iræ: quas btūs Gregorius ponit loco quo sup̄. Rixa scilicet unde bella & homicidia ꝓcedūt. Tumor mentis. Indignatio: a qua & murmuratio. Contumelia. Clamor qui inducit scandalū. Blasphemia siue maledictio: quarum deformitates prudens theologus discernit: nos quod cœpimus ꝓsequamur. DIS. Placet. nūc autē modestiā prosēqre

Sapientię

Gregori⁹

De Modestia & eius speciebus. quarū prima Humilitas cuius gradus hic cōmemorantur. Et similiter vicium eidem oppositum quod est Superbia, cum gradibus & filiabus describitur. Ca. xlv. MAG.

Tullius — Modestia

Modestia (ut ait Tullius) est p quā pudor honestus clarā & stabilē cōparat auctoritatē. i. grauitatē. Hęc virtus nōnulla interiora & q̄dam exteriora hominis moderat̄: quibus resistere non est omnino difficile. & plures sub se cōtinet ptes. q̄ sunt humilitas: studiositas: eutropelia: ornatus: taciturnitas: verecundia: sufficiētia. moderatio. DIS. de his pauca q̄ habes in mediū ferre haud graueris. MAG.

Bernard⁹ — Hūilitas

Faciā ac iubēs: & primū de hūilitate quę ut definit. s. Bernardus est cōtēptus ꝓprię excellentię. Hęc appetitū refrenat ne inordinate tendat in magna: estimādo se supra id quod est. hęc virtus apprime necessaria est: nam sine ea nemī potest esse salus. de pe. di. 1. pa. Taciturnitatis. Perfectio aūt ipsius duodecim gradibus cōplet̄: q̄s vir dei sanctus & humilis Benedict⁹ in regula sua cōmemorat. Prius est corde & corpe humilitatē ostēdere ꝓfixis in terrā aspectib⁹. Secūd⁹ pauca & rōnabilia loq nō clamosa voce. Terti⁹ raro & difficile ridere. Quart⁹ usq; ad īterrogatione tacere. Quint⁹ in cōmūi viuere. Sext⁹ se oībus viliorē & credere & ꝓnūciare. Septim⁹ ad oīa se indignū & inutilē existimare. Octau⁹ pctā ꝓpria pure cōfiteri. Nonus ꝓ obediētia in duris & in aspis pacientiā amplecti. Decim⁹ oī obediētia se subdere supiori. Vndecim⁹ nō delectari voluntatē ꝓpriā implere. Duodecim⁹ deū timere: & oīm q̄ pcepit memoriā habere. His gradib⁹ ascendit̄ in montē dn̄i: p vitiū ꝟo oppositū q̄d est supbia/tot gradib⁹ descēsus fit in baratrū & carcerē teterrimū diaboli.

Bn̄dictus — grad⁹ humilitatis

Isaię. 2.

Augusti⁹ — Superbia

DIS. Supbia quid ē? MAG Est (ut inqt Aug⁹ li. de ciui. dei 14.) ꝑuersę celsitudinis appetit⁹. & in li. de Innocētia. Supbia inqt est in ordinat⁹ amor ꝓprię excellētię. & hoc q̄dē q̄druplicíter s̄m beatū Gregoriū li 14. moraliū. Aut em̄ supbi bona a semetipsis habere existimāt Aut si datum desup credunt tñ suis meritis deputāt. Aut certe cū iactāt

Gregori⁹

se habere q̃d non habent. aut despectis cęteris/ singulariter videri appe-tunt. De q̃bus omnibus Dauid se unico v̾siculo excusat dicẽs. Dñe nõ est exaltatũ cor meũ: neq; ęlati sunt oculi mei: neq; ambulaui in magnis neq; in mirabilibus sup̃ me. reddendo singula singulis. DIS. Gradus autẽ Superbię qui sunt? MAG. Quos beatus Bernardus & post eu; s. Thomas ęnumerat. Primus est curiositas qua quis minime cõtentus terminis sibi cõuenientis cognitiõis/q̃rit scire/videre/audire & simili/ter cęteris sensibus experiri q̃d non decet. non em̃ faciat oculus visu: nec auris auditu. inquit Salomon. Secundus est leuitas mentis ad iudican-dum alios & ad docendũ noua: quia se estimat cęteris prudentiorem. Tertius est inepta lęticia si prosperatur in malis. lętantur enim (ait Sapiens) cũ male fecerit: & exultãt in rebus pessimis. Quartus est iactantia vel loquacitas: non attendens quia laus ĩ proprio ore sordescit. Et illud Catonis. Nec te collaudes nec te culpaueris ipse. Quare? subiũgit. Hoc faciunt stulti quos gloria vexat inanis. Quintus Singularitas: facere scilicet aliquid ultra commũia ut reputetur melior. Sextus Arrogantia qua quis aliis pręesse/nulli subesse quærit: & adulationibus acquiescit Septimus pręsumptio: qua se ad ea quę vires suas excedũt/ingerit/suffi/cientem se reputando. Hic contra Catonis admonitionem ad consilium accedit non vocatus: non reputans bene actum quod ipse non dictaue-rit. Octauus Defensio peccati: & ut ait Seneca. in libro declamationum. Hoc & ęquale omnium est/ut vicia sua malint excusare/quam effugere Nonus Simulata confessio: ut videatur humilis & pœnitens: quia lo-cus defensioni non est. Decius Rebellio: nolle scilicet obedire superiori-bus. Impius enim cum in profundum venerit peccatorum/contemnit. Vndecimus Libertas peccandi/ut neminem timeat: quia socios per pręcedente; gradus cõtemnit: per decimum etiã superiores despexit. libere ergo delectatur facere quod placet. Duodecimus est Consuetudo peccan-di: ut omniũ mandatorum dei ĩmemor dicat insipiens in corde suo. non est deus. In his gradibus multę ex filiabus Superbię sunt expressę. Sunt enim/filię superbię Ambitio/Pręsumptio/Arrogantia: Pertinacia Curi-ositas: Ingratitudo: Iudicium temerariũ: Irrisio: Temptare deum: Adulatio & inanis gloria/ quę si laudem in aperto appetit alias de se filias gignit. q̃ sunt immodestia: ornatus: inobedientia: iactantia: pertinacia: hypocrisis: discordia & contentio. de quibus sermo copiosior theolo-gię reseruabitur. DIS. De Studiositate autem quæ est secunda Mo-destiæ pars/ quid dicis?

[Margin: Superbiæ gradus — Bernard9. s. Thõas. 2a 2ę. quęstiõe. 162. — Eccl's. 1. — Prouer. 26 — Catho. — Seneca — Prouer. 18 — Psalmista — Filię superbię]

De Studiositate & vitio opposito Curiositate. Capitulũ. xlvi. MAG.

Este Aristotele in principio Metha. Omnes hoĩes natura scire d'siderant. nec intellectus intelligẽdo etiã maxima intelligibilia fatigatur: & propter infirmitatẽ suæ capacitatis a nullius creaturę cogniti

[Margin: Aristote. 3 de aniã]

one q̄ ętatur: verū tn̄ cum imersus sit materię/ad ea q̄ manifest. ssima sunt naturę se habet ut oculus nycticoracis ad lumē solis: qbus si imoderati us inhęserit/in inextricabiles errores incidit. ut videre est in opinioni bus Phōrum gentiliū & eorum q̄s hereticos dicimus. quos Sapiens admonet Altiora te ne quęsieris: & fortiora te ne scruteris: & in pluribus opibus eius nō sis curiosus. mltos em̄ supplātauit suspitio illorum: & in vanitate detinuit sensus eorum & q scrutator est maiestatis opprimet a gloria eius Et Aplus. nolite alta sapere: sed sapite ad sobrietatē. Appetere igit & velle scire aut q̄ sunt inhibita/aut q̄ sunt admissa: nō tamē ordinādo illa in finē ultimū/sed simpliciter ut eorum habeat noticia: vanū est. ut patet Sapientię. 8. Vani sunt oēs hoies in qbus nō subest scia dei: id ē q nō ordinant sciam suā in cognitiōem dei: Ab hac vanitate studiositas appetitū coercet: & intra limites cōstitutos retinet: ultra quos vitiū curiositatis abducit. Curiosus em̄ (ut inquit Augustinus libro de utilitate) est qui ea requirit quę nihil ad se pertinent.

Scotus 3. metha. — Eccl. tertō — Aplns. — Sapieū. 8. — Augusti⁹ — Curiosus

De Eutropelia: Bomolochia & Rusticitate. & quō q̄nq̄ ludo sit insistendū. Ca. xlvij. MAG.

NOn autē tantū labores exteriores hoiem frangunt/sed & interiores ex cōnexione viriū aię ad corpus: hoiem debilitant & eneruant: quod aīaduertentes maiores/ad interruptiōem taliū sequaces hortati sunt. Vn̄ Aug⁹. li. 2 musicę. volo tandē tibi parcas: nā sapiē tem decet interdū remittere actus rebus agendis intentū. Et Pamphil⁹ Parce iuuentuti/cōplectere gaudia vitę: Lęta decet ętis pascere corda iocis. Et moralissimus Cato. Interdū tuis interpone gaudia curis. & Heinricus Samariensis. pręualet in cūctis modesta discretio rebus. Qua sine virtutū grande pibit opus. Ouidius q̄q Quod caret alterna requie/durebile nō ē: Hęc repat vires fessaq; mēbra leuat. Et rursus Ferre⁹ assiduo cōsumit annul⁹ usu. da requiē: quiet⁹ ager bene credita reddit Et Phūs Requies & ludus in vita sunt necessaria. DIS. Cur igit nō sępius nec omni ludo nos insistere pateris? MAG. ne in usum malū incidatis. nam quo semel est inbuta recens seruabit odorem Testa diu. Et ut inqt Sapiens. Adolescens iuxta viam suam graditur: etiam cū senuerit nō recedit ab ea. Ludo igitur & ioco uti quidem licet. inquit Tullius: sed sicut somno & quietibus cęteris: & tunc quidē cum grauibus & seriosis rebus satis fecerimus. Quod autem a multis ludis te/tuisq; cōplices ī hibeo: eo fit quia aut petulantes/obscęni/aut flagiciosi sunt/cum honore simul & substantiā & animā auferentes. Et exercentibus tales ludos/ citra ultimam necessitatem res suas donare/ vitium est immane: non virt⁹ inqt Aug⁹ sup Ioanē. di. 86. c. donare. Et Hieronym⁹ paria sunt dare histrionibus sacrificare demonibus de quibus & Ioannes os aurum super Matheum sic ait. ubi est ludus vel saltatio/ ibi est diabolus Honestos autem ludos nec ipa sacra scriptura vetat: uti videre est Alexandrū de ales. 2. parte. questio. 37. & sanctū. Tho. secūda secudę. q. 168.

Augusti⁹ — Pāphilus. — Catho. — Ouidius ī epistolis & de arte. — 4 ethicorum — Prouer. 13 — Tullius — Hierony. — Io. Criso. — Alex. de al. — s. thomas — Augusti⁹

Ne ergo a medio (q̃d solũ virtuosũ est) in ludis declinem⁹/virtuti studeamus/quã Phũs Eutropeliã / nos urbanitatẽ aut iocũditatem dicere possum⁹. Eutropol⁹ itaq; dicit: quasi bene se vertẽs ad oĩa /& ei⁹ verba ludicra vel iocosa/si qñ cõuicia dicere videt̃ illa nullius famã ledunt/sed cum delectatiõe ẽmendatiõem inferũt: sequit̃ em̃ & diligẽter obseruat/ q̃d vir sanctus Ambrosius primo de offiijs monet dicẽs . Caueam⁹ ne dum relaxare animũ volum⁹/ soluamus oẽm harmoniã quasi cõcentũ bonorũ ope℞. Quia vero ut ait Persius. Mille hoĩm species & rerũ discolor usus velle suũ cuiq; est nec voto viuitur uno. Et Ouidius de arte. Pectoribus mores tot sunt quot in orbe figurę. Eutropolũ in singulis quantũ ad p̃sonã tempus & locũ/cũcta ꝓspicere habet: ut ne q̃d nimis attẽpret modũq; in rebus ultra citraq; quẽ nequit cõsistere rectũ obseruet. DIS. Extrema huius virtutis quę sunt? MAG: bomolochia & Rusticitas siue Agreikaia inde bomolochus & agrestis. Ille excedit: hic deficit. Ille singula dicta & facta alio℞ seruat & rapit ut in risũ vertat: non curans si etiã eosdẽ contristet. dictus a bomos altare/& lochos raptor: eo q̃d ad instar milui expectantis: ut de ara imolantiũ carnes rapiat/sic ipẽ alio℞ dicta & facta in iocũ & vitia vertit Agrestis ẽ tristis ĩ omnibus in nullo ludo quãuis honesto/& bene circũstantionato delectat̃. ob id omĩbus est grauis: & a societate honesta ẽliminãdus. hoc in melancholicis plurimũ est vitiũ naturę potius q̃ moris: quibus cõpatiendum est. DIS. alias modestię p̃tes si quę sunt afferas:.

Eutropolus | Phũs | Ambro. i. de offi. | Persius | Ouidius | Therẽti⁹ in andria | Orati⁹ in satiris | Bomolochus | Agrestis

De Modestia & Verecundia seruanda in oculis & alijs sensibus: similiter & in lingua. Capitulum. xlviij MAG.

Reter dicta multa sunt modestiã cõcernẽtia. nã ut ait Sapiens. Amictus corpis/risus dentiũ: & gressus hoĩs ẽnũciant de eo. Et Augustin⁹ Incõpositio corpis qualitatẽ indicat mentis. dis. 41. p̃a. vel clericus. Et Hieronym⁹. nec affectatę sordes / nec exquisitę delicię laudẽ pariunt. Et hęc quantũ ad ornatũ exteriorẽ: in quo supflua abscindunt̃ p̃ sufficientiam. q̃d non nimis exquisita requirantur: fit p̃ moderatiõem. Motum vero gestũ & incessum cõponit verecundia. de qua Ambro. li. prĩo de officijs Sicut in senibus grauitas: & in iuuenibus alacritas. sic in adolescentibus verecundia velut quadam naturę dote cõmẽdatur. Hęc in ipso corporis motu: gestu & incessu tenenda est. Habitus em̃ mẽtis cernitur in statu corporis: & vox quędam est animi corporis motus. hęc Ambrosius. nimirum verecundia in homine omniũ sensuũ custodiam parit: qua ablata mox mors intrabit. ut inquit Hieremias. mors ascendit per fenestras nostras. Fenestre autem quid sunt/nisi oculi/aures/nares os & manus? Hinc motus Quintilianus inquit Totius hominis libertas est oculos perdidisse. Oculi sunt per quos paupertatem ferre non possumus. Oculi tota nostra luxuria Hi nos in omnia quotidie vitia præcipitant / mirantur / adamant / concupiscunt.

Eccle. 19. | Augusti⁹ | Hierony. | Ambro. | ☞ verecũdia | Hierẽias | Quĩtilia. li. causa℞

Seneca Augusti⁹ Sunt igitur irritamentũ viciorꝝ: Duces scelerũ ait Seneca. de remedio fortuitorꝝ. Vnde Augustinus nec dicatis vos habere animos pudicos si habeatis oculos ĩpudicos: quia ĩpudicus oculus/ĩpudici cordis est nuncius.xxxij.q.5.c.nec solo. Alij similiter sensus cohibendi sunt: maxime autem in lubrico posita lingua. Iuuenal. Hęc enim ut ait Iuuenalis est mali pars pessima serui. Hanc virtute taciturnitatis cohibeamus a malo & labia nostra ne loquanẽ dolum. Quintil. Hoc aũt quam sit difficile Quintilianus explicat dicens. nullam difficiliorẽ credo quã silencij virtutem. Cato Et Cato Virtutem primam puto cõpescere linguam: Proximus ille deo est qui scit ratione tacere. Et Ouidius de arte amandi. Eximia est virtus pstare silencia rebus: At cõtra grauis est culpa tacẽda loq. Si igiẽ vis vitã sciliscet æternam & diligis dies videre bonos: Psalmista ait regius propheta: prohibe linguam tuã a malo: & labia tua ne loquantur dolũ. & cæteraꝗ longuꝫ esset hic prosequi. Regulã tamen Senecę aureis charactetibus describendã ãaĩo tuo recõdas. Seneca DIS. quã? MA. Aliũ silere qd vis/primus sile. Nam volat irreuocabile verbũ. & ut ait Poeta. Virgi. 4 æneidorꝝ. Nusquã tuta fides. Salustius iu Iugur. Salustius quoqꝫ. Paucis charior fides ꝗ̃ pecunia. Prolixũ nimiũ essꝫ oẽs modestię ptes ęnumerare: quaꝝ etiam multas ex his quę in cęteraꝝ virtutum explanationibus dicta sunt/colligi possunt. Leges & posthac Senecam saltem in tractatu de quattuor virtutibus: leges & prouerbia Salomonis & librũ quẽ Ecclesiasticũ dicunt: quibus si plurimas sententias Dauid regis Psalmigraphi coniũxeris non erit necessariũ a Gentilibus moralitates conquirere. quod enim ab ipsis colligimus/tanquã ab iniquis possessoribus auferimus. inquit diuus Augustinus: & canõ Dñs declarauit.1.q.1. De cæteris vero quas prelibata diuisio virtutis Theologicales vocat/Gentilitas ignorat: deus eñ illas infundit quos per sacri baptismatis undã miliciæ suę ascribit. DIS. De illis nunc demũ pauca subiungas. MAG. Perpauca: nam complẽtior tractat⁹ de illis theologię reseruandus est: in qua abnndantissime declcrantur.

De Virtutibus Theologicis in genere. Capitulũ quadragesimum nonum. DISCIPVLVS.

Virtutes theologicales vn. Vot itaqꝫ & ꝗ sint virtutes theologicales hic edissere. MAG. Tres sunt Fides Spes Charitas. DIS. theologicales quare dictæ sunt? MAG. Quia sola dei reuelatione nobis in theologia manifestantur & a deo nobis infundunt. & in deũ tanqꝫ in suũ obiectum diriguntur: qui est finis ultimus & beatitudo seu fœlicitas perfecta: ad quam homo creatus est: & his virtutibus suffultus pueniet. Per fidem quippe deum agnoscit: per Spem in deum tendit: & tandẽ posse consequi confidit: per Charitatem deũ super omnia desiderat & diligit. DIS. Non pigeat quęso paulo latius has virtutes describere.

De Fidei definitione & Symbolis/& Articulis fidei ab Apostolis positis. Capitulum. L. MA.

Ides a Doctoribus varie definitur & vere: placet tamen eã quã Apostolus ponit dilucidare. hic in epistola ad Hebręos dicit. Fides est substantia sperandarũ rerũ argumentũ nõ apparẽtiũ. Id est Fides est lumẽ q̃ddã a deo infusum: quo habetur sũba .i. principiũ rerũ sperandarũ: sc3 futurę beatitudinis, argumentũ .i. mediũ cõuincens mentẽ ad assentiendũ non apparentib⁹ nobis sensu vel rõne naturali. Vñ sicut sũbã accidentibus subest & prior: sic fides cæteris virtutib⁹ prior est & fundamentũ. de q̃ Paulus loqtur ad Corin. dicẽs. Fundamentũ aliud nemo põt ponere pter id q̃d positũ est/Iesus Christus .i. fides Christi: q̃ facit ut res quę sperãtur in futuro in nobis subsistãt: & q̃ inuisibilia sunt in mente nostra apppareãt. hinc etiã argumentũ appellat. DIS. q̃ sunt autẽ hę res q̃rũ fides esse dicit? MAG. q̃ sumarie per articulos in symbolo Aplorũ explicant. & in symbolo Patrũ & Athanasij latius declarãtur. & in sacris elogijs veteris ac noui testamẽti auctore spiritusctõ tradũtur. DIS. Symbolũ aplorũ, hoc ne est q̃d in ecclesia sub officio missæ decantatur? MAG. Non: sed id symbolũ Patrũ siue Nicenũ appellatur Quod autẽ ad Primas dicunt sacerdotes: & incipit. Quicũq3 vult saluus esse. Athanasij est. Et reliquum quod omnes fideles in oratiõibus suis pmittunt, & incipit Credo in deũ. Aplorũ est, .i. ab Apostolis cõpilatũ.

Petrus nempe apostolorũ primus dixit. Credo in deũ Patrẽ omnipotentem: creatorẽ cœli & terrę. adiunxit Andreas. & in Iesum Christũ filiũ ei⁹ unicũ dnm̃ nostrũ. Ioannes euengelista adiecit. Qui conceptus est de spiritu sancto natus ex Maria virgine. Iacob⁹ maior ĩtulit. Passus sub Põtio Pylato: crucifixus mortuus & sepultus. Thomas addidit. Descẽdit ad inferna: tertia die resurrexit a mortuis. Iacobus minor subiũxit. Ascendit ad cœlos sedet ad dexterã dei patris oĩpotẽtis. Philipp⁹ spaddidit Inde venturus est iudicare viuos & mortuos. Bartholome⁹ dixit. Credo in Spiritũ sanctũ. Matheus addidit. Sanctã ecclesiam catholicã (id est uniuersalẽ) subintelligit credo: nec additur: in. Simon subiecit: Sãctorum cõmunionẽ: remissionẽ peccatorũ. Iudas Thadeus supaddidit. Carnis resurrectionẽ. Mathias conclusit dicens. Vitã æternam Amen.

De utilitate Fidei. De actibus interioribus eiusdem. Et Infidelitate vicio Fidei contrario. De Apostasia: Heresi & Blasphemia. Capitulum quinquagesimũ. MAGISTER.

Aec fili mi (qcunq3 vult saluus fieri) necesse est ut actu interiore credat: & si necesse fuerit actu exteriore cõfiteat, dicente Aplo ad Ro. Corde credit ad iusticiã: ore autẽ cõfessio fit ad salutẽ. Et christus. Qui non crediderit cõdemnabit. & rursus. Qui nõ credit/iã iudicatus est. nã iuxta aplicam vocẽ. Sine fide impossibile est placere deo. Actus autẽ fidei interior/qui est credere: q̃uis unus sit: tribus modis tamen dicitur. ut habet Magr sen. li. 3. di. 23. sc3 credere deũ: sc3 esse oĩpotentẽ creatorẽ omniũ. &c. Credere deo: hoc est credere vera esse q̃ deus p scripturas dicit: quia ipse est suma veritas. Credere in deũ: est (ut ait Augustinus) credendo amare/credendo diligere/credendo in eũ ire & ei⁹ mẽ/

[Margin notes: ad heb. xi. — Fides — Paulus — Articuli fidei — Roma. io. — Mar. ulti. — Ioan. 3. — Hebre. xi. — Actus fidei iterior — magr. sẽ. — Augusti⁹ ad Ro. 4.]

bris ĩcorporari (quia est summa bonitas) q̄ si quis oĩa discernere nō possit/credat q̄d ecclesia credit & non errabit. Actus aūt fidei exterior. q̄ est fidē pro loco & tpe cōfiteri. Fieri habet nō tm̄ ore vl sermone/sed etiam opere. nā ut ait Hierōym⁹. q̄tienscūq; vincimur vicijs atq; pctis / totiēs deū negam⁹. & ecōtrario. q̄ties boni aliquid agim⁹: deū cōfiteur. DIS Fidei ne vitiū q̄admodū cęteris ꝟtutibus opponit? MAG. etiā. Infidelitas sc3 ut dicit renitentiā his q̄ fidei sunt: aut q̄a fide3 auditā suscipere cōtemnit: ut in Gētilib⁹. aut q̄a fidē in figura susceptā in figurato abijcit. ut in Iudeis. aut quia suscepte fidei in manifestatōe veritatis cōtradicit. ut in apostatis & hæreticis. de q̄bus btūs Petrus ait. Melius eis erat non cognoscere viā veritatis q̄ post cognitā retrorsum cōuerti. Omēs isti sicut vitio cōtrario fidei laborant/sic & actus actibus fidei prędictis oppositos habent. nec em̄ corde deū/deo & in deū vere pureq; credūt: nec ore confitent/ sed cordis infidelitatē nōnunq; blasphemo ore & ope exprimunt. DIS. Cōtine paulisper calamū donec quid apostata: q̄d hæreticus & quid sit blasphemus ędoceas. MAG. Apostata (ut doctori irrefragabili visu3 est) est qui temerarie a statu fidei / obedientię ecclesiasticę vl religionis recedit. Hęreticus (ut Augustin⁹ ait li de utilitate credendi) est qui alicuius tēporalis cōmodi & maxime gloriæ principatus q̄ sui gratia/falsas ac nouas opiniones vel gignit vel sequit. Blasphem⁹ aūt ut. S. Thomę placet est quicūq; negat aliquid de deo q̄d sibi cōuenit uel attribuit deo aliquid q̄d ei non cōuenit. aut creaturę tribuit q̄d Deo appropriat. Quod si ex certa malicia fiat/peccatū est in spm̄ sctm̄ & irremissibile: id est facile non remissibile. Quāuis s3m Augustinū pctm̄ in spm̄ sctm̄ proprie sit finalis inpœnitētia: & illud nec hic nec in futuro sæculo remittit. DIS. Dei me ꝓtegēte gracia ab oīb⁹ his cauebo. s3 pge.

Marginalia: Act⁹ fidei Exterior — Hierony. — 11.q.3. esti mant — infidelitas — 2. Pr. 2. — Alexā. de ales. 2 2. tractatu de aposta. — apostata — hereticus — blasphēus — 2a. 2e. q. 13 arti. 1. — Mat. 12. — Aug⁹. de ꝟbis dñi

De Spe / & oppositis vicijs que sunt presumptio desperatio. Capitulum quinquagesimū'ij. MAG.

Pes secundū Mgrm̄ in sententijs li. iij. di. 26. Est certa expectatio futurę beatitudinis ex meritis & gratia ꝓueniens. Proprius nēpe actus Spei est expectare. dicente Aplo. Si q̄d non videmus speramus/per patientiā expectāus. Certa aūt dicit: q̄a nō est nisi ĩpossibile nobis adipisci. i. in deū siue btitudinē quā adipisci possum⁹ si gratiæ dei coopari voluerim⁹. uñ addit ex meritis & gratia ꝓueniēs: q̄m sine meritis beatitudinē sperare nō spes/sed p̄sumptō dici pōt q̄d est unū vitiorꝫ spei oppositū. DIS. p̄sumptio q̄d ē? MAG. vitiū ex sup̄bia natū: q̄ q̄s talē se existimat/q̄ de⁹ eū etiā peccantē nō excludet a sua gratia/ vel non puniat. &c puipēdit diuinā iusticiā: & ĩter pctā in spm̄ sanctū cōnūerat.

DIS. Aliud vitiū ne spei contrariat? MAG. Etiā desperatio: q̄ (ut dicit glo. sup id Geñ. 4. maiorē ĩiq̄tas mea &c.) ē blasphemia ĩ spm̄ sanctū: q̄ nō remittit in hoc sęculo neq; ĩ futuro: q̄a aut putat deū nolle dimittere aut nō posse/tanq; aut oīa nō posl it/aut ĩuideat saluti: cōtra q̄d dñs ꝓmisit dicēs: quoniā in me spauit liberabo eū. Et Dauid: quoniam

Marginalia: Spes — Apostol⁹ — Richard⁹ li. 3. di. 36. — p̄sumptio — Gene. 4. — Despatio — Psalmus

nō dereliquisti querentes te dn̄e. & cętera multa in veteri & nouo testamento. DIS. Illa missa facientes: Charitatem videamus.

De Charitate & quomodo deum / nosipsos / proximos / & Corpus nostrum & proximorum diligere iubemur. Capitulum. liij. MAGISTER.

Charitas

Charitas ut magister li. 3. definit' est dilectio qua diligit' deus propter se: & pximus ppter deū vel in deo. Quattuor em̄ ait diu⁹ Augustin⁹ li. de doctrina christiana ex ordīe diligēda sunt. unū supra nos q̄d est deus. aliud q̄d sumus nos: quantū ad animā. Tertiū q̄d est iuxta nos: id est pximus. Quartum quod est infra nos: hoc est corpus. Deū quippe ut ait definitio diligere debemus ppter se: quia ē summū bonum. Et ut Anshelmus ait quo maius cogitari nō potest Aut etiam quia amicitia oīs super cōmunicatiōe fundat' / ut charitas sup cōicatione beatitudinis. deus autē essentialiter beatitudo est: ideo ppter se & ante omnia diligendus. Si modum q̄ris / modus ut ait diuus Bernard⁹ est sine modo: quia causa est infinita. unde in lege scriptū ē. Diliges dominū deum tuum ex toto corde tuo / & ex tota anima tua / & ex tota fortitudine tua. In euangelio Lucę addit. & ex omnib⁹ virib⁹ tuis & ex oī mente tua. In Marco dicit: & ex tota virtute tua: quod tamē in via hac totalit' nequimus in patria autē pficiem⁹. Secūdo debemus nosipos diligere: quod ex eo patet, quod post p̄ceptū dilectiōis dei subiungit' & pximū sicut teipm ubi ponitur p exemplari dilectio nostra / ad dilectionē pximi. Nos autē & pximū diligere debemus ut beatitudinis participes / sic p proximū non solum intelliguntur homīes sanguine iuncti aut amicitia / sed etiā inimici & angeli boni / omnes em̄ tales nobis vl' exhibent vel exhibere possunt aliquod misericordię opus: iuxta pabolā in euangelio Lucę expressam. DIS. Si inimicos malosq̧ homīes diligo peccatū & malum amabo. MAG. In his diligere debes hoīem non culpam seu vitium ut canon' ę docet di. lxxxvi. Odio habeantur peccata non homines. Diligendū aūt dicit definitio pximū in deo vel ppter deum. In deo quidē: si iustus est qui manet in deo p gratiam. ppter deū vero si iniustus est ut p gratiam iustus fiat & in deo maneat / velle quippe debemus proximo nostro vitam ęternam & ea quę ad hanc deseruiunt sicut & nobis volumus: & si necesse sit ipsi adiumento esse debem⁹.

diligimus deum — Anshelm — Deu. 6. — Luce. 10. — Math. 22. — Mar. 12. — nosipsos — Proximū — de pe. di. 2 nō illi tm̄ — Luce. 10. — Leo papa — Augusti⁹ — di. 27.

Corpus

DIS. quartum aūt quod infra nos est sc3 corpus / cur Augustinus inter diligenda cōnumerat / cum nos & pximū diligere pręceptum sit?

manichę⁹

MAG. Tū ad excludendum errorem Manichei: dicētis corpus & q̄cunq̧ visibilia a malo principio creato / tū quia ex redūndantia & cōcomitantia corpus beatitudinis particeps est: sup qua fundatur charitatiua amicitia. unde & Prosper ait. Corpus nostrum quia pars nostri est: ad hoc diligendum nobis est ut saluti eius & fragilitati naturali cōsulamus: & agamus quatenus spiritui ordinate subiectum ad ęternam salutem accepta īmortalitate & incorruptione pueniat. de pe. di. ij.

Prosper

Charitati oppositum odium eorū quæ dili gere debemus. Capitulum. liiij. DIS.

Ppositum charitati vitium consequenter explicato. MAG. Charitati secundū actum suum principalem iam declaratū qui est diligere opponitur Odium: cuius actus est odire/vel deū vel nosipos vel proximum vel corpus quæ iubemur (ut pmissum est) diligere. Deū quippe peccatores odiunt non apprehensum ut summū bonum: quia ut Dionysius ait de diuino. ver. c. 4. Oibus amabile & diligibile est primum bonum & pulchrum sed apprehensum ut peccatorū prohibitorem & peccantiū punitorem. vellent enim impij legem prohibentem mala non esse: ut libere & impune possent peccare. & id peccatū maximum est sm Doctores: sicut charitas dei virtutum maxima. Seipos autem peccatores odiunt: quia per peccatum animā propriam occidūt. dicente scriptura. Os quod mentitur occidit animam. Ideo Psaltes ait. qui diligit iniquitatem odit animam suam. DIS. igitur custodit eā in vitam ęternam: consequētia valida est ex sententia domini Qui odit animam suam in hoc mundo in vitam ęternam custodit eam MAG hęc dicta sunt de parte sensitiua: quæ saluti rationalis contraria appetit quam hic amantes ipsi consentiendo: ab Apostolo reprehenduntur. ad Thimotheum dicente. In nouissimis diebus instabunt tempora periculosa: & erunt homines amantes seipsos &c. Proximos autem peccatores odiunt/aut quia vicia eorum reprehendunt & veritatem ipis dicunt sm q Comicus ait. Veritas odium parit: quia ut Saluator ait. omnis qui male agit odit lucē: ut nō arguantur opera eius. aut quia propter eorum bonitatem malicia eorum magis manifestatur: contraria enim iuxta se posita magis elucescunt. aut lesi aliquando iniuriam dimittere sine vindicta nolūt. & hi in oratōe dñica ipis iudiciū pręcant: dicētes. dimitte nobis debita nostra sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. q̄si diceret: domine sicut nos nolumus dimittere proximo/sic tu nobis peccata nō dimittas & quidē dū orāt in persona ppria. Corpus autē odiūt qui vel luxuria vel crapula/aut īmoderata abstinentia inualidum ad sufferendos labores/diuini cultus reddunt. DIS. ista ad presens sufficere videntur/ceteros actus charitatis/si qui sunt pcurramus.

Dyonisi9 | Cor. ij | Psalmista | ad thi. 3. | Thereti9 andria | Ioan. iij

Odiū eorū q iubēur. Odimus deum | Nosipos | Proxios | Corpus

Actus charitatis īteriores minus principales describunt. qui sunt Gaudiū/pax/& misericordia. Vicia opposita sunt Acedia/inuidia/discordia/contentio/scisma/rixa/bellum/sedicio/obduratio. Capitulum. lv. MAG.

Haritatis actum principalē q est dilectio/plures alij actus & effectus virtuose cōcomitant/quorū nōnulli interiores sunt cęteri exteriores. DIS. Interiores qui sunt? MAG. Gaudiū. pax. & mise

Actus charitatis interiores

ricordia. Qui enim deum vere diligit de eius bono & laude gaudet. ut Apostolus monet dicens. Gaudete in domino semper. Qui autem deũ odit contrario actu ęgrotat scilicet acedia quę est tristica aggrauãs mentem ut nihil boni ei agere libeat. dicit Damascenus. & eodem vicio laborare inueniuntur qui seipsos odiunt. Qui autem proximum odiũt per inuidiam de eius bonis torquentur uti in superioribus dictum est. Est em̃ ĩuidia tristicia in alienis bonis (in quibus sc3 alios nobis meliores putamus. s3m beatũ Gregorium) Rursus qui vere diligit deum: seipsu3 & proximum cum omnibus habet pacẽ. Quę ut Dyonisio visum est libro de diuin. no. est omnium unitiua & consensus operatiua. Amicorum enim (ut Tullius ait libro de amicitia) idem est velle & nolle. Amicus autem ab eo quem odit dissentit: Corde quidẽ per discordiam: ore per contentionem. Opere per Scisma rixam bellum & seditionẽ. DI. Et hęc latius explanato. MAG. Discordia dissentio est aliquorum scienter facta non in opinionibus parum conferentibus (ad amicitiã enim concordia opinionum non requiritur s3m philosophũ nono Ethicorꝝ) sed in his quæ ad salutem aut rem publicam pertinent. Hoc autem quãtum malum sit sapiens ędocet cum ait. Sex sunt quæ odit dominꝰ & septimum detestatur anima eius. hoc septimũ ut paulo infra ait est is q seminat inter fratres discordias. Contentio autem ut Ambrosius ait. Est impugnatio veritatis cum confidentia clamoris. Scisma autem illicita diuisio per inobedientiam facta ab ecclesia. Rixę sunt quando ex ira inuicem se percutiunt. dicit glosa super epistolã ad Gala. v. Siue est contradictio usq3 ad facta perueniens: dum alter alterum ledere molitur. Bellũ autem est cum populus aut Ciuitas contra aliam insurgit. Seditio vero est tumultus ad pugnam: & proprie inter ptes multitudinis unius inter se dissẽtiẽtes: siue seqtur pugna seu nõ sequat. Demũ miserię horꝝ qs diligimꝰ vere: in corde nostro cõpatimur/nobis quidem ut Sapiẽs monet dicens. Miserere animę tuæ placens deo. proximis autem ut Apostolus docet dicens. Gaudete cum gaudentibus/flete cum flentibus: ipsis si possumus auxilium ferendo: & pręsertim per elemosynarum ęlargitiõem Qui autẽ odiunt vel se vel alios per obdurationis viciũ in mortẽ ruũt: nec enim animę suę miserentur peccata deplangendo/nec proximis ĩ necessitate subueniendo.

Marginalia: Philip.4. — Acedia — Damascenus lib.2. — Inuidia — Idẽ ĩ eod. Grego.6. moraliũ — Dyonisi[us] — Tullius — discordia — Aristotel[es] — puerbi.6 — Cõtentio — Ambro[sius] — scisma — rixę — bellum — seditio — Ecci.30 — Roma.12.

Actus charitatis exteriores sunt beneficentia: Elemosyna & Correctio fraterna: quę est elemosyna spiritualis Capitulum.lvi. DIS.

Charitatis exteriores actus qui sunt? MAG. Beneficentia: Elemosyna/& correctio fraterna. Quos enim diligimus illis etiam pro loco & tempore benefacere studemus. s3m q Apostolus monet dicit. Dum tempus habemus operemur bonu3 ad oẽs & ex speciali dñi mãdato etiã inimicis bñfacere iubemur. ipso dicẽte. bñfacite his q oderũt nos. g elemosynã in eos qs amãus: interiorẽ

Marginalia: Actꝰ charitatis exteriores — Gala. ult. — Mat.5.

misę affectū opere exteriore exequīur spiritualiter & corpaliter. Spiritualit qde/si iniurias remittīus: dubitanti consulīus: Errantē corrigimus. Afflictum consolamur: defectus aliorum patienter toleramus/ignorantes instruimus: & pro omnibus oramus. Vsus. Consule castiga/remit. fer ora solare. sub consule cōprehenditur etiam doctrina Corporaliter. Si esurientem pascimus: Sitientem potamus/nudum tegimus: hospitem colligimus/infirmum visitamus: captiuum redimim⁹/& mortuum sepelimus. Vsus. visito poto cibo redimo tego colligo condo. Pręter hęc charitas si vera sit pene innumera alia operatur Nam ut ait Apostolus. patiens est/benigna est non ęmulatur id est non inuidet/nō agit perperam id est peruerse: non inflatur/per superbiam non est ambiciosa non quęrit quæ sua sunt. non irritatur id est non ad iram prouocatᵗ non cogitat malum/non gaudet super iniquitate (scilicet proximi) Congaudet autem veritati scilicet ab alijs factę: Omnia suffert omnia credit scilicet quæ veritas persuadet. Omnia sperat/omnia sustinet. His pēsatis & Prosper libro de vita contemplatiua in laudem eius exorsus est dicēs Charitas ut mihi videtur est recta voluntas ab omnibus terrenis prorsus auersa/iūcta deo inseparabiliter & igne quodam spūssancti a quo est & ad quem refertur incensa: inquinamenti omnis extranea/corruptionis nescia/nulli vicio mutabilitatis obnoxia/ super omnia quæ carnaliter diliguntur excelsa/affectionum omnium potentissima diuinę contēplationis auida/in omnibus semper inuicta/ summa actionum bonarū salus morum/finis cœlestium pręceptorum: mors criminū/vita virtutum: virtus pugnantium: palma victorum arma sanctarum mentium/causa meritorum bonorum: pręmium perfectorum sine qua nullus unquam deo placuit cum qua aliquis peccare non potest. Fructuosa in pęnitentibus: lęta in proficientibus: gloriosa in perseuerantibus: victoriosa in martyribus operosa in omnibus omnino fidelis ex qua quidquid est boni operis viuet. Quia ut Augustinus ait. Charitas radix est omnium bonorum. Sine illa enim Apostolus nec prophetiam nec martyriū nec ęlemosynas aut alia valere testatur in epistola prima ad Cor. Et ad Thimotheum ait. Finis pręcepti est charitas de corde puro & conscientia bona & fide non ficta. In his enim duobus mandatis quæ sunt dę dilectione dei & proximi tota lex pendet & prophetę. ait dominus. Ante omnia igitur hanc habere studeamus: ut transcenso mortalitatis stadio ad ęternę contemplationis gloriam perueniamus: adiuuante & pręstante domino nostro Iesu Christo: qui cum patre & spūsancto viuit & regnat in secula seculorum benedictus deus. DIS. Amen. Et vicissitudinem laborum tuorum idem ipse retributor omniū bonorū retribuat.

Marginal notes: 1. Cor. 13. — Prosper de pę. di. 2 charitas — Charitas — Augusti⁹ de pę. di. 2. c. chari. — 1. Cor. 13. — 1. Thi. 1.

Finis operis   Sequitur Registrum.

Index sumariorꝝ totius epitomatis Margarite phicę secundū alphabeti ordinē Incipientia ab. .A.

Incipientia a. D.

Incipientia ab :E.

Incipientia ab .F.

Incipientia a .G.

Incipientia ab .H.

Incipientia.a.k.

Incipientia ab L

Incipientia ab M.

Incipientia ab.O.

ff

olb
cd
oll
om
om

Incipientia a T.

Incipientia a. Z.

τελοσ.

Epigrāma fratris Pauli Volzij Offoburgij/cœnobitæ Schutterani ex Sapphico & Adonico: ad R. patrē Georgium Reisch domus Carthusianę prope Friburgum Priorem meritissimum.

Grāmatum gnarus bene Priscianus:
Et latinæ Rhetorices Magister:
Et locos callens Stagirita plexos
Debet honorem.
Musicæ Amphion reparator artis/
Cœlicæ spector Ptolemeus arcis/
Mensor & terræ Archimedes probatus
Debet honorem.
Ast scholę sectę dociles mathesis/
Turba fœlicis sophiæ frequensq;
Gratias debet numero carētes
Debet honorem.
Corrogas nanq; abdita plura multis:
Quæq; doctrina nitidi sophistæ
Per vagos multa peperere libros
Chare Georgi.

Chalchographatum primiciali hac pressura/Friburgi p Ioannē Schottū Argeñ. citra festū Margarethę anno gratiæ M.CCCCC.III.


FOR TE FER RE:
NECESSI= TAS
DOCET CONSVE: TV DO
FACILE
.SENECA.
IS

Item an freytag nach assumptionis marie
zwischen [illegible] uren nach mittag
a° 1500 [illegible] ist mein tochter
margreth zu Stutgart geporen und [illegible]
[illegible]
[illegible] (werden)

// morgens zwischen [illegible] //

Item uff sant Bartholomeus // a° [illegible] ist mein
tochter Barbara zu Stutgart geporen und
ir gefatter gewesen meister [illegible]
[illegible] zu Stutgart

Item an [illegible] tag des [illegible] ist mein
[illegible] tochter katherina geporen und
[illegible] der [illegible]
[illegible] a° [illegible]
[illegible]

[illegible] das ist [illegible]
[illegible] monatt may [illegible]
[illegible] geporen und [illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]